





30770 (B) 1  
C II c  
16

Brook Johnston

ARTHUR P. CHADBOURNE.


Edinburgh Jan 1913





Jo. Gregory  
6 Aug 1761  
6 am.

Sacrae Scripturæ



Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Wellcome Library

[https://archive.org/details/b30516535\\_0001](https://archive.org/details/b30516535_0001)



Natus Kal. Iul. 1511. Denatus xvi Kal. Iul. 1575.

Nomen ab insigni quo prodest sumere cornū?  
Major ab illustri fama petenda viro.  
Aspicis, HORNA, tui vultus in imagine IUNI.  
Et quā Roma tenet, quās tenet Hellas opes.  
Omnigenae ergo tuo cū Surgant aq̄uore dotes,  
Hoc ab Amalthea nomen habere potes?

D. S.

J. Hofkout excudit.

D. Coster fecit


HADRIANI JUNII  
 HORNANI, MEDICI  
**ANIMADVERSA,**  
 EJUSDEMQUE  
**D E C O M A**  
 COMMENTARIUM,

Ab autore innumeris in locis emendata, &  
 insignibus supplementis locupletata.

ACCEDEDIT AD PENDIX  
**HADRIANI JUNII**  
*ad animadversa sua, nam primum ex clariss. viri  
 autographo in lucem edita.*  
 EX BIBLIOTHECA  
**CORN. VAN ARCKEL.**



*ROTTERODAMI.*  
 Apud **JOANNEM HOFHOUT.**  
 MDCCVIII.



( ♫ )

AUDI VIRO DOCTISSIMO

CORNELIO VAN ALKEMADE

*Batavarum antiquitatum investigatori  
etiam et diligentissimo*

CORNELIUS VAN ARCKEL.

 Pusculum hoc cur in tuo nomine, ALKEMADI, adparere voluerim, non obscuræ profecto causæ sunt. Quum enim tua eximia liberalitate per aliquot annos hunc thesaurum posse derim, par certè atque æquum videtur, ut tandem eo revertatur, unde venit. Accedit ad hæc, quod, quum Junius inter primos præluckerit aliis Bataviæ nostræ antiquitates inlustrando, tu proinde, cui tales deliciæ inprimis cordi sunt,

\* 3

Ju-

## ( ♀ )

Juniani in nominis non possis non  
esse admirator & venerator stu-  
diosissimus. Novi animum tuum  
humanioribus literis studiisque,  
præsertim illis, in quibus noster  
excelluit, addictissimum: uti vel  
hinc mihi facile persuaserim, te  
hocce imæ amicitiae pignus habi-  
turum gratissimum. Patriæ terræ  
ac gentis innocentia juxta ac for-  
titudine toto terrarum orbe nobis-  
lissimæ antiquitatibus, proh dolor!  
plerisque neglectis, in lucem  
revocandis nocturna pariter ac  
diurna manu operam navas. Eo  
animo, præter nummorum gazas,  
magnum vim possides codicum, tūm  
a te, tūm ab aliis inexhausto la-  
bore exaratorum, ut taceam co-  
piam exquisitam, atque uberrimam  
ob-

observationum. quæ omnia utinam  
ex scriniis tuis locupletissimis de-  
promere, & oculis eruditorum sub-  
jicere ne dedigneris. Quam avidè  
excepta fuerint, quæ evulgasti,  
Chronicum Hollandiæ vernaculis  
scriptum rythmis; Moneta Comi-  
tum Hollandiæ tuis inlustrata com-  
mentariis; aureus insuper libellus  
de decantato isto majorum nostro-  
rum duello, quo lites solebant di-  
judicare, plus semel recusus, &  
ego scio, & mecum omnes uno ore  
confitentur Batavæ antiquitatis  
amatores. Perges, vir amicissime,  
perges in ista decertare palæstra,  
nec antiquariis anteriorum século-  
rum sacras reliquias in loculis tuis  
reconditas invidebis. Laborem non  
est quod causeris. quid enim tibi,

( ♫ )

qui totus labor es, totus industria  
non succedat? Perges magis ma-  
gisque evincere pertinaciam & ne-  
gligentiam eorum, qui unicè tan-  
tum res Græcas, Romanasque, &  
alias mirabundi ad cœlum tollunt;  
quum gloriam & laudem suæ gen-  
tis negligentes, earum indagatio-  
nem flocci faciant. De reliquo,  
scriptoris nostri, quo semper dele-  
ctatus es, recentatos libellos honori  
meritisque dedicatos tuis hospitio  
dignaberis, hilarique fronte in  
clientelam tuam suscipies. Vale,  
& me quo soles amore comple-  
tere. Dabam Roterodami V.  
Non Octob. MDCCVII.

LE C-

( ३ )

## LECTORI S.

**N**on multis tremorabor. Abiit jam decennium, ex quo viri mihi amicissimi C. Alkemadii liberali donatione in manus meas pervenire, qui tandem in lucem prodeunt, Had. Junii Animadversorum libri, una cum ejusdem de Coma Commentario, ex editione Basileensi anni 1556. Hocce opusculum Junius ipse sibi recoquendum sumpserat, inserta eo proposito à capite ad calcem exemplaris sui charta pura, quo commodius adscriberet novas aut ampliores animadversiones. Quædam resecuit, multa multis in locis mutavit, plurima emendavit, ac de integro addidit: quæ omnia, si vita suppedisset, & per occupationes licuisset, adcurate recentata, suoque decori redditâ procul dubio cum literatis hominibus communicaturus fuisset. Multi jam pridem & quidem maximo studio hoc

a me manuscriptum efflagitaverunt : sed manibus viri longè celeberrimi consultius facturum tunc temporis me putabam , si pertinaciter potentibus istud denegarem ; tum , ne cui unquam occasio præberetur plagium committendi , tum ut tempus superesset inquirendi , num in scriniis doctorum virorum Juniani nominis amantium deliciæ id genus nondum editæ alicubi delitescerent , quæ simul conjunctæ huic operi tanto majorem splendorem conciliarent . Et sanè non mea me fefellit opinio . Commodum enim se mihi offerebat occasio non exspectata nascendi adpendicem ad animadversorum libros ipsissima Junii manu exaratam , ita ut prelo paratam fuisse jam olim ab ipsomet autore nullus dubitem . Possessor hujus adpendicis fuit vir reverendus D. Flud van Giffen , ad Ecclesiam Dordracenam , dum in vivis esset , Dei Praeco , reliquiarum ejusdemmodi amator summus ac sedulus indagator : ex cuius bibliotheca publica auctiōne distracta mihi comparavi id reūnior . Subsidii hisce instructus , Junianum opus Hispanorum

( ♫ )

rum \* barbaris manibus erexitum ex carcere, quo tot annos fuerat detentum, tandem educo, & politioris literaturæ non expertibus expono. Prædicando autore, & opusculo supersedebo. Etenim vir, omni laude major, in Europeo orbe quot sunt quoque fuere, literatis magis innotuit immortibus suis & omnigenis lucubrationibus, quam ut nostro indigeat præconio. Quid, quod scribendi, quo usus est noster, modus sati sese commendet; quippe qui jam olim A. Gellio, Macrobius, aliis usitatus fuit ac perquam familiaris. Varietas rerum & lectionis hic conspiciendæ non potest, quin moretur oculos, animosque omnium, qui non plane apertos sunt, pascat. Quanta hic, Diu boni, comparet notitia antiquitatis ex ipsis fonti-

\* Urbe Harlemo dedita, Junius (qui durante illius obsidione ad principem Auraicum à certo morbo curandum evocatus in ejus aula permanserat) naufragium bonorum penè omnium ibidem relictorum passus est, præcipue scriptorum; quæ multis vigiliis in spem æternitatis concepta, & jam fere perpolita in barbaras Hispanorum manus inciderunt, una cuin bibliotheca Vett. libris M. SS. instructissima, in Harlemi expugnatione direpta.  
*ex vita H. Jusii pag. 5.*

## ( ♫ )

fontibus hausta acri judicio! quanta inventorum historia! eruditarum quæstionum enodatio! qui sermonis nitor, munditiesque! quantum in discernendis certis ab incertis, genuinis a spuriis scriptorum vett. locis acumen! quæ in mutilis & hiulcis supplendis & restituendis dexteritas! in refellendis denique virorum doctorum erroribus modestia atque ingenuitas! ut haud inmerito dicas, Junium, mellilegæ instar apis, ex Græcorum Latinorumque hortis omnium disciplinarum & scientiarum flores delibatos huc contulisse. Plura quæ addam impræsentiarum non habeo: nisi quod mirum forte quibusdam videbitur, egregium istud additamentum, quod libri tertii caput undecinum subsequitur, non conlocatum esse ad finem totius operis, utpote nihil cum antecedentibus habens commune. Verum, quum autor ipse eo loco istud inseruerit, nefas duxi mea autoritate alio loco istud reponere. Porro velim sciat lector, omne, quod primum huic editioni accessit, uncinulis ad marginem paginarum adpositis distingui. Binum rerum, & autorum, quos Junius allegat, emendat aut refellit, indicem adcuratissimum addidi. Viro

( ♫ )

Viro Reverendo & Clarissimo  
**CORNELIO ARKELIO,**  
**HADRIANI JUNII ANIMADVERSA**  
ET COMMENTARIUM DE COMA  
*Cum luculentis accessionibus recentanti.*

**A**rkeli, Latiae non inficiande Minervae,  
Nec minus Actaeo pectora plene favo;  
Obene, quod luci magni meletemata Junii  
Restituis, cultu divitiora novo!  
Istos (nec fallor) mirabitur ipsa libellos  
Roma vetus, linguae dote superba suae.  
Nec Batavas quisquam temere deriserit aures,  
Hornanae si quem gustum habeat Veneris.  
Talia Varronis fuerunt, & talia Verri  
Scripta, nec a longo tota peresa die.  
Maecte operae, Arkeli, jucundi maecte laboris:  
Te vocat in Clarium Fama benigna nemus.  
Et tibi, qua Valacram Tethys circumsonat urbem,  
Ex tumulo plaudit Junius ipse suo.

JANUS BROUKHUSIUS.

IN

( ३४ )

hadriani junii  
animadversorum libros,  
ejusque commentarium de coma

CORNELIO ARKELIO

cum multis accessionibus denuo edita in lucem.

**S**i quae librorum fuit olim gratia vivo,  
Et labor in doctis nomen habere choris;  
Nunc idem, Juni, sequitur tellure repostum:  
Hoc tibi de superis, quo recreeris, habe.  
Doctrinae monumenta tuae, quae sparsit inique,  
Harleum quando diriperetur, Iber;  
Undique conquirens merito dignatur honore  
Non parcus cultor Pieridum Arkelius;  
Cujus flexanimo vox Nestoris effluit ore,  
Quem dos ingenii plurima nobilitat.  
Et vos scriptores, quos & Libitina facravit,  
Et erescens comitat gloria lausque recens;

Vos

## ( ๓ )

Vos Graji veteres , vos Romulidae mea cura  
 Eja agite , umbroso plaudite in Elysio :  
 Plaudite , uti fas est , benefactaque dicite rursus  
     Junia , & Arkeliam ne reticete fidem.  
 Ecce viri hic praeceunt nobiscum Mercuriales ,  
     Qui sua certatim gaudia significant.  
 Jam licet antiquos melius pernoscere mores ,  
     Vestra quibus longum res stetit ac viguit.  
 Tonsuram imprimis variam positumque capilli ,  
     Qualis , quum terras incoleretis , erat :  
     Seu vobis coma longa & decurtata placeret ;  
         Seu matrona suum comeret arte caput ;  
     Seu vestrae , o vates teneri , ornarentur amicae ;  
         Atque illis formam scita ministra daret.  
 Jam magis ornato procedere crine videtur  
     Cynthia delicium , Sexte canore , tuum ;  
     Perque Napen solito formosior esse Corinna ,  
         Naso Cupidineae dux bone militiae :  
     Ut Venus Idaliis amat in convallibus ire ,  
         Postquam dilecta ficta manu Charitum est ;  
     Quarum haec nectareos inspergere callida rores  
         Humeavit herae tempora dia suae ,  
     Illa Cytoriaco deduxit pectine longam  
         Caesariem , nodum tertia fecit acu .  
 At tu Cornelii , quem fata sub aethere nostro  
         Esse sinunt , cui me jungit amicitia ;  
     Quum tua sedulitas doctorum rara virorum  
         Scrinia ab indigno vindicet interitu ,

( ۴۳ )

Quas ea promeruit , non tetricus accipe laudes :  
Hoc stimulo virtus altius ire solet.  
Et patere , ut sciat haec aetas aetasque futura ,  
Me dotes animi saepe probasse tui :  
Dum Rotae in ripis interpres numinis alti  
Ad populum faceres verba tibi proprium ;  
Aut homines inter lepidos , nec naris obesae  
Vitam transigeres suaviter & facile ;  
Aut prisci excuteres pretiosa volumina saecli ,  
Et nummi quidquid restitit ac lapidis ;  
Aut cuperes versus Afri illustrare Corippi ,  
Legiferique potens Principis imperium.  
Scilicet ante omnes consultus juris & aequi  
Laudat , & hortatu comprobat illud opus :  
Quod tu si nequeas praesens committere famae ,  
Quandoquidem possunt nectere multa moras ;  
Tunc in te pietas aliis sit tanta , precamur ,  
In JunI manes quanta tibi fuerat.

FRANCISCUS HESSELIUS.

Reverendus



Reverendo doctissimoque Viro

**CORNELIO ARKELIO,  
HADRIANI JUNII  
ANIMADVERSA**

*denuo edenti.*

**A**rkeli, cui Suada potens sua verba ministrat,  
Romanam Arkeli docte ferire chelyn,  
Gratia magna tibi. Per te post funera vivit  
Junius, & spolium temporis esse negat.  
Per te quae quondam ingenii monumenta reliquit  
Redduntur luci, sed meliora, novae.  
Apparent veterum ritus, &, nocte remota,  
Multa patent, umbris ante sepulta suis.  
Apparent veteres perfusi luce poëiae,  
Romula quos tellus, quosve Pelasga tulit.  
Quicquid & in dubiis panixerunt saecula chartis  
Nudatur variis detegiturque modis.  
Crede mihi Arkeli: doctorum turba virorum  
Cum tota obstricta est posteritate tibi.  
Praemia digna feres isto, Vir docte, labore:  
Te vehet auratis candida Fama rotis.  
Juniadaeque comes caelestia sidera adibis,  
Et vivet nomen tempus in omne tuum.

DAVID HOOGSTRATANUS.

\* \*

IN

( ♫ )

I N  
HADRIANI JUNII  
ANIMADVERSORUM LIBROS,  
AC DE COMA COMMENTARIUM,  
a CORNELIO ARKELIO,  
Roterodamensi apud Remonstrantes Ministro,  
*Nova cum augmēto ac Appendice in lucem editos.*

**S**i requies animae , *Juni* , mortalia campis  
Sentit in Elysiis.

Si juvat in pratis Doctorum carpere lauros ,  
Debita ferta tibi.

En Flores , *Hadriane* , tuos , quos rorē recenti  
Colligit *Arkelius*.

Laurea Musarum manibus connexa perennis  
Cingat utrique *Comam*.

I. BREMERUS.

R E.

( ۴۳ )

R E V E R E N D I S S I M O  
Amplissimoque Atrebatum præfuli D.  
Antonio Perrenotto, Cæsareæ Majestati  
primo Consiliario, literarum incom-  
parabili patrono, Hadrianus Ju-  
nius Medicus S. P.

**N**Æ illi juxta Hyperidem, ἀφέντες τὴν  
ὑπέροχην, τὸν πόδα δικεῖν mihi videntur,  
Antistes amplissime, qui posthabita me-  
liorum autorum lectione, ad barbara,  
modo lucrosa nomina, animum toti adjiciunt, ma-  
jore (uti sibi persuadent) compendio quæ ad farinam  
faciunt, quod dicitur, querentes, ac facultatum  
quomodo cunque partarum cumulum eruditionis pa-  
bulo animique saginæ præferentes. Nimirum isti  
quibus in tenebris erroris atque inscitiae versentur,  
non vident, malintque cum multis errare, quam  
cum paucioribus mentis consiliique sanioris rectè sa-  
pere, & gloriam utilitatemque publicam privato  
censi posthabere. Quibus frustra sacer ille Pytha-  
goræorum cætus occinuerit, Regia via ne incedant,  
eo dicto non pedibus laborem præscribens, non præ-  
cipitia sectari nos præcipiens, sed symbolice animum  
ad res neque vulgares neque tritas appellere nos vo-  
lens, uti scitè aureus ille Philon in oratione, ὅτε  
τῶς ὁ ἀσεὶ θεὸς εἰλεύθερος, interpretatur. Quod ip-  
sum ut mirificè stomacho meo semper fecit satis, ita  
illos

( ๔ )

illos fecutus, qui dulci utile commiscent, nihil habuſ  
jam olim antiquius, quām ita mea comparare stu-  
dia, ut vetustorum ac præsertim classicorum scripto-  
rum lectione animi penum instruerem, & inde  
communia studia pro viribus adjuvare satagerem.  
Nam quid turpius, & literato homine indignius,  
quām perceptos literarum fructus pomorum instar pu-  
trilagine consumi atque interire potius sinere, ne di-  
cam invidere, quām publicæ rei illos ipsos commu-  
nicare? quid contrà liberalius, & omni seculorum  
memoria dignius, qudm æditis libris Mercuriali  
aliquo sale tintis, rem literariam qua parte manca  
est, juvare, labantem confirmare atque erigere, hoc  
est, immortali beneficio non posteritatem modò, sed  
præsentem etiam ætatem demereret? Proinde ne in-  
me quoque Pausaniae illud distingi posset, βῆστιν  
αὐλείω κόθηται, nolui inutili maleque feriato otio  
tempus transfigere videri, sed ubicunque liceret, stu-  
dia non parco laboris conatu ac honesta in primis qua-  
dam naturæ ingenique contentione sedulò adjuvare.  
Quam ad rem cùm idoneum apprimè argumentum  
nactus essem, hortatu maximè Antonii Morillonitui,  
hominis incomparabili doctrina & omnigena lectione  
ad miraculum usque instructissimi, illud tui, Am-  
plissime Præsul, nominis auspicio in publicum exire  
volui, utpote qui præter eximiam utriusque litera-  
turæ cognitionem, & Musarum assiduus cultor, &  
literatorum liberalis patronus, imò pater, ubique &  
audias & prædiceris: cuius accurata diligentia &

in-

incredibili sumptu comparata operosa illa atque inex-  
 hausta vetustatis omnis inscriptionum, numismatum,  
 picturarum, symbolorum cognitio, ejusdem Moril-  
 loni industria propè divina, lucem accipiat, & in-  
 æstimandus orbi thesaurus aliquando futurus sit. No-  
 stro huic labori Animadversorum ex re nomen indi-  
 di, affectationis tituli parum curiosus, quanquam ea  
 in re plerique superbiant. Tyro Ciceronis libertus  
 Pandectas velut opus omnia complexum invulgavit.  
 Aphricanus librum de re militari inscripsit n̄ 585, à  
 varietate rerum, instar cinguli Veneris: quam in-  
 scriptionem usurpavit & Celsus, in quem stylum di-  
 strinxit Origenes. Aristoteles commentario suo in  
 Homeri catalogum Pepli nomen dedit, à laboriosi  
 illius pepli Minervæ, toto quinquennio contexi so-  
 liti, similitudine. Clemens opus suum σεωματά inscripsit, ut & Origenes σεωματά, ab argumento  
 texturæ picturarum stragulorum. Diodorus histo-  
 riæ suam Bibliothecen appellat, ceu librariæ offici-  
 næ materiam omnem continentem. Phavorinus Co-  
 piæ cornu ab omnium rerum fæcundissimo ubere  
 nuncupavit: Herodotus Musas: omnigenam histo-  
 riæ Älianu: τερεγοπέντε commentaria sua  
 dixit Diogenianus, quod pauperibus, nedum pecu-  
 niosis, pro magisterio ea esse possent. Noctes Atti-  
 cas Aul. Gellius scripta sua nominat, gloriose no-  
 Æturnæ lucubrationis argumento. Apud Græcos plu-  
 res cūpuncta conscripsere, materiæ omnifarie in-  
 dicio, inter quos Callistratus apud Athenæum, Phi-

lemōn apud Porphyrium, Seleucus & Simonides  
 apud Tarrhaeum, Ister historicus apud Lycopronis  
 enarratorem Zezen: quos secuti politissimus Politia-  
 nus, & nuper doctissimus Nannius, Miscellanea in-  
 scripsérunt. Celius similiter lectiones antiquas, Flo-  
 ridus succisivas, Victorius varias, Robortellus an-  
 notationes, aliis denique aliud in librorum suorum  
 nomenclaturam traxerunt, ut quisque minime vul-  
 gata via sibi insistendum putavit. Ego Animadver-  
 sorum titulum non sine autore prætuli, quod ab aliis  
 aut non animadversa, aut perperam annotata, in  
 sex libros digesserim, infinitos autorum omnis generis  
 locos reddita luce illustrarim, nodos inexplicabiles  
 dissolverim, lectionem corruptam & depravatam  
 magna cura interpolarim. Quas difficultates omnes  
 inexhaustis laboribus, & multijugæ lectionis beneficio  
 superavimus. Porrò ad superiorem causam, cur tue  
 Amplitudini fætum non nuperum consecratum volue-  
 rim, accedit vetustatis consensus, quæ semper ad prin-  
 cipes viros laborum suorum inscriptiones retulit, tum  
 ut magno liberalique patrocinio adversum vitilitiga-  
 tores & lividorum unguis armatus insisteret atque  
 inniteretur: tum ut lectoribus eo nomine probaretur  
 magis, quod excelsæ fortunæ hominibus non nisi ela-  
 borata fermè & undequaque absoluta deberi noverim.  
 Itaque, Præsul amplissime, qui soles αὐλέις δύεας  
 ταργέζειν σοφοῖς ἀνδεξίαι (quod de se apud Philostra-  
 tum Vespasianus profitetur) si minus apertis foribus,  
 quo voles tamen modo venientem ad te librum benignè

( ϕ )

fuscipto hospitem, sub magna tui patrocinii umbra  
tutum: qui Cæsar's rebus, indubitate ipsius judicio,  
certissimoque Nestoreæ cujusdam prudentiæ testimo-  
nio, feliciter humeros, velut alter Hercules, sub-  
jecisti, Atlanti genitori tuo Prætorii præfecto succè-  
dens: idem labores hosce nostros, non omnino (nisi  
fallimur) tuis eruditis auribus indignos, qua potes  
ope plurimum foveo atque suffulcio. Possem hic in  
tuas laudes latius digredi, ac cum multis te supra  
humanam fortunam collocare: sed Lysippum platen  
imitari præopto, qui, quum Apelles Alexandro à se  
depicto fulmen in manum addidisset, dixerat, se  
hastam (cujus gloriam ut veram & propriam nulla  
unquam deletura foret ætas) maluisse, Apellem af-  
sentationis insimulans. Vale incomparabile litera-  
rum & studiorum ornamentum, tibique addictissi-  
num Junium in clientelam recipito.

Harlemi, Idibus Martiis, anno 1556.

KAI

( 83 )

ΚΑΡΟΛΟΥ ΤΟΥ ΟΤΘΕΝΩΒΙΟΤ Ν. Γ.

Ἐντος Αδριανῆ Ἰγνίς συμπατελάτη συμμίκτων Βιβλίου

**Ε**ξ πρὸς Ιωάννην Οθωνα Επίγραμμα:

**Ε**ἰς φύσιν ἐν φύσεων ὅθ' ἴρως πολυπάνσοφον ἀνδρῶν  
Στήθεσθαι εξ ἐφάρμην πολλάκι τοῖον ἐπέστη.

Ως γένεσθαι ἐστι βροτῶν πολυδάσταλον, ὡς ἀκίχητον;

Οσσα δύνη βροτέν χεὶρ, πρωτητὸς ὁσσα δύνη:

Νῦν γὰρ, ἐν ζοφεροῖς ἀτιν' ἐκλελάθοντα βερέθροις

Πρόσθεν ἔην, αὐτὸς ἐξεπέρησε πύλαις.

Εἰσιδε γὰρ τυπικὴν (ὡς Θαυμάσσεις μέγα) τέχνην,

Τὴν κάματα τέχνην πρῶτον ἀνένεψε βροτῶν.

Ωγῦν, (ἀλευγαλεσθαι, καμάτοις, σχεδὸν ἀλεγεναῖς)

Ηελίοιο φάσθαι βιβλία πάντ' ἐσορεῖ.

Ἡν ἦχάρειν μεγάλην δὲν, ἢντε γέρεις τίκεν ἐσθλὸν

Τοῖοι δόμει τοῖοι οἱ πρέποντον ἀντὶ πάνων:

Καὶ γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ καὶ τοῖσιν ἰσόρροπον ἀθλον

Τινέμεν, οἱ τάτων φροντίδι σὺν μεγάλῃ

Ηγαγον ἀρχαίων συνιάγματα πρὸς φάσθαι ἀνδρῶν,

Πρῶτα μὲν αἰσχύσοις σφάλμασιν ὄντα βάρη.

Δάμβανε γᾶν χερσὸν χαρίτων πεπονημένα τελσῶν

Βιβλία, παντοδαπῶν ἵλιαδί τις καλῶν.

Ταῦτα σὺ ἐργοπόνῳ πεποίηκας Ιάννε τέχνη,

Ωδὲνερ ήμετέρης πάνσοφε φῶς πατρίδα.

Οἴσεις τῷδε χάρειν νεαροί, κεφαλῇ δότε δάφνην

Αονίδων μύσαις νηὸν ὄσοις μέλεται:

Ἄνθις Ισιγγελνίω, (τῷ πατέρε τῷδε πάντ' ἐτυπώθη)

Τίνεις μὴ πολλῷ μείονα δι' εἰτα χάρειν,

Σὺν δι' ἐνηγορίᾳ, σὺν ἐπαίνῳ, σύντε γέρεσσιν,

Τότε οἱ ἐξ ἀρετῆς τέλθατο ὄφείλομενον.

Ἐρρώσο καὶ ἐντύχει.

# HADRIANI JUNII ANIMADVERSORUM LIBER PRIMUS.

*Ritus apud priscos in nuptiis observari solitus. Ori Apollinis locus emaculatus, & Scholia st̄e Pindari. Item Cælii error indicatus.*

## C A P U T I.

ORNICUM concordiam Satyrographi versiculo testatam, alicubi in miscellaneis arbitratur contra Grammaticos nonnullos Politianus homo literatissimus, cuius ego judicium & eruditionem plurimi feci semper, neque gravatim ego illius sententiæ accedo: siquidem præter Aeliani, quem adducit, testimonium, fidem ejus rei Greg. Nazianzenus facit, & Orus Apollo, Nilous in Hieroglyphicarum notarum interpretamentis, attestans Cornices ad mortem usque pertinaciter observare legem conjugii: atque inde in omen abiisse sinistrum, solitariæ cornicis occursum, velut viduam portendentis vitam: eaque de causa in nuptiis auspicato concordiæ societasque præfagio accinere identidem confue-

visse veteres, ἐκκόρει κορὴ κορώνη, hoc est, E-  
verre virgo cornicem atque elimina. quæver-  
ba non intellecta omisit interpres conniven-  
ter ea præteriens. Græcè autem ita leguntur:  
 τῆς δὲ τοιαύτης ἀυτῶν ὄμοιοις χάρει, μέχει νῦν οἱ  
 ἔλληνες ἐν τοῖς γάμοις, ἐκκόρει κορὴ, κορώνη, λέγοσιν  
 ἀγνοῦντες, sed perperam & vitoſe, proin-  
 deque ad præscriptam normam corrigenda.  
 „ Si non potius inverso casu legas, ἐκκόρει  
 „ κόρην κορώνη, ut sensum hunc elicias, De-  
 „ virginia virgunculam cornix: in quam sen-  
 „ tenciam annotasse videtur Hesychius κον-  
 „ εζομένην dici nuptam & hymenæi carmine  
 „ copulatam, eo quod pueri permisi puellis  
 „ hunc in modum novæ nuptæ accinerent,  
 „ quod nunc corruptè, inquit, ἐκκόρει dici-  
 „ mus.” Succinit Aelianus de animalibus  
 tertio, veteres, inquiens, in nuptiis post  
 Hymenæum Cornicis nomen invocant, sig-  
 numque illud concordiæ dare consueverunt,  
 qui liberūm quærendorum gratia conveni-  
 sent. Apud Pindari scholiaſten in Pythiis in  
 eandem sententiam legitur scriptum, ταρ-  
 τεύοντες δ' ἐνοί φασιν, ἐκκόρει κόρης κορώνας, αἰτ-  
 χύνην ἔξευτελίζων. Id est: Nonnulli animando  
 instigandoque dictitant, elimina puer corni-  
 ces, abolito pudore. Quo in loco fortasse  
 rectius legas κόρην vel κόρην pro κόρης. Locum  
 illum Ori, more suo, non addito autoris  
 nomi-

nomine, transcripsit in suas antiquarum lectionum farragines Cœlius Rhodiginus multæ lectionis homo, lib. 29. cap. 18. in hanc formulam. Et in nuptiis Græci cornicem ἔκκοσι, νοεῖ dicebant, etiamsi nescientes. Quo quidem loco (dicam enim quod sentio liberè) dispeream, si se ipsus intellexerit, tantum abest ut Ori sententiam peruidisse illum putem.

## CAPUT II.

*Statii Papinii ex Achilleide locus nitori pri-  
stino restitutus.*

**L**Egenti mihi apud Diodorum Siculum bibliothecæ sexto Balearicis funditoribus, quomodo pueros à primo annorum rudimento in rotandis fundis utiliter exerce-rent, quod ipsum & Strabo, ut pleraque alia, in suæ Cosmographiæ tertium librum retulit, & attigit Plinius lib. 3. Baleares funda bellicosas nominans, venit in mentem, recente adhuc memoria, apud Statium Papinium idem legisse videri: itaque adeo librum, ut autrum inter se loca committerem, invenio scrip-tum in codice Lugdunensi, hunc in modum, ubi Achilles gloriatur didicisse se sub Chirone:

*Quo Magetæ sua gesa citent, quo turbine cæstum  
Sauromates, falcemque Getes arcumque Gesonus.*

*Tenderet, & flexæ Balearicus autor habenæ.*

*Quo suspensa trahens libaret vulnera tractu;*

*Inclusum quoties distingeret aëra gyro.*

*Vix memorem cunctos (etsi modò gessimus) actus*

*Nunc docet ingenti saltu me jungere fossas,*

*Nunc caput aërii scandentem pondere montis*

*Quo fugitur per plana gradu.*

Qui locus quum haberetur mihi suspectus ~~παλαιός~~, visum est eum expendere atque examinare ad fidem manuscripti codicis, quem fortè ex Anglia cum nonnullis aliis asportaram, disturbatis illuc jam tum bibliothecis cœnobiorum, quò si eveniret quod speraram, remedium loco adferrem: neque spes falsus omnino fui, inveni nanque multò aliam lectionem, eamque meo quidem judicio saniorem, & quæ videbatur operæ aliquo precio annotanda, & judicio doctiorum subjicienda, Ea sic habet inter cætera:

*Falcemque Getes, arcumque Gelonus*

*Tenderet, & flexæ Balearicus actor habenæ,*

*Quo suspensa trahens libraret vulnera tortu.*

Ubi librare vulnera poëtico more eleganter dixit, pro rotare eiacularique tela factura vulnera. Et deinde:

*Nunc caput aërii scandentem prendere montis*

*Quo fugitur per plana gradu.*

hoc est, libero cursu, quali in plano campi  
æquo-

æquore curritur, in cacumen ardui montis evadere scandendo. Cæterum quòd de Gelonis Scythiæ gente loquatur, non dubium est: nam Gesonos legas nusquam: de Gelonis verò, Plinius, Strabo, Dionysius, Stephanus, Virgilius, Mela, autores omnes. Deinde auctorem accipio peritum torquendæ fundæ, potiore lectione, quàm si autorem & inventorem ejus accipias, præsertim quum legamus fundæ inventionis gloriam penes alios fuisse: Plinius enim lib. 7. Phœnicas invenisse cum balista fundam, commemorat. Strabo verò Ætolos in hanc gloriam vocat: cui consentire videtur Pollux lib. 1. Ubi enumerans præstantissima apud quanque gentem arma, σφενδόνην ἀκαρνάνων, fundam Acarnaniam commendat: Acarnanas autem Ætolis esse contiguos, quis est qui ignorat? „, quanquam Dolopas gentem Thessaliam vicinam testatur. Pindarus θερσίν οὐιτανού σφενδονάσαι, tanquam dexterimi isti fuerint funditores.” Ita ut auctor significet tortorem eo loco, quomodo Virgilius aliquibi dixit:

*Stuppea torquentem balearis verbera fundæ.*  
Reliqua obvia sunt poëtarum lectioni vel leviter asluctis.

## C A P U T III.

*Pausaniæ locus peniculatus examinatus, de binis reorum & accusatorum lapidibus.*

**A** Reopagitici senatus, noctu, ne quid gratiæ daretur, judicare consueti, incorrupta severitas nulli non audita est. Illud verò observatu dignissimum fuerit, cur in eorum confessu lapides duo argentei, unus reo, alter accusatori, in quibus consisterent, positi fuerint, iisque propriis nominibus cognitionem jucundam insinuantes: de quibus Pausanias in Atticis hunc in modum scribit, ἀρετῶν πάγος, id est, Martius vicus nomen fortitus est, quoniam Mars ibi primus judicio stetit, imperfecto Halirrhothio. Ibidem & Oresten absolutum fuisse à cæde matris ferunt: estque illic Minervæ Martiæ āra, quam ille judicum sententiis exolutus vovit posuitque. Lepides verò argenteos, quibus insistunt & rei qui judicio fistuntur, & accusatores, nominant unum injuriæ contumeliæ ve, alterum impudentiæ. Græcè sonant postrema ita: τὸς δὲ αργυρῆς λίθος, εἰφ' ὅν ἐσαστιν οἱ μίνας ὑπέχοσι, ηγῆ οἱ μιώκοντες, τὸν μέν ἔρεως, τὸν δὲ ἀναιδείας αὐτὰς ὄνουμάζοσι. Equidem injuriæ lapidem accusatoribus dicatum fuisse autumo, certa ratione, quam mox dicam. Cur verò impudentiæ nomine alter dominatus

natus fuerit, ignorare me fateor ingenuè, neque subsidium alicunde video, nihil enim Cœlius ( qui disertè hæc verba transcripsit lib. 12. cap. 19. ) nihil alii, qui istud commemorant, in medium adferunt, unde istius Atheniensium facti ratio excupi elicie queat. Sed si syllabam unam immutes molliter, & loco *αὐαδλίας* reponas *αὐατίας*, cadente æqualiter vocis tractu & syllabarum numero, sonoque propè eodem, clarissima elucescet illorum facti ratio, ut ostendam. Nolum tamen in temeritatis scopulum impingere, certò hanc lectionem asserendo: quin potius doctiorum oculos aperire, judiciumque acuere est animus ut mecum expendant, an non veritati magis consentanea sit hæc nostra, quam quæ in impressis extat codicibus. Nam quum inter se opponantur *οἱ διώκοντες*, accusatores qui postulant, & *οἱ δίκας ὑπέχοντες*, rei causam sustinentes, quos hîc Pausanias nominat, quorum utrisque suus fit positus lapis: postulat etiam ratio, ut injuriæ contumeliæve accusatorum ( qui tametsi veras causas defendant, ad opprimendos tamen reos eas persequuntur ) opposita sit & reorum qui in judicio postulantur, innocentia: nam ut accusatoris antitheton est reus, ita & injuriæ innocentia, non impudentia. Quid enim hîc commune habeat cum miserorum,

qui capite & fortunis oppugnantur , forte , impudentia ? Quin & ipse Pausanias ἀνατίας lectionem videtur confirmare , quum paulo post subiungit , ἐνταῦθα θύγοι μὲν ὅσοις ἐν ἀρειῷ πάγῳ τὴν αἰτίαν ἔξεγένετο ἀπολύσασθαι , hoc est , isthic sacrificant quotquot in Areopago cædis absolvi contigerit : ubi in Græcis verbis magis elucet vocis necessitudo . Ex argento autem conflatos ( quod ab æragine immune est ) lapides fuisse existimo propterea , ut innuerent integratatem utrobique tam in accusando , quam in defendendo , spectari debere , nihil affectibus illic tribuendo , crimenque gravando , hic vero nihil dissimulando : nam ut neque negare solùm sufficit , ita neque accusasse solùm fatis est : quod lepidè regessit Cephalio cuidam noto accusatori Julianus Imp . Porro quod apud Zenobium legitur ex autoritate Theophrasti , Athenis aras extitisse ὑβρεῶς καὶ ἀναδείας , & apud Ciceronem , contumeliam fanum & impudentiam factum fuisse Athenis , suadente Epimenide Cretensi , aliò spectare arbitror : nimirum illi vitiis ea posuerunt , ut Romæ Pallori , Febri , Pauori , tempora sacrata legimus : neque verò Pausanias aras templáve nominat , sed lapides . Hinc etiam patet corrigendum esse codicem Alexandri in dierum Genialium lib . I . cap . 13 . ubi legitur Athenienses contumeliam & impudicitiam

citiæ aras sacræ , corrupta librariorum vi-  
tio voce Impudentiæ , & deformata in Impu-  
dicitiæ.

## C A P U T I V.

*Agathii historici locus unus & item alter prodigiose  
peruersus, integritati suæ restituiter.*

**Q**ui græcas literas Vatiniano quodam o-  
dio persequuntur , peruicaci improbi-  
tate suggillant , earum cognitionem ut  
superuacaneam temerariis linguis traducunt ,  
istorum vecordiam flagellare , quid attinet ?  
aut è diverso , ostendere summam ejus lin-  
guæ , imò aqua & igne magis necessariam ,  
utilitatem , ne ab interpretum fide dubia pen-  
dere semper tibi necessum sit , quid præstantis  
operæ contulerit ? præsertim quum tot ante  
me , iique doctissimi homines , ea in re penè  
ad tædium usque desudarint : non possum ta-  
men , quin unico exemplo testatum faciam ,  
quantopere illi hallucinent , & clara quo-  
dammodo in luce cæcutiant , ut ex eo tan-  
quam in speculo errorem suum discant agno-  
scere . Locus est apud Agathium Smyrnæum  
historicum , libro historiarum secundo , cir-  
ca calcem , de Chosroem Persarum rege , quem  
percalluisse atque in memoriam trajecisse cun-  
cta Aristotelis Stagiritæ scripta commemorat  
ut non fidelius Thucydidis nitidissimi scri-

ptoris historias Demosthenes orator memoria continuerit: quod interpres ita conuertit, ut dicat illum stagireten, id est, vini amphoram perpotasse longè melius, quam rhetor pæanicus olori perscripserit fabulam. Quæ quidem prodigiosa versio inde nata fuit potissimum, quod trium celebriorum autorum epitheta non intellexerit, suppressis studio nominibus propriis ab Agathio aut expolitione rhetorica obscuratis. Quanquam à latæ culpæ criminè excusari possit interpres: cui enim vel mediocriter literato ignotum est, Aristotelem Stagyris ignobili Græciæ oppidulo Andriorum colonia secundum Thucydidem natum: Demosthenem è tribu Pæaniensi oriundum: & Thucydidem patrem habuisse Oloram? Sed adscribam totum loci illius tractum ordine longè corruptissimum, ex mea interpretatione primo loco, quæ ita habet. Chosroem laudibus vehunt atque suscipiunt præter modum non Persæ soli, sed & ex Römanis nonnulli, velut eloquentiæ amatorem, & qui ad nostratis philosophiæ fastigium pervenerit, transfusis illi in Persicam linguam, opera cujusdam, Græcorum scriptis. Quo circa dictitant quod totum Stagiriten melius devorarit, quam Olori filium Pæaniensis orator: quodque Platonis, qui Aristonem patrem habuit, dogmatibus imbutus

butus fuerit, ita ut ne in Timæo quicquam illum fugerit, tametsi hic dialogus præcipue variegatus sit linearis speculatione, & opero sa cumprimis subtilitate, ac naturæ motus scrutetur: neque etiam Phædon, aut Gorgias, alijsue quispiam ex dialogorum illorum numero, qui & elegantes & obscuri habentur, illius cognitionem subterfugerint, cuiusmodi est Parmenides. At ego nunquam adduci possim, ut credam ipsum tam præstanti fuisse doctrina, ut eam summam fuerit asseditus. Qui item fieri potuit, ut pura illa veterum nominum libertas, quæ, omitto rerum naturam, cumprimis est proficia & opportuna, in agresti quapiam & barbara lingua conservetur? Qua ratione homo regio fastu à puero educatus, multa adulatio[n]e delinitus, vivendi genus parum civile secutus, quod ad bella & instruendas acies semper spectet, quomodo inquam is qui ita vitam exegit suam, magnum aliquem & memoratu dignum percipere fructum, exerce[re]ique utiliter in iis disciplinis potuit? Si quis igitur laudaret eum, quod quum rex esset, & Persa, ac tantarum gentium pariter & rerum cura illi incumberet, nihilominus degustare has artes concupierit, eaque gloria efferri, certe & ego quoque ejusmodi virum collaudarem, cæterisque barbaris omnibus ante-

anteferrem. Quotquot vero sapientem admodum illum appellant, & tantum non antesignanum omnium, qui usquam gentium philosophiæ operam navarunt, usque adeo ut cuiusvis artis atque disciplinæ principia & causas pernoverit, illi deprehendentur in primis à vero exorbitare, solamque vulgi famam esse secuti. Vranius quidam nomine, gente Syrus, in regia urbe vagabatur, artis medicæ professione sese venditans, qui quum nullum Aristotelis dogma exacte calleret, plurima tamen sicire se jactitabat gloriosus miles, eo quod in concionibus palmam in altercando facilè obtineret. Crebro nanque ad imperatoriam porticum ventitans, aut in librariis officinis sedens, cum hominibus eo confluentibus disceptabat, & magnifica crepabat, usitata quædam de summo bono verbula identidem ingeminans, cuiusmodi illi natura esset & substantia, an ne affectibus sit obnoxium, an vero simplex & impermixta natura: idque apud eos quorum tamen bona pars nunquam literatoris ludum, ut arbitror, frequentarat, nedum elegantiore vita educita fuerat. Hactenus Agathii historiam ex nostra interpretatione pertexuimus, cum qua ut conferatur paratus Christophori Personæ translatio, subjiciam eam, cum ut consulam tenuioribus, quibus libri copia non est, tum

ut

ut ~~μισθίην~~ isti cæcitatem pervideant suam. Ea talis est: Non enim hunc Persæ solum ultra quam decet laudibus ferunt & demirantur, sed Romanorum plerique, ut eloquentiæ studiosum, & qui ad nostræ philosophiæ summam pervenerit notionem, & græca opera in Persicam linguam nonnulla transtulerit: addunt tamen & Stagiretem, id est, vini amphoram longè melius perpotasse, quām rhetor pæanicus olori perscripserit fabulam. Quintetiam Platonicis imbutum dogmatibus tradunt, atque adeo ut ne Timæus hunc quidem prætereat, tametsi linearī speculatiōne divarietur, & naturæ rimetur motus, nec Phædon ipse, neque Gorgias, vel dialogorum autor aliis quisquam, ut Parmenides, & cæteri item, quibus varia sententiarum profunditate sunt multa conscripta. Ipse vero non egregie adeo hunc eruditum fuisse existimaverim, ut summam disciplinarum teneret. Qui enim fieri id poterat, veram illam & liberam ut veterum nominum pronunciationem, ita & rebus ipsis maxime congruentem, lingua quædam ut agrestis & rudior & à Musis penitus aliena servaret? quo inquam pacto vir regio fastu ex immodicis adulatio- bus ab ineunte ætate illectus, ac vivendi con- fuetudinem naētus supra modum barbaricam, & qui bella semper & acies animo agitarit,

exer-

exerceri in his poterat disciplinis , ex hisque  
fructus aliquid sibi vendicare ? Quod si quis  
idcirco hunc laudet , quia quum rex esset  
& Persa , tantarumque gentium & maxima-  
rum rerum curam haberet , utcunque tamen  
degustare artes literarias voluisse , ex eaque  
ut gloriam , ita & animi capere voluptatem ,  
profecto & ipse hunc laudarem , perinde præ  
cæteris barbaris admirandum . Sed qui hunc  
nimium sapientem appellant , & quasi phi-  
losophos cæteros præstitisset , omnium ar-  
tium disciplinarumque causas nosse affirmant ,  
& qualem fortasse Peripatetici maxime eru-  
ditum præfiniunt , deprehendetur is haud  
dubie nihil prorsus ea quæ vera sunt perva-  
disse , sed vulgi duntaxat famam sectari . Vir  
quidam genere Syrus Vranius vocitatus , dum  
Byzantii versaretur , artem quidem medicam  
profitebatur , sed Aristotelicæ disciplinæ pror-  
sus ignarus , nil denique vera cognitione te-  
nebat , fremebundus tamen & insolens quam  
multa se percallere jaætabat : & quum forte  
inter cœtus hominum versaretur , ut erat  
suapte natura contentiosior , sæpe etiam pro  
regiis porticibus ipfis astabat , plerunque in  
librarium tabernis venalitiis assidebat , & ad  
hominum turmas se eodem cogentium , verba  
magnifica perinde mirabundus & stupidus fa-  
ctitabat , consueta quædam deo longis ver-  
bo-

borum ambagibus, his qui se circumfisterent postulantibus, qualis nam scilicet illi esset natura, quænam substantia, utrum affiliatur, utrum curæ sit expers, & alia quædam ejusmodi. qui vero ista profitebatur, ne grammaticum quidem adiisse unquam crediderim, nec vitam forte rectiorem egisse. At tempus est autorem ipsum audire græce loquentem hunc in modum:

ὑμνῶσιν αὐτὸν (χορόην) ἡ ἀγανται τέρετ τῆς αξίας, μὴ ὅτι οἱ τέρσαι, αλλὰ καὶ ἔνιοι τῶν ρωμαίων, ὡς λόγων ἐρεζήν καὶ Φιλοσοφίας τῆς ταφή ιμῖν ἐις ἄκρου ἐλθόντο, μετέβεβλημένων αὐτῷ ὑπό τῷ ἐις τὴν περιστολα φωνὴν τῶν ἐληνικῶν συγγεχμάτων. καὶ τοίνυν φασιν, ὅλον τὸν σαγειείτην κατέπιαν εἴη μᾶλλον ἢ ὁ ῥήτωρ παλαιεὺς τὸν ὄλόρχ. τῶν τε πλάτων θεώρησιν αναπέπλησι μογμάτων. καὶ γέτε ὁ τίμαιος αὐτὸν ἀπόδειγματεν ἀν, εἰ ἡ σφόδρεται γραμμικῆ θεωρίᾳ πεποίκιλαι, καὶ τὰς τῆς φύσεως ἀνιχνεύει κινήσεις, γέτε ὁ φάιδων, γέτε ὁ γοργίας. γέμενον γέδε ἀλλός τις τῶν γλαφυρῶν καὶ αγκυλολέρων μιαλόγων, ὅποιος ὁ παρμενίδης. ἐγὼ δὲ γέτως αὐτὸν ἀεισα ἔχειν παιδείας η ταῦτα τῆς ἀκροάτης, ἐκ ἀν πολεοι οιηθείην, πῶς γαρ οἴον τε ἦν τὸ ἀκρετιφνὲς ἐκεῖνο τῶν παλαιῶν ἐνομάτων ἐλευθέρον, καὶ πρὸς γε τῇ τῶν περιγράμματων φύσει πρὸς Φορόν τε καὶ ἐπικαιρότατον, ἀργίᾳ τινὶ γλώττῃ καὶ ἀμφότητι ἀποσωθῆναι. πῶς δὲ ἀνήρ βασιλείω τύφῳ ἐκ παίδων καὶ πολακείᾳ πολλῇ γεγαννυμένος, μιαλάν. τε λαχῶν ἐις ὅτι βαρυτάτην, καὶ πρὸς πολέμους αἰτηκαὶ παρεῖλαξεις ὄρῶσαι, πῶς μη

Ἐν ἀδείᾳ βιώσεως ἔμελλε μέγα τι καὶ λόγος ἀξιον. ἐν τοῖσθα  
ἀπόνασθαι τοῖς διδάγμασι καὶ ἐνασκηθῆναι. εἰ μεν  
ἔν ἐπανοίη τις αὐτὸν, ὅτι δῆλος Βασιλεὺς γε ὁν καὶ  
πέρσης, ἐθνῶν τοστῶν καὶ πράξεων μέλλον αὗτῷ, ὃ  
δὲ ἐφίετο γάνιμας ἀμηγέπη ἀπογεύεσθαι λόγων,  
καὶ τῇ ἀεὶ ταῦται γάννυσθαι μόξῃ, ξυνεπαινέσαιμι ὃν  
καὶ ἐγώγε, τὸν ἄνδρα, καὶ μείζονα θείην τῶν ἄλλων  
Εαρβαρών. ὅσοι δὲ λίαν αὐτὸν σοφὸν ἀποκαλῦψι, καὶ  
μονονυχίτες ὅποι πολέ πεφιλοσοφηκόταις ὑπερβαλλό-  
μενον, ὡς καὶ ἀπάσης τέχνης τε καὶ ἐπισήμης τὰς  
ἀρχὰς καὶ αἵτιας διαγινώσκειν, ἐκεῖνοι ἀν μάλιστα  
Φωραθεῖεν ό τὸν ἀληθῶν ἴσοχασμένοι, μόνη δὲ τῇ  
τῶν πολλῶν ἐπόμενοι φήμη. Ανὴρ δέ τις Οὐρανίο-  
δνομα, σύρτι τὸ γένος, καὶ τὴν Βασιλέως πόλιν  
ἡλάτο, τέχνην ἐπαγγελλόμενος τὴν ιατρικὴν μετίε-  
ναι. τῶν Αεριστέλες διογμάτων όδεν μεν εἰς τὸ ἀκρι-  
βές ἐγίνωσκεν, ἐκομψεύετο δὲ ὡς πλεῖστα εἰδέναι βρευ-  
δυόμενος, τῷ διυσεῖλις εἴναι τοῦτο τὰς συλλόγυς. πολ-  
λάκις γαρ οὖν πεφτεῖ τῆς Βασιλείς στοᾶς, καὶ ἐν τοῖς  
τῶν Βιβλίων ἥμενος πωλητηρίοις, διεπληκτίζειο καὶ  
ἐμεγαλυγόρει πρὸς τὰς αὐτόθι ἀγειρομένυς, καὶ ταῦται  
δὴ τὰ εἰδισμένα ῥημάτια τῷ κρείτονος περὶ ἀνακυ-  
κλῶν, ὅποιον δή τι αὗτῷ ἦτε φύσις ἐστι καὶ ή δσία,  
καὶ τὸ παθητὸν, καὶ τὸ αἰξύγχυτον, ὃν οἱ πλεῖστοι όδε  
εἰς γερχματιστὰ οἶμαι φοιήσαντες, όμην βίᾳ αἰείω  
ἐκδεδιηγμένοι. Venio nunc postliminio ad lo-  
cum illum in quo præcipua incuria nota ver-  
titur, de Stagirite, quem esse Aristotelem  
nemo jure dubitabit, si vel illud Laërtii le-  
gerit,

gerit, Αριστοτέλης νικομάχος καὶ φαισιάδος, σθαγείτης. Id est, Aristoteles Nicomachi & Phæstiadis filius, Stagirita. Deque Pæanico oratore, quem Demosth. esse dixi, res est nota ex Suida, Harpocratiorne, & Plut. in vitis x. rhet. Δημοσθένης, inquit iste, Δημοσθένες ἡ κλεοβύλης τῆς γυναικὸς τῆς θυγατρὸς, τὸν δὲ δῆμον παιανιεύς. Rursus per Oloræ sive Olori filium designari Thucydidem, quis est qui nesciat? Marcellinus patrem habuisse cum Olorum dicit cognominem Oloro Thraciæ regi: sic enim habet: Θεονδίδης ὁ συγγενεύς, ὀλόρος μεν ωροῦλθε ωτρός τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντος Διονύσου ὀλόρος τῆς θρακῶν βασιλέως. ita & Suidas. Legit & Herodotus, perspecto Thucydidis ingenio. gratulatus fuisse patri de filio, μακαρίζωσε, inquiens τῆς εὐτεκνίας ὄλορε. id est: Beatum te prædico Olore, qui talem genueris filium. Cur autem dicat Cosroën accuratius imbibisse Aristotelem, quam Demosthenes Thucydidem, ex historia petendum, quæ ex Luciano nota est, qui ad illiteratum, sed librorum copia stultè glriosum scribens, ait Demosthenem octies descriptissime sua manu Thucydidis historias, non aliam ob causam, quam ut fideliter ejus scripta memoria complexus, dictionem floridam imbibere, familiaremque sibi redderet. Sed de his abundè multa. Non possum autem quin & unius atque alterius loci corrigendi indicium faciam, qui in capite lib. 2.

historiarum ejusdem autoris extat, ubi de Nar-  
setis eunuchi industria in exercendo & ad mi-  
litares labores assuefaciendo milite loquitur, ubi  
interpres hunc in modum locum ulceravit.  
Nam & decurrere eos cogebat, & in equum  
agiliter desilire, armatosque tripudiis agitari,  
& tuba classicum personante, obtundi. Græcè  
ita legitur : τροχάζειν ανασκευάζων, καὶ ὑπὲρ τῶν  
ἱππων ἐνόσμῳ αναπάλλεσθαι, ἐξεπυρρίχην τινὰ ἐνό-  
πλιον περιδινέοσθαι, καὶ θαυμὰ τῆς σάλπιγγος ναῦτα βοη-  
τεῖσθαι τὸ ἐνυάλιον ἡχόσῃ. hoc est faciens eos in  
orbem decurrere, & in equis decenter veli-  
tari, & in speciem armatæ cujusdam pyrrichæ  
circumvehi, & confestim tuba classicum ca-  
nente ad signa turmatim cogi: id enim est meo  
quidem judicio ναῦτα βοητεῖσθαι, instar apum  
examinis condensari, vel apum more convo-  
lare. Erat autem barbarici agminis species tri-  
angularis, & Δ literæ similis: frons ipsa ante-  
rior, quæ in acutum cludebatur, frequens qui-  
dem & densior erat, quia circumquaque scutis  
obstribetur, dixeris sanè suis hos caput ex ea  
instructi agminis serie figurasse. Aliae autem  
utrinque per turmas & agmina condensatae, &  
quam maximè introrsus protensa, placide ab  
invicem dirimebantur, in progressuque in va-  
stam terminabantur latitudinem, ita ut in me-  
dio vacuus locus relinquatur, e quo terga nu-  
data ex ordine comparerent, nam terga tergis  
invi-

invicem verterant, ut facie versi in hostem essent, e tutoque & scutis prælatis certarent, posteriora verò opposita erant, ut se acrius tuerentur. Subjiciam nunc Græca verba, è quibus ceu speculo certa habeatur cognitio: ἦν δὲ αὐτοῖς ή ἴδεα τῆς παρεχθέντεως, οἷον εἰς ἔμβολον, δελτιῷ βάρῳ ἐώκει, καὶ τὸ μὲν ἐμπρόσθιον ὅσον εἰς ὄξυν ἐληγύε, στεγανόντε ἦν καὶ πεπυκνωμένον τῷ πάνιοθεν οὐσίᾳ περιπεφράχθαι, φάμης τε ἀν αὐτὸς, συὸς κεφαλὴν τῇ συνθέσει ἀποτυπώσασθαι. τὰ δὲ σκέλη ἐκατέρωθεν καὶ στίχος τὲ καὶ λόχος εἰς Βαθὺ ἐξυνκείμενα καὶ ἐπιπλεῖσον εἰς τὸ ἐγκάρσιον ἀνθετελαμένα, διεσταλο ἀλλήλων ἡρέμα καὶ διεκένετο. καὶ προσονταί εἰς μέγιστον εὔρεται ἀπετελεύται, ως καὶ τὸ μεταξύ χωρίον κενὸν καθεσθάναι, καὶ τὰ νῶτα γυμνὰ τῶν ἀνδρῶν σοιχηδὸν διαφαίνεσθαι. ἀπεστρεψμένοι γὰρ σφᾶς αὐτὸς ἐτύγχανον, ὅπως τοῖς μὲν πολεμίοις ἀντιπρόσωποι εἶεν, καὶ ἐκ τῆς ἀσφαλτῆς ἀγωνίζοντο τὰς ἀσπίδας πεφεβλημένοι, τὰ δὲ ὅπισθια διὰ τὸ ἀλλήλοις ἀντίεταχθαι, διαφυλάττοντο. id est: Erat illis agminis species velut in cuneum conformata, Δ Græcæ literæ assimilis, cuius frons in acutum desinens, impenetrabilis erat, & prædensitate solida, eò quod undequaque clypeis obsepta erat: dixisset eos aprugni capitis effigiem structura agminis referre. Alæ utrinque in longum excurrentes seriatim catervatimve, longissimeque in transversum protentæ, paullum à se invicem diffidebant ac disjungebantur,

tur, & paulatim in longissimum jugum desinebant, sic ut intermedium spaciū vacū relinqueretur, & per singulos ordines terga viris nuda interlucerent: etenim aversi sibi invicem constiterant, ut aduersa fronte hostem exciperent, & tutò præliari possent objectis clypeis, simulque caudam exercitus tuerentur mutuo oppositu. Cæterū libri materiam nasci mihi video, si cunctas quæ in eo autore latent mendas sanare, vel saltem stibio inducere velim.

### C A P U T . V.

*De Sirio stella, inibi locus apud Hyginum emendatus: & alter apud Pollucem: item apud Orum Apollinem & Plutarchum.*

**S**irii apud autores multa passim est mentio, tum pro stella ipsa, tum pro sole quoque. Utroque modo exponi potest apud Virgil. in tertio *Aeneidos*, ibi:

*Tum steriles exurere Sirius agros.*

Sed ut de stella minimè dubium est, ita in controversiam vocari potest, an pro sole usurpata vox legatur. At enim vero istam ambiguitatem eximit Suidas grammaticus, disertè annotans σείελον à quibusdam exponi τὸν ἥλιον, hoc est, Sirium solem: cuius testimonium confirmat Archilochi autoritas, naturali ratione illud de sole efferentis: Πολλὰς μὲν αὐτῶν σείεις καὶ

καταραῖ ὁξὺς ἐπάυπτων. id est: Multos ex illis  
sol siccabit, æstuque suo durabiles reddet: id  
nanque solis proprium est, vi sua ignea corpo-  
rum humorem rapere atque depascere. Simili-  
ter usus est & Lycophron in Alexandra , de-  
Ajacis corpore in littus ē mari ejecto loquens,  
ibi: ἐκβεβεγομένον νέκυν ἀκτὶς σειρὶς καταραῖ. id  
est: Cadaver expulsum arefaciet solis radius.  
Vides manifestè Sirium utrobique pro sole ac-  
cipi. " Quid, quod Plutarchus libro de Iside,  
,, Osirin quem Ægyptii solem intelligunt, eum  
,, esse dicit, quem Græci τείγιον Sirium nomi-  
,, nant, quum apud illos articulus præpositus  
,, nomen obscurarit." Accedit quòd Ibycus  
poëta Rhegynus σειρὰ astra universa vocaret,   
testante Suida, vel quod sint quasi τείγεα quæ-  
dam, & navigantibus signorum sint loco, vel  
διὰ τὸ τείρειν τὸ δαμάζειν. Porrò admonendus es  
lector obiter de immutata à nobis nonnihil le-  
ctione in versu Archilochi modò citato, in quo  
apud Plutarchum in Symposiacis legitur κατα-  
ραῖ, quam vocem haud dubiè corruptam mol-  
liter mutauit in καταραῖ ex Lycophrone, qui  
ad illum versum parodicè allusisse videtur. Cæ-  
terūm uti consentiunt autores in Sirio, quòd  
sit stella fulgida in lingua Canis ardens, ita ta-  
men variant cuius sit: nam sunt qui Orionis ca-  
nem faciant, nonnulli Isidis, rursus alii Ce-  
phali: Timosthenes proprium nomen esse vo-  
luit:

luit: non desunt qui Icarii canem fuisse prodiderunt, qui filiae ejus Erigone cadaver patris indicarit ab agricolis interempti, ut ex Polluce lib. 5. cap. 5. discas, ubi male σύει legitur pro τείει. Quam fabulam latius enarrat Germanicus Cæsar, & item Hyginus in fabulis & astronomicō secundo, edito etiam canis proprio nomine, quem Neæram vocat Germanicus Cæsar probatiore (ut equidem existimo) lectione, quam apud Hyginum legas Meram. Neque minor pugna est de voci etymo, contendentibus grammaticis Sirium dictum quasi ζειειον propter fervorem, ἀρδετὴ τὸν ζέσιν: vel quia nos diffluentes sudore exinanit, ἀρδετὸς τὸ σειρῆν, quod significat vacuare atque inanire: vel quod faciat canes rictu & aperto ore hiscere, αὐτὶς τῇ σεσηρέναι, ut annotat Lucilius Tarrhæus. Hyginus ex Arato à τειειώ originem nominis derivat, quod lucere & siccare notat: is enim in Phænomenis ita fermè describit Sirium: ή γέ οι ἄκρη

Αἴσει βέβληται δεινῷ γένειος, ὃς πά μάλιστα  
πολέσσειει, η μιν καλέσσεινθρωποι Σειριον. id est:  
Ora canis summa accedit grave sidus, οι αcri  
Igne micat splendens, quo nomine Sirius audit.  
Præterea sunt qui nomen deducant αἴστη τῃ σει-  
ρῃ, quod immodico æstu cuncta rapiat atque  
desiccat, unde rapidi epitheton apud Vergiliūm, ibi:

*Fam rapidus torrens fitientes Sirius Indos  
Ardebat cœlo. & item apud Lucanum in x.  
Phars.*

*Rapidos quæ Sirius ignes Exerit.*

Quid, quod & τὸ σέιεσθαι, quod scintillare & tremulo motu vibrari denotat, nominis ansam præbuisse putant quidam? Feruoris hujus stellæ singularis meminit apud Græcos & Euripides in Hecuba, ubi ait:

ἢ σείει ἐνθα πυρὸς φλογέας ἀφίστων δύσσων αὐγάς.  
id est: *Aut ubi Sirius flammantes ignis radios ocu-  
lis expuit.* & Valerius Flaccus Argonaut. lib. I.

Et Calabri populator Sirius arvi. Statius quoque Sylvarum lib. 2. *Implacido letalis Sirius igni.* At enim uero ut ad Critolai libram expensius rem revocemus, observandum est, sidus integrum (quod Latini minus rectè canis stellam nominant) à Græcis ἀσφοκύων dictum, præcipuas habere duas stellas, in capite unam, quæ Isis vocetur, & alteram in lingua, quæ propriè & Canis nuncupetur. unde apud Diodorum biblioth. I. locus illucescit, ubi inter reliquos titulos columnæ Isidis insculptum fuisse memoratur, *Ego sum in astro canis refulgens.* Hinc etiam melius intelligi poterit Orus Apollo, cuius in Hieroglyphicis hæc verba leguntur: Ἰσις ἡ παρὰ αὐλοῖς ἐστιν, ἀσηπή αὐγυπτίσι καλλίμε-  
νος σῶθις, ἐλληνιστὶ ἡ ἀσφοκύων. id est: Isis illis est stella, quæ Ægyptia lingua Sothis, Græ-

ea Astrocyon nominatur, ita enim apud illum legendum est, non ἀσφομύων: ut perperam in codicibus impressis legitur. atque ea lectio etiam apud Germanicum Cæsarem reponenda est, Astrocyon legendo, non Astricyon. Fidem facit & Porphyrius in libello de antro Nympharum, ubi inquit: ὡς γὰρ τῷ καρκίνῳ η σῶθις, ἦν κυνὸς ἀσέργει ἔλληνες Φασι.

## CAPUT VI.

*Locus Claudiani sensu non vulgari expositus. Inibi de miraculis quibusdam ad visum spectantibus.*

**N**emo est in literis versatus qui ignoret, haud dubitandum, pro certo, minimè que ambiguo, ab autoribus usurpari, ut in illo Virgili *Æneidos* tertio:

*Longævo dicta parenti Haud dubitanda refer.*

Sed quia reconditum minimèque vulgarem ejus usum observasse mihi videor apud Claudianum, quod eo genere impensis gaudet is autor, lubebit adscribere autoris locum ex septima panegyri, ut obnixum nostrum studium in adjuvanda re literaria, quacunque licet, probem. Locus ita habet:

*Visa etiam medio populis mirantibus audax,  
Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuso*

*Languida. Ubi dubitanda nihil, pro, non  
parva aut exigua accipitur: siquidem exilia,  
quæque oculorum aciem propè subterfugiunt,*

præ

præ nimia exilitate dubitationem nobis adferre solent. Memini ante annos aliquot spectasse me non sine magna animi voluptate Mechliniæ, nobili Brabantiæ oppido, cerasi calculum in modum quasilli exculptum, quo continebantur quindecim alearum paria, suis punctis affabre distincta, ita ut acie oculorum dignosci potuerint clarè, cui tamen non dubia aut tenebrosa erat illa oculorum lux, ne discedam longius à proposito: istud mecum oculata fide testari plures possunt. Fuerat autem emptus is calculus ab Hagano quopiam apud Confluentes Rheni & Mosellæ. Memorat Plinius lib. 7. ejusque plagiarius Solinus, de Iliade Homeri, quam nucis putamini inclusam vidisse se testetur Cicero. Idem Plinius Callicratem quendam formicas ejusque generis alia animalcula tam minuta ex ebore fabricasse scribit, ut earum partes à cæteris discerni nequirent. Rutilus Myrmeciden in eo genere clarum, qui ex eadem materia quadrigam fecerit, quam musca alis integeret: item navem, quæ pennis apiculæ absconderetur. „ Refert Plutarchus eosdem celatores in semine sesami, quod exiguum admodum est, expressisse celo versus integros Homeri per characteres.” Nostra hac ætate ad miraculum usque insignem in describendis minutissimis characteribus Franciscum Alumnum commemorat Petrus Aretinus

in epistolarum opere , quod homo Italus sua lingua scriptum edidit , quem ait sine notis (quas abbreviaturas vocant barbari) descripsisse integrum symbolum Apostolicum , & principium Evangelii Joannis , quod à sacro recitant sacrifici : atque hæc ambo in spatio minore quam sit semiobolus , stupentibus Imperatore Carolo & Clemente Pontifice , reique novitate vix oculos satiare potentibus .

## C A P U T . VII.

*Ex D. Cypriano locus emendatus.*

**I**NQUAM mihi tore spero neminem , si præter artis meæ & bonarum literarum professionem , emendandis etiam sacris scriptoribus manum admoveam , modò res extra dubium poni probarique queat . Locus est apud D. Cyprianum lib. de Idolorum vanitate , ubi de præstigiis & impostura dæmonum , qui vulgus veritatis prodigum seducunt , agens ita inquit : Et magis inde est ad perniciosa vel ludicra potentatus , quorum tamen præcipuus Sosthenes formam Dei veri negat conspici posse , & angelos veros sedi ejus dicit assistere . Qui locus ita est à macula vindicandus , hoc pacto scribendo : Et magis inde ( à dæmonibus videlicet ) est ad perniciosa vel ludicra potentatus , quorum tamen præcipuus Hosthanes , &c. Quam interpolaturam ne quis ut arrogantem

dam-

damnet, aut in culpam vocet, convinci potest  
 Minutii Felicis verbis eadem de re & eadem  
 fermè lege cadentibus, libro adversus gentes  
 ultimo: Eorum, inquit, Magorum & eloquio  
 & negocio primus Hosthanes, & verum deum  
 merita majestate prosequitur, & angelos, id  
 est, ministros & nuncios dei. Sed veri, ejus-  
 que venerationi novit assistere. Quòd verò  
 Hosthanes verior sit lectio & magis germana,  
 sive, ut apud Plinium est, Osthanes, docebit  
 iste libro 30 capite 1. Primus, inquit, ut equi-  
 dem invenio, de Magia commentatus Ostha-  
 nes. & iterum: Hic maximè Osthanes ad  
 rabiem, non aviditatem modò scientiæ ejus,  
 Græcorum populos egit. & rursus capite se-  
 quenti: Ut narravit Osthanes, species Magiæ  
 plures sunt. Suidas Hosthanes, ὥσανης, scribit:  
 Astrorum, inquiens, cursus autore Zoroastre  
 primi Babylonii excogitarunt, post quem &  
 Hosthanes. Idem alibi commemorat Magos in  
 Persarum gente Hostanas per successionem ge-  
 neris cognominatos fuisse. „ Scripsisse autem  
 „ Ostanes legitur commentarium seu volumen  
 „ in octo libros dispartitum, quod ὀκτάτευχον  
 „ inscripsit: quod apud Eusebium Pamphilum  
 „ lectum est his verbis, ὥσανης ἐν τῇ ἐπιγραφῇ  
 „ μένη ὀκτάτευχω.

## CAPUT VIII.

D. Cyrilli locus emendatus, vitio interpretis corruptus.

**C**Yrilli opus extat adversus Julianum, dictum cum primis, in cuius libro primo Orphei versus leguntur hi:

Φθέγξομαι οῖς Θέμιστεσ, Θύρας δὲ ἐπί θεοφόροις  
τῶσιν ὄμως, σύδε αὐτε φαεσφόρος ἔκγονε μήνης  
μυστᾶι, ἔξερέω γὰρ ἀληθέα.

Quas fas est audire, loquar: munite profanis  
Ostia & obstruite: ast aurem Musæe nitentis  
Progenies Lunæ obvertas mihi vera canenti.

In his versibus Oecolampadius interpres, pro luna, memoriā vertit, visus legisle μηνῆς pro μηνῃ, sed manifesto errore, ut ostendam, si prius indicaro discrimen lectionis horum versuum. Eos enim ita legas apud Justinum martyrem in parænetica oratione ad Græcos, alter apud Eusebium lib. 13. evang. demonstr. ubi ita citantur:

Φθ. οῖς Θέ. ε. θ. δὲ ἐπι. βέβηλοι

Φεύγοντες δικαίων θεομάρτι, θείοιο τεθέντο  
τῶσι νόμος, σύδε α. Φ. ἔκγονε μήνης &c.

Illic procul absistere & excludi à mysteriis audiendis profanos vult: hic eosdem deterret ne ad ea accedant, quandò justitiæ divinæ gravis ultio illis impendeat. Quòd autem μήνης, ut apud utrumque autorem extat, legendum sit, com-

pro-

probat Hermesianax Colophonius in tertio ele-  
giacorum libro, ubi de Musæi amasia loquitur:

Ἐ μῆν ἔδ’ ϕὸς μῆνης, αὐγέρεισον ἔθηκεν  
μυστῶν χαρέτων ἥρεν ὁντιόπην.

*Delitiae Charitum, soboles Musæe micantis  
Lunæ, non tacitam liqueris Antiopen.*

& Proclus Diadochus lib. i. comment. in Plato-  
nis Timæum, ἐπείπερ καὶ διπλὸι μυστάις τὰ σεληνια-  
κᾶ τὸ γένος τοῖς ἐν ἐλευσῖνι τῶν μυσηέσων ἡγεμένοις  
ἔναι φησι. quandoquidem & sacerdotibus Eleu-  
sinorum sacrorum præfectis genus esse à Mu-  
sæo illo Lunari afferit. Vides clarè illuc lunæ  
filiū, hīc verò lunarem, velut lunæ proge-  
niem, dici. „ Accedit & Platonis testimoni-  
„ niūm lib. 2. de repub. Βίβλων δὲ ὄμαδὸν παρέχον-  
„ Ταὶ Μυστάις καὶ ὁρφέως, σελήνης θεοὺ μουσῶν. ἐγ-  
„ γόνων, ὡς φασι. id est: Librorum confectam co-  
„ piām præbent Musæi & Orphei, εἰ Luna &  
„ Musis prognatorum, ut vulgaris fert opinio.”  
Addendum est & illud, interpretem etiam ali-  
um versum sua interpretatione corrupisse illic:

ηὴ τοῖς τολμηῖς τε βάθος χαροποῖο Θαλάσσης.

*Fluminaque, & cani spuma maris alta vorago.*

ubi interpres loco τολμηῖς, id est, cani, legisse  
videtur τολμεῖς, urbes, sic nanque convertit:  
Et flumina, civitates, profundumque jucundi  
maris.

## CAPUT IX.

*Cur Herculeum Tarentum dixerit in tertio Æneidos Virgilium.*

**C**ur Herculeum Tarentum epitheto vocari antiquitatis altissimus gurses Virgilius, in eo versu,

*Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti  
Cernitur:*

altiore indagine perquirendum esse duxi: quando minimè omnium placuerit Servii annotationum, quo Herculeum dici vult, à Phalantho auctum, octava generatione ad Herculem genus suum referente. Evidem existimo poetam respexisse (id quod non semel alias fecisse deprehenditur) ad locum Aristotelis in libro *Θεωρίᾳ θαυμασίων ἀποσμάτων*, de mirabilibus fama cognitis, qui sic habet: λέγεται δὲ μελά τὸ πόδιον τὰς Ταρεγνίνες, ἡρεγκλεῖσαν τὸν τόπον καλεῖσθαι, ὃν νῦν καλομένην, ἐν δὲ τοῖς ἀνα χρόνοις τῶν ιώνων κατεχόντων, πλεῖον, ἔτι δὲ ἐπείνων ἐμπροσθεν ὑπὸ τῶν πρῶτον κατασχόντων ἀνήν, σίγειον ὀνομάσθαι. Quæ verba hoc sonant: Fertur nomen loco, quem nunc habitant, Heracleæ (quasi Herculeam dicas) fuisse, postquam Tarentinos sibi adjunxerat bello superatos: superioribus temporibus ab Jonibus Plium à navigandi argumento: ante illos verò ab incolis primis Sigæum fuisse appellatam urbem. Ad quem locum quod poëta respexe-

spexerit, ut credam, faciunt Virgilii verba illa, Si vera est fama: ut Aristotelis fide non planè stare se ostenderet: quippe è fama cognita pleraque illic referentis, id quod & libri titulus facilè indicat. Herculeum ergo ab Hercule bello devictum, vel ab Hercule illic diversato insessum, quippe quum ille pleraque Italæ loca adierit, non dissimulante hoc & Aristotele. Potest videri Herculeum quoque appellasse ea ratione, qua poëtæ locis propinquis aut ejusdem nominis, diversis tamen, quippiam uni tantum peculiare attribuunt promiscuè: qua in re multus est Pindarus: ut epitheton quod urbi vicinæ in eodem sinu Tarentino sitæ Thurio debebatur, Tarento adscripsérunt, quippe ubi sagittæ Herculis, Trojæ fatales, à Philoctete fuerint repositæ & dedicatæ, ut in libello modò citato scribit Aristoteles, & libro vicesimo Trogus Pompejus: quemadmodum Pellæum Canopum appellat in quarto Georg. Virgilius, non ab Alexandro positum è Pella Macedoniæ oriundo, sed vicinum Alexandriæ à Pellæo Alejandro conditæ. Attexenda est huc & tertia hujus epitheti ratio, ut Herculeum dixerit Herculis numini sacratum. Taras nanque urbis conditor, Neptuni filius, Herculi pariter & patri bina sacravit templa, quo favorem utriusque numinis coloniæ novæ conciliaret, ut nimirum Herculis præsidio fortiter ageret

ageret ditesceretque, Neptuni verò ope ma-  
re haberet propitum, & feliciter degeret, ve-  
luti ex Helenii Acronis in Horatium commen-  
tariis discere est. Utrumque occultè designat  
numisma Tarentinum, in quo visitur Taras  
Delphino insidens, lævaque Copiæ cornu præ-  
ferens cum Græca inscriptione Ταράς. Fuerit  
& illud precium operæ adscribere hoc loco,  
cur similiter Herculeos Baulos vocarit Silius  
Italicus lib. Punicorum duodecimo, ibi:

*Herculeos videt ipso in littore Baulos.*

Ubi Herculeos vocat ab Hercule ibi diversato,  
quum eò ex Erithya Geryonis armentum egis-  
set: id quod Symmachus testatur his verbis:  
Herculem armenta Geryonis agentem perve-  
nisse Baulos, ut nunc dicimus, antè βοαύλια:  
at inde Gaudos in Phlegræo sinu abegisse gi-  
gantes, & regionem liberasse, memorant.  
Certè & oppido nomen fuit Baulis, quasi  
βοαύλαι, id est, bubilibus, quòd boves Her-  
culis à Geryone abacti eo loco fuerint stabula-  
ti: mentionem hujus oppidi facit Mar. Cœlius  
Rufus lib. epist. famil. 8. Ego, inquit, qui  
scirem Q. Pompejum Baulis schænobaticam  
facere, &c. De eo & Servius in 6. Æneidos  
meminit.

## CAPUT X.

*Quid Ciborium apud Horatium.*

**A** Pud Horatium Flaccum lib. carminum secundo, oda septima, ibi:

*Oblivioso lœvia Massico Ciboria exple.*

Porphyrius grammaticus Ciboria propriè dici folia colocasiorum annotat, & pocula in eorum similitudinem facta: rectius quidem quam Acron, qui Alexandrina poma ea expavit. „ Quanquam rectius ibi pocula legi „ posse putarim. ” Verum quia parum isti mihi satisfaciunt, plenius aliquanto de his prescribenda videtur ratio. Dioscorides lib. 2. cap. 97. bifariam enunciari ciborium & cibotion dicit, à scrinioli arcuatae similitudine, ostenditque fabæ Aegyptiæ caulem ubi defloruerit folliculos quasillorum similes producere, in quibus faba operculum excendens, protuberat ampullæ in morem. Quo loco dissentire videtur Dioscorides ab aliis auctoribus: nam Nicander, cuius versus mox subjiciam, Ciboria propriè folia fabæ Aegyptiæ accipere videtur. Athenæus in 3. etiam herbam ipsam, vel potius flores ejus, quum ait, γίνεται δὲ ἐκ τῶν κιβωτίων οὐδὲ φανωτικόν. id est: E ciboriis concinnatur & flos ad coronas expetitus. Alii, inter quos Hermolaus Barb. Ciborium fructum esse fabæ Aegyptiæ

ptiæ & colocasiæ ait. ubi rursus observa à Diphilo Siphnio medico , Colocasiam peculiariter vocari fabæ Ægyptiæ radicem. Cum Nicandro sentire Plinium autumo, cuius hæc sunt lib. 21. cap. 15. verba: In Ægypto nobilissima est colocasia , quam cyamon aliqui vocant, hanc è Nilo metunt. Deinde subdit: at Ægyptii adeò Nili sui dotibus gaudent, ut implexis colocasiæ foliis in variam speciem vasorum , potare gratissimum habent: ubi per implexa folia colocasiæ , ciboria periphraesticè circumscribi arbitror. Versus autem Nicandri in γεωγραφῳ, quibus colocasiæ partes omnes , earumque usus ad amussim descripsit, hi sunt:

Σπειρεῖς κύαμον Αἰγύπτιον , ὁ φρέζείστης ,  
Ανθεα μὲν σεφάνης αἴνυν , τὰ δὲ πεπληγέ  
Ακμάις κάρποιο κιβώεια διαινυμένοις  
Ἐς χέρεις ηὔθεοισι πάλαι ποθέασιν ὀρέξης ,  
Ριζας δὲ ἐν θονίσιν αἴφεψήσας πεφτίθημι.  
quos versus ita obiter pedibus adstrinxī:

\* Demessaque faba Pharia , quam severis, hinc tu  
Communes fertis flores , protentaque latè  
Mature fructu plenoque ciboria , in usum  
Poclorum , manibus verset lasciva juventus ,  
Dum curat genium : at coctis radicibus utor.  
In cœnam appositis. Quòd autem ciboria in  
usum

\* Tute fabam ferti Phariam , quam demete ad  
ujum: At flores in ferta voces :

ūsum poculotum vocarint, factum puto propter insignem foliorum amplitudinem, quæ petaso assimilat Dioscorides, pileo Thessalico Theophrastus: ille enim huic herbæ tribuit folium μέγα ως πέρασον, galeri instar prægrande: hic verò lib. de plantarum historia quarto, τὰ μεγέθη πίλω Θετταλικῆ ἐοικέναι scribit. Hinc etiam natum, quod Ciborii vocabulum pro capaciore poculo acceperint autores, quo in significatu extulit hīc Horatius & Hegenander Delphus dc Euphorione loquens: τῇ ἡ κάθων εὖ μοίλας περιβεβηκόται, λαβὼν εὐ τῶν κιβωτίων ως ἵξεινῶν καὶ μεθύων ἐνέρησε. id est: Dum acriter certatur poculis, arrepto è ciboriis uno velut temulentus imminxit. Didymus etiam annotat Ciborium esse poculi genus: & addit Athenaeus in undecimo, fortassis, inquiens, fuerit scyphium quod dicitur, eo quod à fundo sursum versus in angustam cervicem contrahatur, ciborii Ægyptii instar, οἷα τὸ κάτωθεν εἰς σενὸν συνῆχθαι ως τὰ αἰγύπτια κιβώτεα. Meminit hujus & Strabo lib. ultimo in hæc verba, de quibusdam rebus Ægypto peculiaribus loquens, οἷον ὁ αἰγύπτιος λεγόμενος κύανος, ἐξ ἧ τὸ κιβώτεον: id est, quale est Ægyptia, quam vocant, faba, è qua ciborium fit. „ Plenissime rem omnem è Claudii Ju- „ lii historia de rebus Phænicum tradit Ste- „ phanus, quod Herculi, cum inter omnia ab

„ Euristheo dictata certamina gravissime ex  
„ Hydræ Lernææ virulento morsu afflige-  
„ retur, Delphicum oraculum consuluerit,  
„ iter esse illi capessendum, Solis exortum  
„ versus, donec incideret in fluvium, qui her-  
„ bam Hydræ assimilem gigneret, qua ca-  
„ taplasmatis vice imposita, præsens ulceri-  
„ bus remedium inveniret: tandem post lön-  
„ gos errores ad Nilum amnem quum venis-  
„ set, stetut herbam a Pythia præscriptam  
„ reperisse, cuius & radix ob macularum va-  
„ rietatem & fructus anginum quid repræ-  
„ sentaret, aliis atque aliis capitibus in de-  
„ messorum locum identidem succrescentibus  
„ ac repullulantibus: ejus autem radicem  
„ Colocastam (male enim illic κολοσταιον scri-  
„ bitur) dici, Ciborium verò peculiari voce  
„ & figura esse quod supernè crescat, & e-  
„ dules fabas (Φαβας enim Romanam dictio-  
„ nem repono pro Φλέβας) Ægyptiis pro-  
„ ferre idem affirmat, herbam, quæ cum ra-  
„ dice tusam, lacteo, quem reddit succo, ul-  
„ ceribus malignis circa plantam pedis me-  
„ deri. Hactenus ille, porrò Colocasiæ ipsius  
„ folia, quæ Ciboria nominantur, assimilia-  
„ sunt Nymphææ foliis, nisi quod rotun-  
„ diora magisque circinata sint, ac majora  
„ etiam, caulæ similia, ut ex Dioscoride dis-  
„ cas in Nymphæa.

## CAPUT XI.

*Qui dicatur Saturnius versus.*

SAturnius versus vocatur jambicus trimeter hypercatalecticus, hoc est, unica syllaba senarii legem superans, quem ab Hippoactis virulenti poëtæ notissima maledicentia Hippoactium quoque dictum ex Honorati Servii Centimetro liquet. Terentianus Maurus originem huic versui Græcam astruit, quum vetustas, ut inquit, credidit Saturnium vocandum, tanquam Italorum repertum, neque tamen ille hoc probat. „Marius Victorinus falli illos diserte ait, qui priscos Latinos putant Saturnio sive Fauno versui nomen indidisse, tanquam Italo & indigenæ, quum tamen varie & multifloriter Græcis fuerit usurpatus, tum Comici, tum Tragicis.” Sextus Pompejus Saturnios appellatos ait, versus antiquissimos, quibus Faunus fata hominibus cecinisse videntur: quo genere versuum etiam Nævius poëta bellum Punicum perscripsit. Ego quid hac in re certi dicam non habeo, nisi quod putem Saturnii nomenclaturam referendam esse acceptam diritati ac malitiæ ejus dei: quippe quum doceri possit, minarum plenum & contumeliosum fuisse hoc genus versuum,

iratisque congruum. Testatum hoc facit autor jam dictus lib. de metris, quum ait:

*Et Nævio poëtæ sic ferunt Metellos  
Cùm sæpe læderentur, esse comminatos,  
Dabunt malum Metelli Nævio poëtæ.*

Idem docet Patavinus Pedianus Ciceronis interpres vetustissimus sic inquiens: Antiquum Nævii est:

*Fato Metelli Roma funt Consules. Cui tunc Metellus consul iratus versu responderat scenario hypercatalepto, qui & Saturnius dicitur: Dabunt malum Metelli Nævio poëtæ. Hinc tolli poterit obscuritas omnis in versu à me in Oda quadam conscripto: Non placet irati Saturnia lima Metelli, quum significatum vellem, non probari mihi mordacitatem & amarulentiam in carmine. Meminit & Varro lib. de lat. lin. 6. ubi ait: Ita ut Faunus & Fauna sint in his versibus, quos vocant Saturnios. Porro elegans est & non expers salis in Metellos parodia sive allusio ad Nævia num illum versum, in Ciceronis Verrina secunda, in iis verbis: Nam hoc Verrem dicere ajebat, te (Metellum designans) non fato, ut cæteros ex vestra familia, sed opera sua Confulem factum.*

## C A P U T XII.

*Euripidis versus explicatus.*

**T**yrannos, qui primi Sicyonem Achaiæ urbem copiosissimam tenuere, albis mulis invectos fuisse lego in commentariis Demosthenicis: quo nomine Midiam velut ad tyrannidem aspirantem, aut saltē illorum tyrannidis imitatorem incessit amaro morsu Demosthenes, quum ait: καν ἀλοσέ πη Εὐληται, ἐπι τε λευκῇ ζεύγει τε ἐκ σικυῶν. id est: Quod si alio quopiam paret, albo illo Sicyoniorum jugo vehatur. Ad hunc tyrannorum morem candidos mulos curribus suis jumentium, allusissē crediderim Euripidem in tragœdia, cui Herculi furenti nomen est, ubi sub λευκοπώλων, quasi albis pullis jumentis ve utentium, nomine, tyrannos designat. ita enim ait:

τῷ λευκοπώλῳ πεδὶ τυρχυνῆσαι χθονὸς  
ἀμφίον ἥδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω μηός. id est: Priusquam Amphion & Zethus Jovis liberi, albis mulis invecti, tyrannidem hujus urbis invaserant. Narrat enim illic Amphitryon è vetusta fama Lycum primum obtinuisse imperium Thebarum Bœotiae (quas à septem portarum numero ἐπίστασυργον πόλιν nominat) antequam urbs in dominatum Amphionis & Zethi Tyrannorum inciderit. Tyrannicum hunc

morem perstringit in Hieronymo nepote Hieronis Syracusanorum regis, quem à morte avi quadrigis alborum equorum ex regia procedere solitum, more Dionysii tyranni scribit, Titus Livius decad. 2. lib. 4. ” Ceterum, tè Plinius Dionysium tyrannum quadrigis, albis excepisse Platonem navi egredientem, refert.” Non abludit hinc fortassis vetus triumphantum apud Rom. mos, qui curru à quatuor albis equis propter Clitumnū amnem pastis protracto Capitolium ascenderunt, veluti digni qui propter fortitudinem rerum potirentur. Quin & Hieronicæ, sacrorum certaminum victores, albis equis invehabantur, ut ex Suetonio liquet in Nerone Claudio, Neapolim ejusmodi equis ingresso, more Hieronicarum. Adde huc, quod Jason apud Pindarum de stirpe regia Crethei & Athamantis ferens, eos λευκίππων ταῦλέργες nominat: & alibi in tragœdia Agamemnonis, & Menelai regum Mycenis oriundorum vates compellantur, λευκίππων μυκηνάίων θεοφῆται.

## CAPUT XIII.

*De pictis vestibus, & quadratis, quedam scita  
ex antiquitate eruta.*

**V**ESTES pictas, ἀνθινὰς & ἀνθηγὰς à Græcis dictas, veluti floribus sparfas, antiquitus

tus in usu fuisse promiscuo cum matronis, tum scortis, invenio, ut de variis gentibus taceam. Illud docet lib. 2. ὀνειροπ. cap. 3. Artemidorus Daldianus his verbis: γυναικὶ τῷ ποικίλῃ καὶ ἀνθηρῷ ἐσθῆτι συμφέρει. μάλιστα δὲ ἐταῖρος καὶ πλεσία, οὐ μὲν γάρ θιὼν τὴν ἔργασίαν; οὐ δὲ θιὼν τὴν τρυφὴν, ἀνθηροῖς ἐσθῆτι χρῶνται. id est: Fœminam variegata vestis & picta decet, potissime autem meretrici & opulentæ matronæ talis convenit: illa siquidem propter quæstum quem corpore facit, hæc verò propter luxum, pictis vestimentis utuntur. Suidas in dictione ἔταιρῶν refert legem fuisse apud Athenienses, ut pictas vestes gestarent scorta, ταῖς ἐταιροῖς ἀνθινὰ φορεῖν, Earum usus apud Syracuseos interdictus fuerat, ut in vicefimo quinto historiarum Phylarchus refert, scribens lege fuisse cautum, ne aut auro redimirentur mulieres, aut pictis uterentur vestibus (Græcè est, ἀνθινὰ φορεῖν) nisi prostare publice, suique copiam facere vellent. Scribit & Diodorus Siculus bibliothecæ libro quinto, Liberum patrem, quavis fœmina molliorem, ἀνθινᾶς, id est, pictis vestibus fuisse usum. „ Unde Ovidius habitum Bacchi, describens, tribuit illi pictis intextum vestibus aurum. ” Jam vero & Siritas, Sironos Italiæ fluvii accolae, promiscue ἀνθινὰς χιτῶνας, hoc est, pictas tunicas gestasse, ex

Timæo commemorat Athenæus, & ex eo repetit Eustathius Iliados decimosexto. Et Strabo in 15. refert duces Persarum æstate amiculum gestare purpureum, pictumve, πορφυρὸν ἢ αἰνθινόν. Ejusmodi vestes etiam κατάσικτοι Polluci dicuntur, & ζωωτοὶ sive ζωδιωτοὶ, ab animantium formis floribusque intextis: ita enim ait, ὁ δὲ κατάσικτος χιλών ἐσιν, ὁ ἔχων ζῶαν ἢ ἀνθηνέντων φασμένα, καὶ ζωωτὸς ἢ χιτῶν ἐκαλεῖτο, καὶ ζωδιωτός. Quia vero de vestibus facta est mentio, non omnino operam lusisse me putaverim, si addidero, quod vestes sacræ, quibus nostræ religionis diaconi, in templis sacrificanti operam præstantes, quadrangulis utuntur, assimiles fuerint (non enim dicam occasionem inde fumpsisse) regiis vestibus Persarum & Lydorum, quas fuisse antiquitus tales ex Halicarnassæo intelligere mihi videor, qui Romanarum antiquitatum libro tertio, inter cætera regia insignia Tarquinio Prisco ab Hetruscis missa enumerat, χιτῶνατε πορφυρὸν χεισόνημον καὶ τειβόλαιον πορφυρὸν ποικίλον, οἷα λυθῶν τε καὶ περσῶν ἐφέρεν οἱ βασιλεῖς, πλὴν δὲ τετράγωνόν γε τῷ σχήματι, καθάπερ ἐκεῖνα ἦν, αὖλον μικύκλιον. Id sonat Latinè. tunicam purpuream lati clavi, & amiculum purpureum pictum, cuiusmodi Lydorum reges & Persarum gestare olim solebant, non quadratum quidem illud, istorum ad modum, sed semi-cir-

circulari forma. Ubi clarè videre licet, quadrangula fuisse regum Persarum indumenta, non in semicirculum fracta, qualia sacris operantium cernimus. Talem fuisse & Græcorum stolam invenio, quod confirmat apud Athenæum Posidonius Apamensis, de philosopho Athenione loquens, qui posito supercilio philosophico, arrepta occasione temporum belli Mithridatici, quod Asiaticorum animos ad defectionem à Romanis alienaret, in concione quam ad Athenienses habuit, professus fuit Romanorum civium multos ad deorum statuas confugisse, alios mutato habitu quadrangulas vestes assūmissse, ut se Græcos (nisi mavis Lydos Persasve) mentirentur, quod sūpicor: ita enim sonant ejus verba, οἱ δὲ λοιποὶ μεταφεσάμενοι τετράγωνα μάτια. Quòd autem Græcis quoque in usu fuerit quadrata vestis, testatur Appianus bellorum civilium lib. 5. ubi de M. Antonio agens, dicit, eum curis exutum, valedictis imperii ministeriis, quadrangulam stolam, Græco more, loco patriæ vestis, sumpsisse.

## CAPUT XIV.

*Locus Senecæ illustratus præter mentem Cælii antiquarii.*

**A** Pud Senecam Controversiarum lib. 6. locus extat vel maximè lucis egens, sed non

non ejus, quam Cœlius illi addere contendit, undecimi lib. cap. 13. Verba autoris sunt de Osco rhetore, qui natus ad inureendas omnium ingeniis contumelias, nulli non impressit aliquid, quod effugere non posset. Ille, inquit, Passieno, prima ejus syllaba in Græcum mutata, obscœnum nomen imposuit, declamatori subtili, sed arido. Quibus verbis quid innuatur, perobscurum esse non inficiatur Cœlius: sed conjectura duci se ait, ut Physienum putet appellatum, veluti esset mentulatus follis, à φύσις, quod follem significat à spirandi argumento, & σπερμα, quæ vox Aristophani mentulam sonet: quod nimis longe petitum, imò extortum verius, cui non suboleat? nam ut omittam compositionis jus, quod reclamat, quis nescit non vulgati ista esse usus vocabula in eo sensu? sed Comici peculiare alterum in obscœni membra significatione, quando proprium penè sit illius, obliquis interdum verborum involucris potius quam recto sensu prolati uti. Ego vero simplicius venustiusque Passienum oratorem (cujus & apud Tacitum fit mentio) calumnioso nomine Paschænum ab Osco audisse affirmaverim: πάσχαινον nimirum, quod velut pathicum & muliebria patientem designare illum voluerit, spurci nominis aspergine, πάσχει τὸ πάσχειν αἴνα, quod infanda pate-

re-

retur: à quo verbo & *ωασχητίαι*, Latino vocabulo non ignotiores pathici & cinædi nominantur.

## C A P U T X V.

*Conciliatur autorum discordia de Leda fabulosa, & Nemesi Helena matribus. Loci item corriguntur Plutar. & Theonis. Inibi quā ratione Helene dicatur ex ovo prodīsse.*

**I**nter dubitationis Symplegadas jactabitur fortassis ultro citroque, qui Castorem & Pollucem, quos Dioscuros vocitant, cum sorore Helenæ, aliàs è Leda prognatos, aliàs Nemesis filios leget. Tarasinus nanque, siue, ut alii scribunt, Stasinus, qui res Cypriacas Heroico carmine prosecutus est, Nemesis eorum matrem facit, in iis versibus:

Τοῖς δὲ μετὰ τελάτην ἐλένην τέκε θαῦμα Βεολοῖσι.  
Τήν ποτε καλλίκομον νέμεσι φιλότητι μιγεῖσα  
Ζῆν θεῶν βασιλῆς τέκεν κρετερῆς ὑπ' αἰνάγκης.  
Φεύγε γὰρ, γδ' ἔθελεν μιχθήμεναι ἐν φιλότητε  
Πατέρι μὲν κρονίων. ἐτείρετο γὰρ φρένας αἰδοῖ.  
Καὶ νέμεσι καὶ γῆν τεὴν ἀτρυγέτον μέλαν ὕδωρ  
Φεύγειν. Ζεὺς δὲ ἐδίωκε, λαβεῖν δὲ ἐλιλάιετο θυμῷ,  
Αἷλοτε μὲν κατὰ κῦμα πολυφλοιοσβοιο θαλάσσης  
Ιχθύς εἰδομένη, πόντον πόλυν ἐξορόθυνεν.  
ἄλλοτε δὲν ᾧκεανὸν ποταμὸν, καὶ πείραγέται γάιης,  
ἄλλοτε δὲν ἡπειρὸν πολυβώλακα. γίνετο δὲ αἰεὶ<sup>τι</sup>  
Θηρία ὅσσ' ὑπειρούσαν αὐτρέφει, ὁ φρεγίς φύγοι νιν-

Quos

Quos, ut possum cunque in Græce nescienti-  
um gratiam, vertam.

Tertia post illos Helene pulcherrima prodit:  
Auricoma hanc Nemesis peperit compressa Tonante  
Ab Jove vi: nec enim ipsa dei consortium amabat,  
Incestum fugiens. Atenim mentem ægra pudore  
Carpitur ingenuo, terraque marique volucrem  
Molitur furtiva fugam: quin Juppiter instat,  
Prendere eam satagens gliscente incendio amoris.  
Nunc illa arva subit refluì Neptunia ponti,  
Æquoreo similis pisci, & vada cœrula verrit.  
Hesperium nunc Oceanum, & terræ ultima visit.  
Nunc habitata petit gravidæ confinia terræ.  
Utque Jovem effugiat formas & mille ferarum  
Assumit species. Vides ut Helenes matrem  
Nemesin, licet invitam, nunc in piscium  
formam mutatam, nunc ferarum speciem af-  
fumentem, quo amatorem eludat, fabulose  
describat. Istud & in Græcis commentariis  
legitur ad Cypriorum autorem relatum, in  
hæc verba: οἰστκέρες καὶ ἑλένην ἡ νέμεσις ἔτεκεν,  
ἡ διωκούεν υπὸ οἰστος μετεμορφώθη. id est: Dioscu-  
ros pariter & Helenen peperit Nemesis, quæ  
Jove persequente aliam formam induit. Con-  
sentit & Ausonius poëta de Castore & Polluce  
loquens:

Hos genuit Nemesis, sed Leda puerpera fovit.  
Similiter & Pausanias ex Græcorum opinio-  
ne Nemesin Helenes matrem tradit, nutri-  
cem

cem Ledam. Ita enim ait in Atticis : Affir-  
mant Græci Helenæ matrem fuisse Nemesin,  
at Ledam ubera illi porrexisse & educasse :  
patrem vero extitisse Jovem , haud Tynda-  
reum. Ex qua opinione Phidias statuarius  
effingit Helenam à Leda ad Nemesin deduci.  
Callimachi quoque interpres annotat Nemesin  
apud Rhamnūtem Atticæ ex Jovis congressu  
peperisse ovum , quod inventum Leda fovit ,  
unde enati postea fuerint Dioscuri cum Hele-  
na : quo nomine Helena à Callimacho Rham-  
nusis vocetur epitheto. Neque diversum pro-  
didit in Astronomicis Hyginus , scribens Ne-  
mesin somno sopitam ab Jove in cygnum mu-  
tato fuisse compressam , & actis mensibus è  
congressu illo cum volucri ovum produxisse ,  
quod ablatum Mercurius Spartam detulerit ,  
ac sedenti Ledæ in gremium projecerit , e quo  
nata sit Helena , quam cùm cæteris fœminis  
formæ præstantia antecelleret , filiam suam  
nominarit Leda. Subdit deinde , alios dixis-  
se , quòd in olorem conversus Juppiter cum  
Leda concubuerit : sed illud se in medio re-  
linquere ait. Hi omnes fere , Nemesin ma-  
trem , Ledam alumnam geminorum & He-  
lenæ faciunt. Pugnare videtur Theon Alex-  
andrinus in Aratæis commentariis ita scribens :  
Juppiter olori assimilatus secundum multo-  
rum opinionem cum Nemesi congressus est ,  
se .

secundum alios vero cum Leda: atque e Leda quidem Helenam & Dioscuros in ovo extitisse memorant. ubi obiter emaculandus est græcus codex, legendumque pro νεμέσην est νεμέσει. Dissentire videtur & Isocrates in Helenes encomio, geminum congressum Jovis in oloris specie cum utraque describens: Cygnus, inquit, factus Juppiter in Nemesis sinum confugit: iterumque cygno assimilatus Ledam devirginavit. Et Euripides in Oreste Helenam Ledæ filiam aperte nominat, insigniens eam epithetis ὁγνιθογόνη, quod ab ave fuerit sata: & κυκνοπλέρης, quod e volucri olore prodierit. Quin & Pausanias in Laconicis scribit, Amyclis (id Laconiæ oppidum est) è laqueato templi fastigio visi suspensum ovum, tæniisque obvinctum, quod Ledam perisse fabulantur: quod ipsum ovum Plutarchus in symposiacis τυνδάρεων ὠδὸν σεργνοπελεῖς vocat, hoc est, Tyndareum ovum de cœlo lapsum. Ovidius quoque Ledam recubantem facit sub olorinis alis. Hanc autorum litem discussum iri puto, si intelligamus Ledam transnominatam fuisse Nemesis: quod ex Lactatio Firmiano, Germanico Cæsare, autoritate Cratetis, & Euripidis scholiaste manifestum fit. Ille nanque lib. de falsa religione 1. cap. 21. disertè ait, mortuis consecratis apud Ethnocos nomina immutari consueuisse: nam & Ro-

mu-

mulus, inquit, post mortem Quirinus dictus est, & Leda Nemesis, & Circe Marica, & Ino postquam se præcipitavit, Leucothea, materque Matura: & Melicertes filius ejus Palæmon atque Portunus. E quibus verbis patet Ledam mortalitate exutam. Nemesis appellationem accepisse: quomodo & Ariadnen immortalitate donatam, Liberam fuisse dictam annotat Probus grammaticus: & Melicertem à morte Glaucum transnominatum fuisse scribit Nicanor Cyrenæus. Neque verò mortuis solis id tributum fuisse, sed vivorum quoque nomina mutata, & cognomentis obscurata legimus. siquidem constat Alexandri Macedonis matrem Polyxenam, postea Myrtalen & Olympiada, item Stratoniken fuisse appellatam. Ita Mnesarete, nobilissimum Græciæ scortum, Phrynes nomine notior est, à lurido colore sic nominata. Herophile Erythræa nomine imposititio fuit dicta: Achæus Orestis nomine, Podarces Priami, multò illustrior est. Nunc audi & Germanici Cæsaris verba, quibus indubitatius nihil esse potest. Cynum, inquit, dicunt inter astra constitutum, eo quod Jupiter in cynum transfiguratus evolaverit in Rhamnuntem Atticæ regionis, ibique compresserit (ita enim cum doctissimo Morillono legendum censeo, non ramum) Nemesis, quæ & Leda dicitur, ut refert Crates tragœdiarum

scriptor , quæ enixa est ovum , unde nata est Helena. Ex hoc loco pariter & ex Lactantio mutanda constanter est lectio apud Plutarchum in libello quod Pythia desierit oracula carmine reddere , ubi perperam inter cætera , quæ immutata modò enumeravimus nomina , legitur Ledam Mnesinoën fuisse transnominatam , ubi tu Nemesin repone pro μησινόν . Adscribenda sunt huc & Euripidis glossematarii verba in Oresten , quæ ita sonant : Ledam perhibent in Nemesin mutatam , sic cum cygno concubuisse. Græcè ita. Φασὶ γὰρ τὴν λῆδαν ἐις νέμεσιν μετελήθεισαν , ὅτῳ συνελθεῖν τῷ κύκνῳ . Causam verò cur ex ovo prognata dicatur Helena , reddere conatur Clearchus in amatoriis , scribens ὥτα , hoc est , ova antiquitus dictum fuisse cœnaculum locumque æditiorem tabulati in ædibus , seu contignationem ; posterior ætas ὑπερέων , quasi superum ovum dixit : in qua ædium parte educata quum esset Helena , opinione finistra implevit vulgus hominum , ut ex ovo produisse eam crediderint : nam fabula mera est , quam Neocles Crotoniata scripto prodidit , ovum videlicet illud Helenæ parens , è luna fuisse delapsum ; & lunares fœminas ova parere : denique ibi natos decies & quinquies antecellere nobis.

## C A P U T . X V I .

*De Bupalo locus Horatii in Epodis restitutus: & ab eo factæ parœmiæ. Item Sulpitiæ poëtriæ locus enodatus.*

**A**PUD HORATIUM EPODÔN CARMINE SEXTO LEGITUR:

*Aut acer hostis Bubalo. Sic enim habent codices omnes, quos mihi videre licuit, simul cum interpretibus, qui locum maculosum conniventibus oculis prætereunt, quum ibi non Bubalo, quod quadrupedis genus est, sed Bupalo, manifestissimè legendum sit: de quo tametsi dissentiant autores qui fuerit, certum est tamen patria Chium fuisse, Anthermi filium, inventivis Hipponactis & amarulèntis jambis nobilitatum, qui Poëtæ istius, acerrimi sibi hostis deformitatem oculis spectantium ad risum exposuisse videtur: erat nanque Hipponax poëta, non pumilæ modò staturæ homuncio, & fœdo vultu, sed gracili quoque corpusculo, ut omnigenæ historiæ libro duodecimo refert Ælianus, & apud Athenæum Metrodorus Scapus. Dixi autem, in eo qui fuerit non consentire autores: siquidem Plinitis marmorarium fuisse multis ante inventam picturam statuariamque seculis scribit. Suidas ἀγαλματιποιὸν, id est, statuarium nominat: Plasten, qui è luto vultus fingere solet, Pausanias non*

uno in loco : Acron pictorem eum facit. Sed Plinii verba , quia utriusque tam Hipponactis quam Bupali historiam graphicè adumbrent , non gravabor adscribere , explicandæ Horatii in hoc loco sententiæ maximè convenientem. Anthermi , inquit , Chii filii Bupalus & Anthermus clarissimi ea scientia (sculpturæ vide- licet) fuere , Hipponactis poëtæ ætate. deinde subdit : Hipponacti notabilis fœditas vultus erat , quamobrem imaginem ejus lascivia jocorum ii proposuere ridentium oculis. (Erasmus circulis videtur legisse.) Quod Hipponax indignatus , amaritudinem carminum dilinxit in tantum , ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse , quod falsum est. Paulanias verò in Messeniacis ita de eo scribit : Bupalus homo miræ industriæ in ædificandis templis , & in plastice insignis (ζωα ανηρ αγαθὸς τλασσει) primus omnium quos novimus apud Smyrnæos fortunæ simulacrum fecit , capite præferentis cœlum , &c. Idem in Bœoticis meminit Charitum à Bupalo sculptarum in Attali conclavi , quas ob artificii præstantiam Pergameni ostent. Celebrat idem autor & Charitas apud Smyrnæos positas ex auro. Suidas verò hunc in modum de eo memoriae prodidit. Hippo nax patre Pytheo & matre Protide natus , Ephesius fuit , sed expulsus à tyranno Athenagora & Coma , Clazomenas habitatum con cessit:

cessit: scripsit in Bupalum & Athenin statuarios, quod ipsius imagines ad ludibrium expressissent. Ubi observa Athenin dici, quem Plinius paulò antè citatus Anthermum nominat. Suidam sequitur in Nutricia sua Politianus, ibi :

*Nec ferus Hipponax, atro qui felle cruentus  
Bupalon & stratum morsu laniavit Athenin.*

„ Atque ita etiam Aristoph. comment. in A-  
ves, Athenin nominant, ut fratres Germanos,  
„ ὡς Βεπάλες ὡς ἀθηνίδος πατέρες.“) Quia au-  
tem extorris patria Clazomenas Joniae urbem  
commigravit, à Sulpitia poëtria epitheto Cla-  
zomenius vocatur in versibus quos super quere-  
la reipublicæ de infelicibus sub Domitiano tem-  
poribus conquerentis edidit, ibi:

*Nec qui pede fractus eodem  
Fortiter irasci discit duce Clazomenio.*

In quem locum non satis explicitum, & illud adnotare precium est operæ, quod fractum versum vocet Scazonem Hipponactium, siquidem testimonio Halicarnassæi constat Hip-  
ponactem infregisse trimetrum Archilochium  
in Scazonem, quo inimicos pungeret acerbius.  
*σκάζεσι μέτροις ὅρθα τοξεύσας ἐπη*, ut ait Epi-  
grammat. A Bupalo specie proverbiali di-  
ctum est à Juliano apostata, βεβαλίᾳ μαχῃ,  
pugna Bupalia, pro maledica virulentaque in-  
festatione, in epistola qua Alypio Cæsarii fra-

tri gratias agit ob missam ad se Geographi-  
cam pinaca, diligentia magna elaboratam: ita  
nanque ait: καὶ καλεμέσωτας αὐτὸς πεφοδεῖς τὴς  
ιάμβους, καὶ μάχην σείδοντας τὴν βυπαλίον καλὰ τὴν κυ-  
ρηναῖον ποιητὴν, οὐδὲ οἷς ή καλὴ σαπφῷ βέλεται τοῖς  
ύμνοις ἀρμόττειν, id est: Magna industria illud  
elaborasti, additis & jambis, non pugnam ca-  
nentibus Bupaliam, ut cum Callimacho Cy-  
renæo poëta dicam, sed quales venusta Sappho  
vult hymnis congruere. Ab eodem nomine  
effictum est & alterum proverbium à Leonide  
Epigrammatario, βυπαλειον σύγρ., Bupalium  
odium, pro inexpiabili; cuiusmodi apud Ci-  
ceronem audit Vatinianum odium. Versus ejus  
sunt hi:

ἄξεινε φεύγε τὸν χαλαζεπῆ τάφον  
τὸν φρικτὸν ἵππωνακτῷ δὲ χ' αἰτέφερε  
ιάμβιαζει βυπαλειον εἰς σύγρ.

Dicam & latinè:

*Hospes sepulchrum grandinans diras, fuge;*  
*Ubi ferus Hippoanax jacet, cuius cinis*  
*Etiamnum in odium Bupali jambos jacit.*  
Maledicentiæ Hippoanax in Bupalum testes  
sunt illi versus ex ipsius jamborum libris apud  
autores citati:

ώς οἱ μὲν αἶγαι βυπαλῷ καὶ ηρῶνται.

id est:

*Sic illi scelerato Bupalo diras imprecabantur  
& ille:*

λόβετε

λάβετε μας θειμάιον, κόψω βραπάλας τὸν ὄφθαλμόν·  
*Auferte vestem meam, ut Bupali excindam oculum.*  
 Ad quem versum allusit alicubi Aristophanes,  
 sic inquiens:

εἴ νη̄ διά τις τὰς γνάθους τέτων δίς η̄ τρίς ἐκοψεν,  
 ὥσπερ βραπάλας, φῶνην δὲν ἔχον. id est: Per  
 Jovem si quis illorum maxillas bis terve depal-  
 masset, quemadmodum Bupali, obmutuisserent  
 facile. Meminit ejus in Bupalum jamborum &  
 Zezes Ilacius ibi, *καὶ οἱ πιπώναξ ἐν τῷ ναῷ βρ-*  
*πάλας ωρώτῳ ιάμεω ἐσόντε.* Neque illud silentio  
 prætereundum est, Hipponaëtum præconium,  
 pro morsu amaro & felleo usurpari apud Cice-  
 ronem: quandoquidem & in parentes suos Jam-  
 bis debaccharatum tuisse Leonidas suprà à nobis  
 nominatus testatur, quando de eo ita canit: *οἱ*  
*καὶ τοκέων ἐο βαῦξας.* id est: Qui in parentes etiam  
 suos delatravit.

## C A P U T XVII.

*De titulo libelli Senecæ, de morte Claudii inscripti.*

**L**ibellus extat typis invulgatus Annei Sene-  
 cæ à Beato Rhenano viro in juvanda re li-  
 teraria sanè strenuo, primùm ( nisi fallor ) &  
 inventus & in lucem emissus, cui titulus est,  
 Ludus de morte Claudii Cæsaris, festivus qui-  
 dem ille & salibus jocisque refertus, in quo  
 Claudium Cæs. in cœlum refert per ludum.  
 Eum ego libellum esse censeo, cui ab autore

*Αποκολοκύνθωσιν* nomen inditum scribit Dion Cœcatus historiarum § 8. voce (ut equidem existimo) ad apotheosis alludente, qua constat ex Herodiano lib. 4. in deos referri solere imperatores fato functos. Verba Dionis sunt, συνέθηκε μὲν γὰρ καὶ ὁ σερένας σύγγεφυμα, ἀποκολοκύντωσιν αὐτὸν, ὥσπερ τινας ἀπάθανάτους, ὄνομάσας. id est: Composuit enim & Seneca scriptum, quod Apocolocytosin, veluti quandam inter indigetes referendi rationem, inscripsit. Apocolocytosin autem nuncupavit Seneca, eò quod Cladius medicato boleto, quasi pharmaco purgatorio, quod olim frequens è colocynthide concinnabatur (quam agrestem curbitam vocare licet) periiit. Infusum autem delectabili cibo boletorum virus, Locustæ nobilis veneficæ ingenio paratum, Agrippinam Claudio porrexisse scribunt Plin. lib. 22. Corn. Tacitus lib. 12. Suetonius & Dion lib. antea dicto, quod attigit & Satyrographus Juvenalis, inquiens:

*Boletus domino, sed qualem Cladius edit.*

& Martialis eo versu:

*Boletum qualem Cladius edit, edas.*

Huc pertinet & Neronis dictum memoratu non indignum, dicentis: Boletos (fungorum id genus est) esse θρώμα θεῶν, id est, deorum cibum: velut innuentis, per boleti esum ad Deos excessisse Claudiū.

## CAPUT XVIII.

*Qui fuerint interpretandorum somniorum primi artifices, quique de ea scientia scripsierint. Item onirocriticon incerti autoris.*

**T**Ametsi Cicero lib. de divinat. 2. somnio-  
rum conjectores, quos ὀνειρογράφοις Græ-  
ci vocant, ex levissimo & indoctissimo homi-  
num, imò sagarum, genere constare dicat,  
antiquissimum tamen ejus peritiæ inventum,  
& inde laudem arrogasse suis hominibus genti-  
les lego, & ejus scientiæ præstantiam haud dis-  
mulanter in sacris literis laudari invenio, idque  
in Josepho Jacobi filio, quem ob eximiam in hac  
arte industriam præ cæteris maximum nomen  
& præcipuos honores adeptum fuisse clarissimum  
est, „ quapropter à Pharaone indito cogno-  
„ mine Φανθεοφάνιχος nuncupatus fuisse legi-  
„ tur, hoc est, arcanorum inventor: quanquam  
„ apud Joan. Zonaram τοθομφάνηχος scriptum  
„ inveniatur eadem adjecta expositione. usque  
„ adeo, Trogó Pompejo ignotum non fuit.”  
Qui Justini verbis dicit illum primum somniorum intelligentiam condidisse: quanquam Philon Byblius Abrahamo illius proavo laudem istam attribuat. Plinius lib 7. Amphictyoni Deucalionis filio somniorum & ostentorum interpretationem assignat. Pausanias Amphiaraum ὀνειρέτων Διαιρείσει in dijudicandis somniorum eventis excelluisse scribit in Atticis. Clemens

οἱ σεωματεὺς refert Telmisseos excogitasse primos  
 τὴν δὲ ὀνείρων μάντικην, futurorum per somnia  
 prænotionem. quod repetit & Tatianus Assy-  
 riūs, qui pro Christiana fide mortem oppetiit,  
 his verbis: τελμισσέων μὲν γὰρ οἱ Δοκιμώτατοι, τὴν  
 δὲ ὀνείρων ἔξενον μάντικην. Fuit autem Telmis-  
 sus Lyciæ oppidulum Strabone teste, non Ca-  
 riæ, ut opinatur Cicero, deceptus Poëtarum,  
 præsertim Tragicorum, qui regiones plerum-  
 que confundunt, autoritate, in qua urbe arus-  
 picum disciplinam excelluisse fatetur idem Ci-  
 cero. Et Arrianus lib. 2. de rebus gestis A-  
 lexandri Macedonis, commemorat Telmisseos  
 vates à natura explicandis divinis rebus & enun-  
 ciandis futuris esse deditos. Complures autem  
 de hac cognitione scripsisse reperio, inter quos  
 commemorantur hi fermè: Geminus Pyrius  
 tribus ea de re editis libris: Panyasis Halicar-  
 nassæus, Alexander Myndius, Phœbus Antio-  
 chenus, Demetrius Phaleræus, cuius de ea-  
 dem scientia quinque commentarii extitisse le-  
 guntur: Artemon Milesius, qui ad xxii. oni-  
 rocriticōn lib. conscripsit: Nicostratus Ephe-  
 sius, Astrampsychus, Artemidorus Daldia-  
 nus è Lydia, cuius unius extant libri tres Græ-  
 cè scripti ad Cassium Maximum, & duo ad  
 Artemidorum filium cognominem, tametsi  
 Suidas quatuor tantum ejus autoris esse prædi-  
 cet: & Antiphō Atheniensis ætate prior Arte-  
 mido-

mídoro. Cui verò autori arrogari debeant versus Onirocritici „(qui & λύσεις ὀνείρων, veluti „somniorum explicationes inscribuntur“) qui singulis senariis somnii conjectiōnem absolvunt, haud facile dixerim: eos tamen, quod nusquam extent seriatim typis expressi, libuit hic in gratiam studiosorum ordine subjicere Græcè.

ὄναρ καθ' ὑπνος νητρεκὲς λέγειν τόδε.

ἀργῶς κινεῖσθαι, δυσυχέεις ποιεῖ τρίχες.

τρέχειν καθ' ὑπνος, εὐσθενεῖς ποιεῖ τύχας.

ἄνθραξι βαίνειν, ἔχθρακην δηλοῖ βλαβὴν.

,, βαίνων κεράμους, δυσμενῶν βλάβας φύγοις.

,, Testas pede offendens, noxam hostilem  
,, fuge.

,, Νενησμένα κρεπτῶν δὲ περισδόκα λύπας.

,, Malum imminebit, pensa si manu tenes.

βότρυς καθέσθειν, ὄμβρελκην δηλοῖ κλύσιν.

βρῶσις σύκων, μέικνυσι φληνάφων φόγος.

τρώγων γλυκηρά, πικρὰς ἔξεις τρόπος.

θρίδακας ἔσθειν, σωμάτων δηλοῖ νόσον.

ώὰ κρεπτεῖν, ἔσθειντε, σημαίνει λύπας.

γελῶν καθ' ὑπνος, παγχαρῆς πάντως ἔση.

εἰ θυμιᾷ σε τίς, πικρὸν τὸ ὄναρ πέλει.

πέτρᾳ καθεσθεῖς, ἐλπίδας χρισάς ἔχε.

τείχει καθεσθεῖς, ἐντυχήσεις πέλειν δόκει.

κόπρῳ καθεσθεῖς, ζημίας ἔξεις τρόπος.

μησωδίαν, νόμιζε τὴν ἀηδίαν.

,, μητεὶ πλακῆναι, καλὸν εἰς ὄναρ τόδε.

ἔκδηλός εἰσι βόρεος Θ., ψυχῆς βύπτη.

ιλὴν πεπλευκῶς, τῇ νόῳ νέει βλάβην.

πηγὴ διαυγῆς, τὰς νόῳ λύει λύπας.

„ ὅφεις παῖεῖν, τὰ κέτρα τῶν ἔχθρῶν λύει.

ὑδωρ μίαυγὲς ἐκπίνειν, χρησὸν τόδε.

ὑδωρ πίνων πηλῶδες, ἐν λύπαις ἔσῃ.

ὑδωρ βλύζον κάτωθεν, ἔχθρες μηνύει.

οἶνός ρυπώδης, ἐκτρανοῖς πολλὰς λύπας.

οἶνός κενωθεὶς αἰγγείων, παύει λύπας.

οἶνος μετασχῶν, περσδόκα μεινὰς μάχας.

χύσις ἡ ποταμῆ, δυσμενῆ δηλοῖ κάραν.

νῆξις θαλάσσης ημέρεις, τάναρ καλόν.

νῆξις θαλάσσης αἰγρίας, δηλοῖ λόπας.

χρυσὸν κρετῶν, ἀπρεπῆ, ὃν θέλεις, ἔσῃ.

ἡλὸς κρετῶν, τὰ κέντρα τῶν ἔχθρῶν βλέπε.

σραδὸν κρετῶν Φεύγοντα, περσδόκα βλάβην.

σύλον κρετῶν, ἐλπιζε τὴν θεῖαν χάρεν.

κίρκης κατασχῶν, ἢ θέλεις πάντως τύχοις.

χειρὸς πετασθεὶς κίρκῳ, ἄρχοσιν βλάβη.

κλεῖδας κρετῶν ἡ, σύνθεσιν δηλοῖ τρόπων.

κλῆμα κρετήσας, ἐγκαλεῖσθαι περσδόκα.

„ παιδας κρετῶν, κίνδυνον ἐλθεῖν περσδόκα.

„ Αἴπιον κρετῶν τις, αἰσχεῖ τὸν ἐλπίδων.

„ ολασθεῖσα ράβδος, καλὸν φέρει πέρεις.

„ Confracta virga, non bonum adfert exitum.

„ Βγνὸς περσέρεπων περγυμάτων δηλοῖ βίαν.

„ Negotii vim adrepens collis indicat.

ὅλον καθαίρειν, Φροντίδων δηλοῖ λύσιν.

χειρεῖς καθαίρειν, Φροντίδων δηλοῖ λύσιν.

πόδας καθαίρειν, Φροντίδων δηλοῖ λύσιν.

πόδας πλαισίος ἔχοντα, σημάνει λύπας.  
 ποδῶν κοπέντων, μηδόλως ὄρχε τρίβον.  
 πρήθων τὸ σῶμα, δυσκλεῖς ἐσῃ λίαν.  
 Θανὼν καθ' ὑπνοὺς, Φροντίδων ἐσῃ δίχα.  
 καλὸν πέτεσθαι, πράξεως καλῆς τόδε.  
 Φίλειν, ἐγέρει δυσμενῶν μακρὰς μάχας.  
 κρημνὴ πεσόντα, δυσυχῆ δηλοῖ τύχην.  
 „ Ατρεψ βλέπειν κάπλισον ἀνθρώποις πέλει.  
 „ Ορῶν ἐλαίην, ἐκφύγης πᾶσαν Ελάβην.  
 „ Γάλα σκεδάζει δυσμενῶν συμβουλίας.  
 „ Γάλα γαληνῶν πρόξενον πέλει τρόπων.  
 „ περιπλακῆναι, καλὸν εἰς ὄναρ τόδε,  
 „ ἐυχρηστὸν αὐδεῖ συμπλακῆναι φιλάστω,  
 „ πᾶσαι τε μίξεις περίξενος μακρῶν πόθων.  
 „ γυμνὸς καθεσθεῖς, σῶν ὑπεκτῆς περιγμάτων.  
 „ ἐχθροῖς συνέσθειν, εἰς καλαπαγήν φέρει.  
 λάκκω καθεῖναι σαυτὸν, ό καλὸν τόδε.  
 πολὸν βλέπειν θέοντα, μυσικὸν τόδε. alias πᾶλον.  
 πειρεψίς βλέπειν τε, προξενεῖ βλαβήν.  
 βόας θεωρεῖν, εἰς καλὴν περίξην φέρει.  
 νεκροὶ βόες δηλῶσι τὰς λιμῆς χρόνυς.  
 νέκρες ὄρῶν, νέκρωσιν ἔξεις περιγμάτων.  
 ἵππων ἢ λευκῶν ὄψις, ἀγγέλων φάσις.  
 σφῆκες φανέντες, δυσμενῶν εἰσὶν Ελάβαι.  
 φωτῆρες ἴδειν, πραγμάτων δηλοῖ φάσι.  
 θαλάτταιν ἴδειν μειδιῶσαν, εὔθειον.  
 φλοῖσι θαλάσσης, πραγμάτων δηλοῖ κλόνον.  
 λευκᾶς ὄραν τὰς σαρκᾶς, εὔθειον λίαν.  
 σαρκᾶς μελάνινειν, ό καλὸν πᾶσιν τόδε.

κυνῶν ὥλαγμῷ, ἐχθεικὴν δηλοῖ βλάβην·  
 χιὼν Φανεῖσα, δυσμενῶν ἐχθρας λύει.  
 λευκὴν σολὴν κάλλισον ἐν ὑπνῳ Φέρειν.  
 σολὴν Φορεῖν μέλαιναν, ἐκ αἰλιθέα.  
 σολὴν οἴ τιλαργὸν, εἰς μακρὰν νόσον Φέρει.  
 σολὴν εὐρυθρὰν, εἰς καλὴν περιξέν Φέρει.  
 σολὴν Φορεῖν ἀνακῆ, ἐλπίδων λύσις.  
 χιτῶν ῥαγεῖς, ἔρρηξε Φροντίδων βάρος.  
 ζωνὴ κοπεῖσα, τὴν ὁδὸν λύει τάχθος.  
 τρίχας καρῆναι, περιγμάτων δηλοῖ βλάβην.  
 τρίχας πεσεῖν ἥ, κίνδυνον Φέρει μέγαν.  
 μάχην μάχαρε φυγεφεῖ κελιθρένη.  
 συνθλᾶν μαχαίρας, δυσμενῶν δηλοῖ λύσιν.  
 βροντὰς καθ' ὑπνοὺς, ἀγγέλων εἰσὶν λόγοι.  
 γέροντα σαυτὸν εἰ βλέπεις, ἔξεις γέρας.

Conabor pro virili eosdem versus totidem scenariois includere.

*Celare noli somnium quando liquidum est.*  
*Pigrè moveri fausta signat itinera.*  
*Actus secundat, somnies si currere.*  
*Calcare prunas, noxiā signat gravem.*  
*Botros edere, notat madores imbrium.*  
*Ficus edere, cavilla scurrarum notat.*  
*Molestias signat vorare dulcia.*  
*Comesa lactuca indicat morbum gravem.*  
*Ova edere continereque, ostendit mala.*  
*Si somnians ridebis, angor te premet.*  
*Sed si fleas, repleberis tunc gaudiis.*  
*Succendi ad iras, hoc acerbum est somnium.*

Petræ insidens stabili, bonam spem contine.  
Muro insidentem sors secunda te manet.  
Mulcta gravaberis, super stercore sedens.  
Putoris omen esse crede molestias.  
Animæ inquinamentum notat, cœno infici.  
Cœnosa peragrans, sentiet vitium ingeni.  
Fons limpidus, mentem serenam denotat.  
Potare limpidam, bonum omen prædicat.  
Cœnosam aquam bibens, agit in angustiis.  
Ebulliens aqua, perduelles nunciat.  
Serenat animum vappidi potus meri.  
Sopit dolores, dolio exhaustum merum.  
Vinum bibentem pugna te manet gravis.  
Fluvius inundans, hostilem incursum notat.  
Æquor serenum nare, faustum est somnium.  
Æquor natare turbidum, angores notat.  
Aurum tenere somnians, voto excides.  
Clavos tenens, ab hoste periculum cave.  
Factura certa est, passer evolans manu.  
Tenens columnam, numinis speres opem.  
Votum obtinebis, si manu accipitrem premas.  
Accipiter evolans malum adfert principi.  
Claves tenere, stabile fœdus indicat.  
Remoram notant flagella torta vitium.  
Se eluere totum, exterminat curas graves.  
Abluere dextram, curarum fascem fugat.  
Eluere plantas, diluit curas graves.  
Latos pedes habere, portendit malum.  
Viam ingredi nolito, succiso pede.

*Inglorius eris, te uſtulatum ſomnians.*  
*Curis eris liber, necem ſi ſomnies.*  
*Volare, ſuccellum rei latum notat.*  
*Præagiunt pugnas hostiles, basia.*  
*Adversa ſors portenditur præcipitio.*  
*Se jacere pronum in fossam, ſignat triftia.*  
 + *Est mysticum cælum videre volvier.* + *Aliter:*  
*Currentem equi pullum videre, mysticum eſt.*  
*Dannum ominare, ſi columbas videris.*  
*Viſi boves, ſinistra portendunt mala.*  
*Diram augurantur mortui peſtem boves.*  
*Viſum cadaver indicat necem gravem.*  
*Est ominosa res atros videre equos.*  
*Albos equos videre, fauſtus nuncius.*  
*Signant periculum ab hoſte, vefparum agmina.*  
*Videre lumen, res loco in claro notat.*  
*Pelagus quietum cernere, eſt om̄en bonum.*  
*Fremitus maris, negotiis turbas notat.*  
*Albens caro, res auſpicata eſt admodum.*  
*Nigratio cutis, bonum nulli notat.*  
*Canum lairatus hoſtium iuſtus notat.*  
*Hoſtile conamen cadet, viſa nive.*  
*Omen bonum in ſomno eſt, amictus candidus.*  
*At pulla vefis, curæ inanem non facit.*  
*Purpurea vefis, non gravem morbum notat.*  
*Rubens ſtola, eventus rerum felicitat.*  
*Magnam fove ſpem, regia induitus ſtola.*  
*Disrupta vefis, curarum faciem eximit.*  
*Præcifa zona celeriter expedit viam.*

Dams

Damnum in negotiis coma obrasa indicat.  
 Discrimen ingens crinum casus notat.  
 Tentus manu ensis auguratur prælium.  
 Confringere enses, hostium stragis nota est:  
 Tonitrua somni, nunciorum dicta sunt:  
 Qui se senem videt, manet eum dignitas.

## C A P U T X I X.

*Observationes Latinæ de anni temporum discrimine:*

**Q**Uod in ætatibus, idem & in anni tem-  
 poribus discrimen observatum apud  
 autores video: ut quemadmodum di-  
 cunt, ineunte, vel prima juventa, & sic dein-  
 ceps, ita & ineunte vel primo vere, quod  
 Virgilius etiam, novo, dixit in Georg. pro  
 veris initio, ad imitationem Græcorum, qui  
 dicunt, ἡγέρτες νὴν νέας ἔαρος: „ aut ισάπε-  
 , νε sive ut Hesiodus: θέον ισάπιένοι. ” Simi-  
 liter Latini, medio, vel adulto vere (quod  
 postremo non semel utitur Marcellinus) effe-  
 runt pro eo quod est, in medio veris, quod  
 Græci non absimili ecphrasi, ἀνυψόζωτος, ή  
 μετεγνύτος τὸς ἔαρος dicunt: quanquam Corni-  
 Tacitus æstatem adultam quodam loco usur-  
 passe videatur, pro, sub finem æstatis, ubi  
 ait: Æstate jam adulta legionum aliæ in hy-  
 bernacula remissæ. Solent namque autumni  
 tempore, aut, si maturius, æstate desidente,  
 in hyberna dimitti milites. Cicero etiam

summam hyemem dixit, pro media bruma, in oratione pro lege Manilia: Nunquam nisi summa hyeme transmiserint. Idem lib. de nat. deorum secundo, senescentem hyemem vocavit, ubi solstitium circumscribens dicit, Solis inflectentis cursum tempus adjunctum esse senescenti hyemi. Sic Ammianus lib. 21. Autumno jam senescente profectus. pro quo & proiectum dicere non ineptè poterimus, uti Tacitus proiectam noctem dixit. Denique & extremo, prono, & præcipiti vere Latini dicunt, loco ejus quod vulgariter, in fine veris, dicimus: Græci πανομένη λήγονται, teste Polluce: præterea & φθίνονται & απίονται, ex Proclo. Cicero pro Pompejo: Tantum bellum Cn. Pompejus extrema hyeme apparavit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit. „ Ita & præcipitem diem vocavit, qui in „ occasum vergit, Livius lib. 4. Præcipiti „ jam die curare milites corpora jubet.”

## C A P U T X X.

*Cur Cupressus feralis arbor fuerit ab antiquis habita, rationes.*

**C**upressus arbor quod funebri signo ad domos funestas ponit antiquitus consueverat, & prope rogum depangi, nemo est in literis vel tenuiter versatus, qui ignorat: quam verò id ob causam, nondum liquidò ap-

apparet. multiplex enim adducitur à variis scriptoribus ratio, quæ cum gente variat: siquidem Latini naturam & ingenium arboris magis intuiti videntur, Græci verò fabulosa potius sectari. Varroni nanque placuit adhiberi rogis cupressos, propter gravem ustrinæ nidorem: quod ita interpretatur Isidorus, ut odorem cadaverum, dum urerentur, cupressi juxta positæ comprimerent jucunditate odo-  
ris sui. Plinius lib. 16. cap. 33: causam ge-  
minat, cùm quòdea arbor Diti sit sacra, tum  
quod resecto ejus vertice intermori, & suc-  
cisa non regerminare credatur. quod tenet  
quoque Sex. Pompejus: Cupressi, inquit,  
mortuorum domibus ponebantur ideo, quia  
hujus generis arbor excisa non renascitur, si-  
cut ex mortuo nihil jam est sperandum. quam  
ob causam in tutela Ditis patris esse putaba-  
tur. Servius cupressum Proserpinæ dicatam  
ait, propter morientium luctus. At Ascle-  
piades ex ea causa lugubrem habitam prodi-  
dit, quod Boream Celtarum regem comme-  
morent primùm in amissæ filiæ Cyparissæ tu-  
mulo consevisse novum genus arboris hujus.  
Autor Græcus τῶν γεωπονικῶν, sive de agricul-  
tura, Cassianus Basilus Scholasticus (is enim  
eorum collector fuit, non Constantinus) lib.  
2. rationem refert ad lugubrem casum Cypa-  
rissarum Eteoclis filiarum, quæ quum in fo-

lenni dearum tripudio in puteum prolapsæ interiissent, miserta flebilem sortem Tellus plantas proceritate puellis similes (uti fabulatur) produxit, desiderium quoddam earum & monimentum rei in arborum illis cognominum aspectu volens extare. Nec defuerunt qui ad tristem eventum Cyparissi cujusdam id transferunt, qui Telephi filius quum in Chio insula cervum mansuetem delitias suas fortuito jaculo ipse (ut refert Probus) Sylvanus ve pueri amasius (quod Servio placet) trajecisset in sylvis pascentem, inedia vitam finivit, præ mœrore contabescens, quem Apollo (nam hunc ejus amatorem narrat Ovidius Transformat. decimo, & Servius parum sui constans in Æneidos tertio) nec medica ope, nec consilio ab instituto revocare quum non posset, in Cupressum luctuosam arborem convertit, de amasii nomine dictam. quamquam alii Græcam originem illi tribuunt, ut Cyparissus vocata sit, οὐ τὸ κύειν ἡ Φέρειν παξίσγε, κλάδος λε καὶ καρπὸς, ab æqualitate fructuum pariter & ramorum quos producat: unde natus ille senarius ab Eustathio adducetus, κύειν παξίσγε η κυπάρεισσος κλάδος. Illud obiter adjecero, quod Jovis sceptrum è Cyparissio fabulentur fuisse factum veteres, ut Hermippus autor est: quæ res deterruit Pythagoræos ab usu Cupressinarum arcularum, quod

quod commemorat Laërtius. Fuit & Cyparissus oppidum in Parnasso monte situm juxta Delphos, à Cyparisso Minyæ Orchomenorum regis filio nomen habens, Eustath. teste.

## C A P U T X X I.

*Virgilii locus illustratus ex tertio Æneidos. Julianus Aurelius cum Laërtii interprete notatus.*

**V**irgilius haud vulgari sensu illud in tertio Æneidos extulit:

*Da pater augurium, atque animis illabere nostris. tectè nanque respicit ad cognomen Apollinis Genitoris, cuius in Delo extabat ara hoc cognomento, quem Cato in oratione de educandis liberis Genitivum dixit. Hujus meminit in Argonauticō quinto Valerius Flaccus:*

*Phœbi Genitoris ad aras Ventum ait.*

Cloatius Verus, Deli, inquit, ara est Apollinis γενέτωρ, in qua nullum animal sacrificatur, quam Pythagoram velut inviolatam adorasse produnt. Idem scribit, Aristotelis in Deliorum republica testimonio, Laërtius Diogenes lib. 8. Βαμὸν προσκυνῆσαι μόνον ἐν δήλῳ τῇ απόλλωντῇ τῇ γενέτωρ, ὃς ἐσιν ὅπισθεν τῇ περαγίῃ, μιὰ τὸ πυρὸς καὶ κελθὰς, καὶ τὰ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτῇ ἀνευ πυρὸς, ἵερεῖον δὲ μηδέν. id est: Adorasse modo Pythagoram Apollinis Genitoris aram in Delo, quæ retro Corneam est posita, quoniam farra, hordeum, placen-

tasque solas citra ignem apponere illic moris fit, victimas vero nullas. quem locum interpres commaculavit quidem. Sed majoris erroris in luto hærere deprehenditur Julianus Aurelius, autoris verba exponens in libris, quem de Deorum cognominibus scripsit: nam illud, ὅπισθεν τῷ κερατίνῳ, vertit, quæ post Ceramicum posita erat, qui locus fuit Athenis celebris. Huc respexisse & Ciceronem certum est in tertio de natura Deorum, scribens, ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluisse Pythagoram, ne aram sanguine aspergeret. Quam aram, quia in ea nullum animal immolabatur, εὐσεβῶν Βωμὸν id est, piorum seu ritè venerantium aram, sua etiamnum ætate dictam extitisse refert Cyrius lib. 9. aduersus Julianum. „ (Eiusdem & D. Clemens lib. 7. stromatum meminit, his verbis; τὸν μὲν ἀρχαῖοτερον Βωμὸν ἐν Δήλῳ αγνόν εἶναι τεθρυλάγκασι, πρὸς τὸν δὲ μόνον καὶ Πυθαγόρειν πεφελθεῖν Φασὶ φόνῳ καὶ θανάτῳ μη μανθέντε. Antiquissimam in Delo aram puram extitisse proditum est, ad quam solam accessisse dicitur Pythagoras cæde & animalium crurore haud inquinatus. „) Ex his liquere etiam potest, cur Venerandi vocabulo usus poëta, non hostias mactantem, sed solenni tantum precatione usum Æneam facit, in eo versu:

Temp.

*Templa Dei saxo venerabar strūcta vetusto.*  
**N**eque enim dūbium mihi est, quin doctissimus poëta sciverit istud, & accuratissimè observarit. Porrò corneam aram vocat Laertius eam, quæ ex dextris (sic enim lib. utra animantia sapientiora sint, aquaticāne anterrestria, Plutarchus habet. Idem secum pugnans in Theseo, lævis, non dextris, ait) cornibus omnibus ibi posita fuit, quam *κερατῶνα βωμὸν* in Theseo appellat, inter septem orbis miracula habitam vel Martiale teste.  
 „ ibi : Dissimuletque Deum cornibus ara fre,  
 „ quens. hujus & Callimachus meminit in  
 „ hymnis.”

## C A P U T   X X I I.

*Italiam variis nominibus appellatam esse, & unde  
 quodque nomen illi accreverit.*

**V**ARIA apud Poëtas Italiæ nomenclatura extat, quam libet in hoc unum caput, ceu unam Myconum, congerere, ut non omnibus cognita, una eademque opera tradantur. Eam rēgionem primò Argessam fuisse nominatam, aut secundum alios Margeßam, à Margetum gente, quos Halicarnassæus per quartam vocalem Morgetas appellat ex Antiocho Syracusano, constat : deinde à Jano Janiculam, quod in Originibus scripsit Catō : rursus à Saturno, cui sacrata fuit, Satur-  
 E 4 niam,

niam, teste Halicarnassæo & Trogò: postea Ausoniam, ab Ausone Vlyssis è Circe filio, uti Zezes, aut ut alii, ab Ausone Itali & Leutariæ filio: Stephanus ab Ausone genito ex Atlante & Calypso: nam Ausoniæn propriæ dictum fuisse tractum maritimum Auruncorum inter Campanos & Volscos autore est Dion Coccejus. at Portius Cato Calabros prius Ausones nuncupatos ait. Jam verò & Hesperia audiit ab Hespero Atlantis fratre, ab ipso in exilium acto, secundum Servium, & huc appulso. Quin & (,, βετλίαν fuisse Italiam,, memorat Antiochi testimonio Stephanus:,, quum pars ea sit potius nominanda Italiae,, quam Brutii incolunt. Veteribus quoque,, χώνην eandem dictam ex Antiocho Xeno:,, phanis annotat Hesychius.") Oenotria eadem terra fuit dicta; in quo nomine ingens est pugna: siquidem ab Oenotro Arcade Lycaonis filio, qui primus transfretato sinu Jonio Italiam incoluit, ita appellatam scribit Halcarnassæus: cui fermè consentit Myrsilus Lesbius, & Pausanias, qui in Arcadicis sic ait: Oenotrus filiorum Lycaonis natu minimus, à Nyctimo fratre pecuniis virisque impetratis in Italiam trajicit primus omnium, qui è Græcia coloniam navigio deportavit: imo ne barbarus quidem ullus ante Oenotrum alienam terram invasisse, ei, qui diligenter omnia

nia excuslerit, invenietur. Hæc ille. Antiochus quoque Syracusanus Oenotrium ducem Arcadum in Calabriam appulisse, ibique in ora maritima colonias posuisse memorat. Sed hæc ut mendacia refellit in Originibus Cato, nomen istud sortitam Italiam dicitans ab Oenotro vetustissimo rege Sabinorum & Hetruscorum, penes quem imperium erat. Idem ex quorundam opinione Oenotrium cum Jano eundem facit, qui primus Italis vinum & far ostenderit. Varro Oenotrum Latinorum regem nomen creasse regioni existimat. Servius à vino optimo nomen sumpsisse Oenotriæ annotat, quod οἶνος Græci vocant, ridicula nominis derivatione „tametsi in eandem „rationem consentiat Pisander historicus „, teste Stephano.” Postremo Italæ nomen indidisse Italum quendam Arcadum regulum Thucydides in sexto refert. Hyginus Italum ducem ex Penelope & Telegono natum comminiscitur. Halicarnassæus Italum Siculorum regem, qui primus agricolationis opera in Italiam invexerit, regionem à se transnominasse scribit. Timæus fabulatur dici ab Italo bove uno ex armento Geryonis, qui abactus ab Hercule Siculi freti angustias transnaverat, Tyrrhena lingua Italum taurum nominante. Hellanicus vero, quoniam opimos boves gignat ea regio, ejusdem vocabuli occa-

casione nuncupatam voluit. Recenset etiam in Originibus Cato Italum Hesperi fratrem, unde gemina Italiæ nomina creverint. Hæc ferè de Italiæ appellationibus omnium propè terrarum alumnæ annotare visum est, quæ tot populorum discordes ferasque linguas Latini sermonis commercio ad colloquia contraxit, ut Plinii verbis dicam.

## HADRIANI JUNII ANIMADVERSORUM LIBER SECUNDUS.

*Septimii Tertulliani locus unus & item alter, &  
D. Clementis, restituuntur genuina le-  
ctioni.*

### C A P U T I.

**R**ercurrenti mihi nuper annotamen-  
ta Beati Rhenani in Tertullianum  
secundæ editionis, multa bene re-  
tractata probeque interpolata sunt  
visa: in nonnullis visus est parum favente,  
ne dicam invita, Delia venari vir ille alioqui  
extra omnem aleam doctissimus, qui que in  
restituendis autoribus sedulam navavit ope-  
ram, è quibus unum atque alterum locum  
sub-

subjiciam à me observatum. Scribit in libro de Velandis virginibus Septimius Florens his verbis: Debebunt, inquit, etiam & ipsi aliqua sibi defendere insignia, aut pennas Garumantum, aut crobylos barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut cirros Germanorum, aut stigma Britonum. Hic pro crobylis, scrobulos legit atque exponit in priori editione Beatus, ut scrobuli, voce à diminutivo scrobe, foramina sint aurum, per quæ barbari trajiciant gemmas & annulos. Deinde in altera, de qua loquor, editione, bis in eundem impingens lapidem, dictionem reponit conjecturæ solum ob fidem, strobulos legens, adjecta annotatione ista: Strobulus Græcis pineam nucem significat, gestamen ex auro barbarorum quorundam &c. Speciosa quidem videtur hæc elusio, qua imperioribus judicio defectis velut offusa nebula satisfiat: quibus tamen obtrudere, quod nulquam lectum est, à latæ culpæ crimine non multum abhorret. Est autem crobylus crinium plexus in acumen desinens: de quo & cicadis Thucydides in primo, & Lucianus in Navigio: ἀναδρυμένος πρώτουν ὑπὸ τέττιγι χευτῷ ἀνειλημμένον. & præter Plutarchum Theophylactus, πρωτύλῳ ἡ τέττιγι δὲ γοργίας σεμνύνεται. id est: Crobylo & cicada superbit Gorgias: qua de re plura in commentario de Coma.

Est

Est & alter ejusdem lapsus in libello de fœminarum cultu commissus, ubi pro, Scrupulosa deus auribus vulnera intulit, scrobulosa maluit legere, ut ad scrobulos illos barbarorum commentitios allusum sit scilicet, quum ludat ironicè in temerariam & pervicacem nostram libidinem foramenta auribus sponte impingentium. Porrò verisimile mihi fit Tertullianum antiquitatis omnis scientissimum virum, Græcam vocem Crobylos, non suppetente Latina, in Romanam coloniam adoptare, vel usitata tum temporis uti maluisse: alioqui ætas illa quæ Plinium, Martialem, Suetonium, magisque etiam posteriores tulit, Græcis libenter dictionibus usa videtur, ad proterviæ usque vitium. In quorum numero miror, cur Ruffinus Aquilejensis studiò interdum obscurare suam dictionem Græcis vocibus velut Latinis gestierit, ubi disertè Romanas usurpare majore cum luce pariter & gratia potuerit. Adferam è multis unum, quod apud Clementem in sexto extat, in hæc verba: Quòd etsi lex de his non admonuisset, nos ut canthari libenter volveremur in stercore? Potuisset hīc purè puteque Latina voce Scarabæos dixisse, maluit tamen merè Græcam aspergere. quid verò eum moverit, dicere non habeo: certe caliginem multorum oculis offudit, & judicio Jo. Sichardi,

yiri

viri non indocti, qui editionem procuravit, imposuit, qui parum cogitans κάνθαρον sonare Græce Scarabæum, multoque minus, quod insectum istud stercoreas pilas volutet (quod de eo scribunt Plinius lib. 30. cap. 2. Orus, Porphyrius lib 4. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. Plutarch. lib. de Iside & Osyride, alii) suspicione finistram admodum margini illevit interscholia: nam pro cantaris, canterios, fortassis votis ejus melius responsuros, quam exiguum insectum istud, substituit. Atenim demus humanum esse interdum errare, quando & bono Homero nonnunquam somnus obrepere possit, attamen majore religione opus est.

## C A P U T II.

*De tribus vestium purpurearum generibus distinctius  
paulò perscripta ratio. Inibi quid ἀλλαγὴ  
propriè.*

**T**RIA ferme purpurearum vestium genera ab autoribus enumerata lego, ἀλλαγὴδα, πορφυρίδα, & φοινικίδα, quæ tamen ab iis, qui hac de re ex professō scripsere, pro colorum discrimine non satis distincta, mirari sat nequeo, ac ne à diligentissimo quidem Bayfio, præterquam in voce φοινικίδᾳ, quam phœnicēum colorem potius, quam purpuram designare, recte annotat. Certe singulis diversum fuisse colorem autumo, ut dicam

cam postea : quando & Artemidorus in Onirocriticis lib. 2. cap. 3. clare eas discriminet , quum πορφυρὴν ἐσθῆτα τὰ αὐτὰ τῇ ἀλεγγίδῃ σημαίνειν , hoc est, purpuream vestem idem portendere in Baccho operatis dicat , quod cœruleam. & iterum , ἀλεγγίδα ἔχειν οἱεῦσται μὲν καὶ θυμελικοῖς &c. mox , πορφυρῆ δὲ ἐσθῆτας δέλοις αἴγαθῃ καὶ πλεσίοις . Enimvero vocabulorum etyma intuenti mihi atque expensius rimanti , ἀλεγγίς videtur cœruleum paludamentum , sive mavis , trabea exponi posse : nam colorem cœruleum ἀλεγγὸν à maris colore dici puto , ἀπὸ τῆς ἀλὸς : quo modo accipitur quod legimus Odysseam Homericam olim ἐν ἀλεγγοῖς ἐσθῆμασιν , ut Iliada ἐρυθροβαφέσιν , agi consueuisse : cœruleis [quidem illam , propter Vlyssis per mare errores : hanc vero rubeis , propter cædes & cruenta bellorum vulnera. Deinde Φοινικίδα interpretor , quæ palmeum colorem mentiretur , illis Φοινίκα palmam nuncupantibus. Postremo πορφυρίδα recte purpuream à cruore saniéve piscis purpurae dici posse censeo , nigricantem videlicet magis , à cuius similitudine πορφύρεον κῆρα , & πορφύρεον θάγατον Homerus extulit. Ceterum ad istius rei discriminem acferunt momenti nonnihil Appiani verba , ex quinto bellorum civilium , ubi Sextus Pompejus gloriaribundus ob geminum naufragium adversæ partis ,

partis, phœnicium paludamentum, quo Imperatores utebantur, in cœruleum convertit, adinstar Neptuni, cuius filius haberi ambiebat, ob felicem in navigatione successum (quam rem obiter attingit & Porphyrio in Horatii Epodōn lib.) Ea sic Græce leguntur: *καὶ τὴν συνήθη τοῖς αὐτοκράτοροις χλαμύδαις ἐκ Φοινικῆς ἔις κυανὴν μεταλλάξαι Φασί.*

## C A P U T III.

*Locus ex quinto Aeneïdos Virgilii accuratius expensis & explicatus.*

**L**egenti mihi locum Virgilii, quo certaminum in parentalibus ab Aenea (ut putatur) primum institutis editorum præmia enumerat, nescio quid scrupi animum perculit, quod sacros tripodes inter brabeia ponit. sic enim ait:

*Circoque locantur*

*In medio sacri tripodes, viridesque coronæ.*

Placuit itaque Servium, cuius inter grammaticos non postrema est autoritas, consulere, quid in medium ille adferret, ratus illum meæ expectationi facturum satis. qua spe falsus, altius rem examinandam duxi. Ad Græcos igitur fontes, quorum latices pleno ore hausit poëta noster, qui illum à profano vulgo excludunt, confugio, ac primum ad ingeniorum parentem Homerum, apud quem in

in funebris ludis Patrocli præmia victoriæ bus proponit Achilles τρίποδι ὀτωντα δύο: & ἄπυρον κατέθηκε λέβητα. Sciendum itaque tripodas hic accipi pro lebetibus vel cæcabis tribus pedibus innixis: sic enim interpretor illud Eustathii in Iliad. 9. διὰ τὸ τρίποδα τὴν ψόφασιν ἔχειν: quæ verba transcribens Phavorinus, ψόφασιν male legit, nisi chalcographi vitio irrepsit mendum. Sed repetam rem à principio omnem latius. Constat ex Athenæo in Dipnosoph: 2. & Eustathio in nono Iliados, duo antiquitus tripodum fuisse genera, sive lebetum: alterum ἐμπυελβήτην, qui igni imponitur (, & communiore voce πυροσά-, την, servata utrobique etymi ratione, quem à prehensione ansata λόβανον etiam dici an- notat Demetrius Triclinius in Sophoclæis commentariis, nisi potius illic mavis legere cum vetustis incerti autoris scholiis λάσανον ab ollæ similitudine, dictione illa ollam si- gnificante etiam in Epigrammatibus.") dictum quoque λοετροχόον, quod eo ad balnea ute- rentur: eundem & ab Homero αἴθων, velut ab igne candentem nominatum, in quo aqua calefiebat: cuius apud Aeschylum est usus:

τὸν μὲν τρίποδας ἐδέξατ' οἰκεῖον λέβητος  
αἱ φυλάτλων τὴν ὑπὲρ πυρὸς σάσιν.

Et apud Sophoclem in Ajace:

τοῖδ' ὑψίβατον τρίποδας ἀμφίπυρον λατρεῖν οἵσιων  
Θέσθ' ἐπίκαιον.

Kos

*Vos tempori arduum lavando funeri  
Imponite igni tripoda.*

Alterum ἀπυρον ignis expertem, in quo vinum dilui solebat, à diluendi ejus argumento κεχθῆναι etiam dictum, quem etiam ἀναθεματικὸν vetus Homeri scholiares exponit, quod inter templorum donaria, & in ædium supellestile ad ornatum reponeretur, propterea extritus & albicans è stanno affuso, ut Iliados 23. annotat Eustath. λευκὸς ἀπὸ χεύματος δηλαδὴ καστιτέρες. Quòd verò tripus & lebes idem sint, ostendit Homerus: nam quem vocat in Ḧ. ἀπυρον λέβητα, in nono ἀπυρον τρίποδα dixit. Sed præstat ipsius verba citare, quibus Agamemnon pollicetur se Achilli pro injuria ademptæ Briseidis daturum præter alia multa.

Ἐπτά ἀπύρες τρίποδας, δέκα δὲ χρυσοῖ τάλαντα,  
αἴθωνται δὲ λέβητας ἐπίκοσι.

*Ignem haud expertos tripodas septem, atque talenta  
Dena auri & bis tot candentes igne lebetes.  
In vicesimo tertio Achilles victori tertio præ-  
mium decernens,*

*Aὐτὰρ τῷ τριτάτῳ ἀπυρον παρέθηκε λέβητας, κα-  
λόν &c.*

*Tertio item expertem flammæ nitidumque lebetem  
Constituit.*

Tales autem tripodes, qui ignis injuriam nunquam sentiunt, temperandoque vino addicti, Libero patri sacri erant ob veritatem in e-

brietate sitam , juxta illud , οἶνος καὶ αληθεῖα , Vinum & veritas. Unde & victoriæ præmium in Liberalibus proponi solebat tripus , quando & veriloquos ex Tripode locutos proverbio dicimus. Duas igitur ob causas poëtam facros. tripodas dixisse putarim , tum ἀπύρσις , ac proinde Libero sacratos: tum ut αὐτοθεματικής , qui vel ad ædium sacrarum ornatum converti possent. Nam Servii interpretatio frigidior videtur ; sic enim exponit : Sacri tripodes , sic pulchri , ut facros putares ; nec enim sacrilegus erat , ut sacra donaret. Porro & illud silentio præteriri non debet hoc in loco , Jonem poëtam in Agamemnone , ἐκπωμα σλακθυλωτὸν ἀχεγεντον πυεὶ dixisse , poculum ansatum ab ignis injuria immune , alludendo ad Homericam vocem ἀπυργον , nimirum accipiendæ frigidæ accommodum , vel ad hauriendam bibendumque frigidam appositum. Fuit & lebes navigii genus ( unde fortassis per paronomasticam lembus dictus est ) quo ad Erythiam Hispaniæ insulam mare trajecisse Herculem ferunt apud Alexandrum Aetolum , de Hercule sic dicentem :

*χαλκείῳ δὲ λέβητι μέγαν διενήξατο πόνιον.*

*Trajecit vastum pelagus ex ære lebete.*

Euphorion lebetem æneum , cymbam æneam , hoc est , rostris æneis munitam vocavit , ibi :

*χαλκείῃ ακάτῳ βεπληθέος ἐξ ἐρυθείας..*

bna,

abnavigasse Herculem scapha ænea ex opima  
boum Erythia scribens. Theoclytus etiam le-  
bete navigasse illum ait. Panyasis & Pherecy-  
des Græci scriptores phiala vectum prodide-  
runt; qua de re plura Athenæus lib. 2. & Ma-  
crob. lib. 5. cap. 21.

## C A P U T IV.

*De talorum & tesserarum jactu multa ab aliis non  
dicta, nonnulla etiam animadversa.*

**Q**UUM viderem non infeliciter tentasse quosdam Erasmi dictis attexere aliqua de talorum tesserarumque ratione, usque adeo ut gloriari etiam hoc nomine institerint, qui tamen vix tria quatuorque autorum testimonia assuerint, putavi & ego me rem studiosis non ingratam facturum, si non parum multa ab aliis tacita, quædam etiam animadversionem & limam promerita, collectaneis hisce nostris infererem: quare candori nostro favebunt studiosi. *Ασεγγαλος* itaque, quem talum Latini nominant, Jonibus etiam *ασεγγαλην*, ut ex autoritate rhetorici lexici citat Eu-  
stathius, sic dictus est, quasi *ασεγγαλος*, enal-  
lage literæ β, δι & *ασεγγβως* εσι βαίνειν, quod ad incessus firmitatem faciat. hinc *ασεγγαλωται μαστιγες* celebratae sunt veteribus, scuticæ talis insertis constantes, ut idem Iliad. 23. an-

notat, quarum „ apud Cratetem Comicum in „ fabula, cui ἑορταῖς nomen, & ” apud Plutar- chum in libello adversus Coloten fit mentio, quibus cædi flagellarique solebant in Matri Deorum templis Galli ejus deæ ministri, si quid delinquissent. Ejus verba sunt, μάσιγρ δεό- μεν τῆς ἀσεχγαλωτῆς ἐκείνης, οὐ τὸς γάλλος τλημ- μελῶντας ἐν τοῖς μητρώαις κολάζονται. „ Posido- „ nius quoque commemorat apud Parthorum „ reges sæpenumero eum, quem illi amicum „ vocent, postquam canum more objecta frusta „ comederit, abreptum virgis & μάσιν ἀσεχ- „ γαλώτοις μάσιγοῦσθαι, hoc est, scuticis, quæ „ connexis talis constent, flagellari jamque cru- „ entatum adorare suum regem veluti pro be- „ neficio accepto.” Hinc & ἀσεχγαλομάντεις ab Artemidoro libro secundo recensentur, qui ē talorum jactu, futurorum eventuum sortem prædivinabant. Talos ἀσείχους dixit Aristophanes, alii poëtæ ἀσείας, Callimachus ἀσειας, ubi donatos cuidam fuisse memorat Σορκὸς πέντε νεοσμήκης ἀσπιας, dorcadis talos quinos recenti rasura expolitos „ & iterum: δέκα δ' ἀσειας ἀ- „ νύο λάτρευν.” Unde & talis ludere ἀσείγεν di- cebatur & ἀστρεχγαλίζειν. Hic ludus quaternis fiebat talis, quorum unusquisque casus habe- bat quatuor, non senos, cubi ad modum: dyas nanque & pemptas hic deerant, hoc est, bina- rijs quinariusque numeri ociosi erant, neque in

in talis recensebantur: sed positus ipse, sive ratio lapsus, vicem obtinebat numeri, testante Polluce. unde apparet status positusque talorum diversos, nominibus unionis, ternionis, quaternionis, & senionis fuisse censitos. Cupidinem & Ganymedem talis ludentes puerili more inducit Apollonius Rhodius libro tertio his verbis:

Αυφ' ἀστρεγγάλοισι ἢ τώγε  
Χευτείοις, ἀτε κέροι ὄμηθέες, ἐψιόωντο..

*Ut pueri aequales ex auro ludere talis  
Sunt depreensi ambo.*

„ Puerilem autem fuisse ludum astragolorum,  
„ ostendit scomma Arcesilai in adolescentulum  
„ in differendo paulo ferociorem, οὐ λήψει  
„ τις τοῦτον ἀστρεγγάλω, non capiet quis istum  
„ astragalo. Indicat & Heracliti factum, qui  
„ Ephesiis deprecantibus eum, ut leges scribe-  
„ ret ipsis, detrectavit munus, & indigna-  
„ bundus in Dianæ templo cum pueris astra-  
„ galis lusit, satius illud esse dictitans, quam  
„ cum illis in corrupta repub. degere, quod  
„ de illo scriptum reliquit Laertius, cuius ver-  
„ ba sunt, μελὰ τῶν παιδῶν ἡστρεγγάλιζε.”

Calvus poëta Curium Romanum talis pereruditum describit, teste Asconio, cuius est hen-  
„ decasyllabus elegans, *Et talis Curius pere-  
rutidus.*” Pausanias Arcadicis in Herculis  
specu cognomento Buraici, divinationis genus

exercitum fuisse scribit, quod astragalis quaternis in pinaca conjectis fiebat, post fusas prius ad divum preces. Pindari quoque scholiaстes in Pythiis annotat, in sacris deorum mensis repositos fuisse talos astragalosve, quibus projectis futura augurabantur. Verbi gratia, ejusmodi si jactus obtigerit, tale quid eveniet: sin minus, non continget. Celebris est apud autores Siphnius talus, σίφνιος ἀστράγαλος, ob exiguitatem, ut arbitror, δι εὐτέλειαν, sicuti retent Eustathius. „ corrupti codicis errore „ persuasus, quem indicavi in adagiorum no- „ strorum fattagine.” A talorum ludo diver- sus est tesserarius, quem & πετείαν & κυβείαν illi dixerunt, licet Athenaeus confudisse videatur libro 10. ex Theopompo Rhodiorum insolentiam describens, talorum ludo, vel tesserarum de foeminiis liberis ad stuprum solicitandis contendentium: cujus verba non gravabor adscribere: ὡς καὶ κυβεύειν ηξίωσαν πρὸς αἰλῆλας περὶ γυναικῶν τῶν ἐλευθέρων, καὶ διωμολογῶντο τὰς ἐλάτην τοῖς ἀστράγαλοις βάλλοντας, ἵν τινα χεὶ τῶν πολιτιδῶν τῷ νικῶντι εἰς συνγρίαν ἀγαγεῖν &c. & pau- lo post, καὶ ταύτην τὴν κυβείαν ἔπαιζον. id est: Pauci inter se, ut qui minimum talis jecisset, victori quancunque oppidanarum jussus produceret. & mox: atque hunc tesserarum ludum exercebant. Vides uti & κυβεύειν & κυβείαν confundat cum astragalis. „ Herodotus in Clio „ κύ-

„ κύβους & πεσσοὺς diversis lusibus attribuit, ubi  
 „ ait Atys Lydorum regis tempore in magna  
 „ annonæ frumentariæ inopia famis solatia  
 „ varios lusus excogitatos fuisse ab ea gen-  
 „ te, nimirum astragalorum, cuborum, pi-  
 „ larum, & id genus alios, exceptis tesseras,  
 „ quarum inventum sibi non vendicant Lydi.  
 „ verba ejus huc facientia sunt ista. ἐξεν-  
 „ φεθήναι δὴ τότε καὶ τῶν κύβων καὶ τῶν ἀστραγά-  
 „ λων καὶ τῆς σφαιρῆς καὶ ἄλλων πασέων παιγνιέων Τὰ  
 „ ἔιδεα, πλὴν πεσσέων. Olympiodorus quoque  
 „ in Platonis Gorgiam commentario, πετίεν-  
 „ τικὴ inquit, διαφέρει τῆς κυβικῆς καὶ τὸ σχῆ-  
 „ μα. οὐ γὰρ πεσσὸς, διεστηκὸς κύβος ἐστὶν ἐκ τρι-  
 „ ὧν τριγόνων περιεχόμενος.” Πετίεαν, hoc est,  
 tesserarium ludum invenisse in Aulide Bœotie,  
 & ράθυμον παιδιάν, αἷλ' αγχίνγν τε καὶ εἰσὼ σπεδῆς,  
 non segnem ludum, sed ingeniosum atque in-  
 dustrium, Palamedes Euboicus à Philostrato in  
 Heroicis traditur: cui eam gloriam tribuit &  
 Gregorius Nazianzenus in prima invectiva ση-  
 λιτευτικῇ: item Pausanias in Argolicis, dicens,  
 Palamedem cubos ab se inventos consecrasse in  
 fano Fortunæ. Sophocles quoque in Palame-  
 de fabula hanc inventionem illius ita profe-  
 quitur:

Ἐ λιμὸν ἔτετον τόνδι ἀπῶσε σὺν Θεῷ  
 Εἰπεῖν, χρόνοτε διατείβας σοφωτάζεις

ΕΦΕΥΓΕ, ΦΛΟΙΟΣ θ μετὰ κοπῆν καθημένοις  
Πεσσὸς, κύβος τε τερπνὸν αργίας ἀκός;

Latine sonant:

*Non ille (dicam enim) procul famem Deo  
Juvante abegit, ociumque fallere  
Docuit sedentes littore in sicco, mare  
Ubi murmurat, ludo reperto tesseræ,  
Vite jucundo desidis solatio?*

„ Hinc Palamedes ipse apud Gorgiam Leontinum. vitæ aetæ rationem reddens, & ab se inventa enumerans, inter cetera reperisse se ait, πεσσοὺς σχολῆς ἀλυπὸν διατεινήν. id est: „ tesseras, quibus otium jucundissime fallitur.”

Imò Polemon autor est, sua aetate monstratum fuisse saxum apud Ilium, super quo pessos Græci jaciebant. Quin & παλαιμήδειον ἀβάνιον, Palamedis abaculus celebratur ab autori- bus. Plato tamen in Phædro Aegyptios ait invenisse præter numerandi & subducendorum calculorum rationem, etiam πετλίαν atque κυβίαν. Proci apud Homerum πεσσοῖς περπάσοις θυρέων θυμὸν ἔτερπον, tesseris ante fores fese oblectabant. Ludum hunc in carmine de Virginitate describit Nazianzenus:

ἀλλ' οἵ τις στρεπτοῖσιν ιανόμενος Φρένα πεσσοῖς,  
Πεσσὸς μεν περόεικε, τό δὲ ὄρτιον ήτε περιτλὸν  
Οὐ χέρες, αὐτομάται δὲ λίθων σροφάλιγγες  
ἔγεικαν. id est:

*Qualis, enī mentem versatilis alea pascit,*

*Illi*

*Ille quidem jacit, at par impar non manus ipsa  
Fingit, fortuita at præbet versura lapilli.*

Phanius Comicus Mithylenæum quendam Leonem αἵτητον καὶ τὴν πετευτικὴν, in aleatorio ludo insuperabilem nominatim celebrat. Atenim quæ fuerit procorum in jaētu tesserarum ludendi ratio, ex Cresonis Ithacensis fide recenset Appion Alexandrinus apud Athenæum in Diaphosoph. i. Porrò in hoc ludo quinque utebantur tesseris, unde & nomen fortasse πετεῖας, quasi πετεῖας τινὸς fluxit, ut ex Eustathio citavit Phavorinus: (nam ἀπὸ τῆς πίπτειν, à casu eorum etymon derivat Hom. scholiaestes. Alter tamen Zenobius, tribus veteres lusisse dicit, quod & adagium videtur innuere, η τεῖς, sive (ut in Zenobio legitur) τρεῖς εξ, η τρεῖς κύει. Sed quia in hujus adagionis mentionem incidimus, paulò latius explicanda erunt quædam, & restituenda nonnulla in Erasmi annotatione. Cubus, Græcè κύβος, effertur tam de tessera, quæ jacitur, quam de puncto ipso & nota insculpta, numerum jactorum reddente, ac præcipue unione, qui δύο quoque asini nomine dicitur. ubi observa obiter, apud Pollucem lib. 9. cap. de convivalibus lusibus, κυλότηι legendum esse, non κυλότηι. Priore modo accipitur illud è Tragoedia, ἀεὶ γὰρ εῦ πίπτειν διὸς κύει. id est: Feliciter semper cadunt cubi Jovis. at posteriore accipiendum Eu-

ripidis illud in Myrmidonibus, ubi tesseris ludentes facit Heroas.

*βίβλην ἀχιλλεὺς δύο κύβων γὰρ τέτλαε.*

*Duas Achilles uniones jecit & quatuor.*

Quem versum in Ranas transtulit Aristoph. Item illud Eupolidis : *ἀποφθάπεις δὲ δύο κύβων γὰρ τέτλαπε.* Sic accipienda sunt quæ paulò obscurius scripsit Zenobius in hæc verba : *κύβον γάρ οὐλεγον ιδίως αὐτὸν τὸν ριπλέμενον, ὅτε πλήρης ἐστι, καὶ μή.* quæ sic reddidit Erasmus : Tessera etiam jactum ipsum appellant, qui nonnunquam plenus est, interdum inanis : itaque jactus tertium inanis. Hæc ille : sed falsus est ; nam ter sex plenam victoriam apportabant, tres verò cubi, hoc est, uniones, succumbere jacientem loquebantur : id quod & Zenobius non inficiatur, qui Jönas appellasse tales cubos monadasve etiam ὄντες teitatur, ubi in exemplaria Græca non vulgare mendum irrepuit, loco ὄντες habentia οἴνοις, tametsi apud Pollucem alibi etiam οἰνὸν & οἶνην scriptum inveniam. ” nihilo lominus lego apud Suidam ὄντες ab Jönibus vocari κύβους, id est, uniones : & confirmat Hesychius, apud quem sic lego præter codicis fidem, *οἰνη κυβευτικὸς βόλος ὁ κενὸς γὰρ αὐτούς τῷ εἶξε, οὐ καὶ χῖος.* id est : Oene, tesseræ jactus inanis & senioni contrarius, qui & Chius dicitur : pro quo vulgo legitur, *αὐτίκειμενος τὴν εἶξω αἰχαῖος.* ” Quod verò non tertium

trium jaētus felicissimus fuerit, quod voluit Erasmus, sed ter senum, clarè ostendit Aeschylus in Agamemnone, ubi excubitor conspecta per tenebras face captæ Trojæ indice, eām ter sex jecisse, hoc est, fausta lætaque portendere omnia gaudet: itaque sit ait:

Tὰ δεσποτῶν γὰρ εῦ πεσόντα Θήσομαι,

Τεὶς ἐξ βαλόντης τῆς δέ μοι Φρυγίωεια.

id est,

*Cecidisse res heriles prosperè dabo,*

*Nocturna quando hæc fax mihi ter sex jacit.*

Unioni quoque nomen fuit apud illos κύων, cui canicula respondet voce Latina: præterea & νῦ & χῖ; quò spectat Leonidæ epigramma in Pisistratum:

Tί σοχασώμεθά σὺ Πεισίσερε, χῖον ὄρῶντες.

γλυπτὸν υπὲρ τύμβῳ κείμενον αστερίγαλον.

*Quid commentabor de te Pisistrate, Chium*

*Insculptum tumulo quòd videam astragalum?*

Ex quo loco apparet Chium etiam in talis, non modò in tesseris observari solere. Adde, quòd Eubulus Comicus in Aleonibus, κύκλωπα, ni fallor, dixit ab uno oculo monadi respondente. At senio, ἐξίτης dicebatur, & κῶρος, atque etiam συνωεικός; de quo fluxit parœmia, χῖος πάρεστι, κῶν γὰρ ἐάσω. quomodo Strattis Comicus illud extulit:

Xῖρος παραστᾶς, κῶν γάχις ἐστι λέγειν.

id est:

Hic

*Hic Chius astans, non sinit Coum loqui.*  
 Quo allusit Aristophanes in Ranis, ibi: & χῖος  
 ἀνὰ κῶος. Jam verò Cubi vocabulum (quod  
 etiam ad amphoram, juxta Rhemnium Fan-  
 nium, & quadrantal, à quatuor quadris dictum,  
 extenditur, de quo & Gellius lib. 1. cap. 20.)  
 apud Græcos panem etiam quadratum notat,  
 anetho conditum & oleo, ut Dipnosophistis tra-  
 dit Athenæus: præterea & lumborum concavi-  
 tatem utrinque subsidentem κύστον dici in Syno-  
 nymis à Simmaristo proditum est. Arrianus  
 etiam pro verticulo spinæ cubi vocabulum usur-  
 passe legitur:

*αὐχένος ἐξ ὑπάτοιο κύστοις ἐπιλέπεται οἰξός.*

*Cervicis summa conjungit vertebra spinam.*

In eadem significatione Astragali voce usus est Tryphiodorus, ἐπαυχενίοις δὲ λυθέντες αστρεγγά-  
 λοις ἐάγησαν, collapsos altrinsecus Trojanos per-  
 fractis colli verticulis expirasse scribens. Quin  
 & pro ancipiti eventu κύβος, ut alea Latinis,  
 ponitur: unde proverbiale illud apud Æschylum in 7. ad Thebas, ἐργον δὲ ἐν κύβοις ἀρνε-  
 νεῖ. id est: Mars belli incertus rem judicabit.  
 Non est prætereundum silentio quod apud Men-  
 nodotum, sive ejus metaphrasten Galenum in  
 oratione ad artes parænetica legitur, Mer-  
 curium orationis deum à veteribus plastis pictori-  
 busque κύβῳ insistentem fingi pingue, quod  
 cubica figura sit minimè instabilis; qua ratione  
 cubis

cubis comparavit Socratis rationes Hierocles Alexandrinus philosophus, quod quancunque tandem in partem caderent, stabiles semper καὶ ἀπλῶτες manerent. quodque Plato in Repub. Archytam Tarentinum geometram primum invenisse cubum refert. Solebant autem pro numero punctorum sive cuiuslibet monadis drachmam aut staterem deponere ludendo, præcipue in eo lusus genere, quod πλειστοβολίνδω nuncupabant ab eventu, quod qui plura jaœtu numerasset puncta, appositam argenti summam auferret. Unde in Amipsiæ Comici Pala, vel funda (σφενδόνην inscripsit) τριμυῖαιον apponitur trium minarum precium, in trium cuborum jaœtu, nimirum pro quolibet unionemina. Porrò à punctis tesserarum ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς κύβοις τρημάτων, aleones dicti sunt τρηματίαι, ut in Iliad. 16. annotat Eustathius, quos & σκιρφίτας Amphis Comicus dixit: at pergulae vel tabernæ, ubi tesseris ludebatur, κυβευτήσαι à cubis, & σκιρφίαι à peculiari Athenis ei rei dedicato loco, nominabantur, quas & περσεῖαι dixit Sophocles. Refertur ab Eustath. in Iliad. 6. reslerarii ludi genus διαγραμμισμὸς dictum, quo calculis sexaginta albis pariter & atris, in fritilli alveo ludebatur: ita enim ejus verba interpretor, διὰ τῶν ἐν πλινθίοις Φηφῶν ἔξηκονται, λευκῶν τὲ ἄμμα καὶ μελανῶν. Cujus usus est apud Philemonem, μεθύει, διαγραμμίζει, κυβεύει. Redeamus postlimio

minio ad talos. Ut cubus sex habet casus εξ  
 $\xi\delta\mu\alpha\delta\sigma$  κατ' ἀντίθετον συγκειμένως, ita ut 1ep-  
tenarium cum accessione oppositæ partis: nam  
monadi hexas opposita erat, triadi tetras, &  
dyadi pemptas, quæ in solis cubis senas haben-  
tibus superficies, extant: ita astragalorum qui-  
libet quaternos habet casus, uti diximus; qui  
si in excidendo diversas ostendissent facies, Ve-  
nereus jactus is nominabatur. Porphyrius  
grammaticus annotat Veneris jactum supremum  
habuisse numerum in talis, quippe qui trice-  
narium expleret, quo jactu  $\alpha\rho\chi\pi\sigma\tau\alpha$  fortie-  
bantur, à quo bibendi ordo inciperet: ubi pro  
tricenario legendum esse jūdico ter senarium,  
de quo antè in Senione diximus, & in commen-  
tariis nostris in Horatium. Eustathius Iliad.  
23. talorum casus universos scribit fuisse nu-  
mero λε, id est, trigintaquique (nisi vitiosus  
fuerit codex manuscriptus, quem Bononiæ uten-  
dum mihi impetrarat Comitum Pepolorum,  
principis in ea civitate familiæ, benignitas)  
quorum aliqui à diis, ab Heroibus alii & viris  
illustribus, aut amasiis, nonnulli à fortuitis  
eventis, vel ad honorem & lucrum, vel ad igno-  
miniam dispendiumque facientibus, nomen  
sumpserunt: inter quos Stesichorus octadem  
significabat, quoniam ejus poëtæ tumulus apud  
Himeram Siciliæ oppidum octonis constabat  
angulis. Postea à fracto triginta tyrannorum  
do-

dominatu, quadraginta, qui Reipubl. Atheniensis summam tenuerunt, in gratiam Euripidis poëtæ, qui cum iis vivebat familiariter, exco-gitarunt quendam talorum jactum, quem poëtæ nomine donatum Euripidium dixerat. Erat in talorum lusu felix jactus περιστος dictus quasi pronus, cui σωτηρία, id est, supinus adversabatur, apud Eubulum. „Reensem Hesychius & ἀρχεῖον astragalorum jactum.“ Item αὐγλη à splendore fortunatus jactus erat. In felicium numero censebantur & καλλίβολος, & ἐνδάιμων, & ιερός, & λάμπων, συνωρής, αἴρματίας, κεντρωτὸς, ἐπακονίστης, ἐπίθετος, & quæ alia recenset ex Eubulo Pollux. inter infaultos erant γέας, ἄβολα, μάνης, ἄθελος, πάτραινα. at μίδας εἰ me-diis jactibus erat, nec infelicissimus, nec item fortunatissimus testante Polluce, tametsi Cœlius felicissimum scribat. Addit Euflathius loco supradicto, quod huic loco non est disso-num, quòd κύων, de quo memini, θηλοῖ ἀντανάγεσιν τιὰ φύση, εν χώρεσι γάρ τισι θηλαγεγερμέναις πετευτικῶς, πολλῶν κειμένων φύφων ἀστροῦ ἀνταναιρεῖν, αἱ μὲν χώρει, πόλεις ἐλέγοντο νόμῳ κυβευτικῷ, κύνεις δὲ αἱ ἀλλήλαις ἐπιβλεύσασι φύφοι. Ad talos illud quoque spectat, quòd Diogenes in sua repub. censuit astragalos nomismatis vi-cem obtinere, damnato prorsus pecuniæ usu: quodque Antiochus ille cognomento ἐπιφανῆς, id est, illustris, imo ἐπιμανῆς potius & insanus,

cum

cum Polybio dicendus, promiscuè nullius habita ratione, his talos dorcadum, illis palmæ fructus, aliis aurum elargiretur. Memoratur Lysandri Lacedæmonii dictum non incelebre, viros jurejurando, pueros talis fallendos esse: nam apud Jul: Pollucem, ut id obiter dicam, lib. 6 cap. 32. ὅρκοις legi debet, non ὄκοις. & apud Plutarchum nono segmento problematum, cap. 6. desiderantur hæc verba: πᾶσιδας μὲν ἀστεργάλοις, ὅρκοις δὲ ἀνδρας ξεπατηλέον. legitur & Demetrius ex fuga bis infeliciter suscepta retractus secundò, talis aureis donatus fuisse à Phraarte Persarum rege ad exprobationem puerilis levitatis, quod commemorat ex Trogo Pompejo Justinus. Est & illud observatu dignum, quod Xenophon equis talos tribuit, præter Ariætelis hoc in genere diligentissimi mentem, negantis animalia μῶνυχα, solidam habentia ungulam, talis esse prædicta, excepto Asino Indico, cui & cornu in fronte produxit natura. Hæc habui, quæ de talis ferisque aliis indicta, de myrothecio nostro supplere libuit, rem literariam promovendi studio.

## C A P U T . V.

*De sortiendi rationibus variis.*

**L**ocus Horatii in Odarum primo prælegebatur à me, ubi negat à morte nos regnayini

vini sortituros talis: ibi quum veniret in mentem mihi pluribus in rebus observatam fuisse olim sortiendi rationem, videremque pleraque sortitiones ab eo loco esse alienas, visum est eam cognitionem huc esse rejiciendam, hincque plusculum verborum super ea re esse faciendum, id quod nunc exequi stat animus, si prius Mercurio suum quoddam ἔρματον appendero; nempe quod omnis sortitio Mercurio fuerit attributa, ut in Iliad. septimum annotat Eustath. unde ἔρμος κλῆρος, id est, Mercurii sors quedam dicta fuit apud veteres: ea erat secundum Suidam oleæ folium, quod in urnam conjiciebant, primumque educebant in honorem hujus dei: cuius confuetudinis meminit in Aeolo Euripides. „ Unde Hesychius, chius ἔρμον κλῆρον exponit sortem, quæ prima educebatur.” Sors autem sive signum sortitionis, quod urnæ immittitur, calculus videlicet, aut concha, aut ascia, aut annuli nota, aut etiam cespes vivus juxta Sophoclem, vel simile quid, κλῆρος dicitur, alio nomine πάλαι, ἀπὸ τῆς πάλλαι, à movendo: κλῆρος verò ab eventu, quo educta forte ad muneris alicujus administrationem quis vocatur, à κλῶ, quod est, voco: aut potius ex Herodiani grammatici sententia à καλῶ, id est, lignum, quod lignorum usus fuerit potissimum ad sortes faciendas, in quibus sym-

bolum suum tesseramque incidebant : quomodo Homerus Iliad. 7. ea voce usus est. ibi :

*οι δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἔκαστοι,  
ἐν δὲ ἐβαλον κυνέη.*

*Pro se quisque duces sortem obsignare, cavaque  
Injicere in galeam.*

Ab hac voce descendunt κληρόχοι : ita coloni nominantur apud Græcos , velut sorte naœti loca inhabitanda . sic Isocrates in Panegyr. sic usus est Appianus : βολεῖσκοι δὲ τοῖς πλάισμασι τῶν γειτόνων & καταπλαγέντες ἐσράτευον ἐπὶ ρωμαίοις , ή δὲ ἐπολιόρκευν τὰς αὐτῶν κληρόχους . id est : Volsci nihil perculsi finitimorum cladibus , expeditionem in Romanos movebant , eorumque colonos bello affligeabant . Quibus prælibatis , sortiendi modos subjiciam . 1. Primūm igitur omnium in eo reipub. statu , qui penes populum est , quem δημοκρατίαν nominant , magistratus sorte eligebantur . 2. Deinde judices principio conscribi de curia senatoria , deinceps in urnam sortitò mitti , ut è pluribus necessarius numerus confici posset , consuevit esse autor est Asconius Pædianus : ita ut primò delecti , mox sortirentur : quod ex orationibus Ciceronis sæpe discere est . Ea ratione apud Virgilium :

*Quæstor Minos urnam movet.*

& apud Statium :

*Arbi-*

*Arbiter hos dura versat Gortynius urnas.*

Servius in 6. Aen. negat auditas fuisse causas, nisi per sortem ordinatas. Ordo autem ex forte dierum petebatur, quo post tricesimum diem causas suas exequi poterant. Judicium autem nomina tabellis insculpta, inque urnam jacta, per sortem promebantur. „ Quin & „ Athenis judices è decem numero tribubus „ singuli fortitò per literas ducebantur, ut „ cui & obtigisset, primas in judicando par- „ tes obtineret, cui β, secundas, atque ita „ deinceps: ut annotavit Aristophanis Scho- „ liaстes: quod & in oratoribus observatum „ fuisse scribit idem, ut soli orarent, quo- „ rum fors exisset: sic enim ait, ὅτι γὰρ οἱ „ χόντρες μάρονται τοιούσιοι.” 3. Præterea Con-  
sules, Proconsules, & Prætores provincias fortiebantur: vetabatque lex Curiata provin-  
ciam extra sortem cuipiam cedere, hoc est, ne alter alterius provinciam invaderet, sed  
missis sortibus eas ducerent, præcipiebat. Ci-  
cero in familiar. epist. Appius (inquit) di-  
xit sese, si licitum esset legem Curiatam fer-  
re, sortiturum cum collega esse provinciam.  
4. Insuper ducendis legatis urnam & sortem  
veteri exemplo positas fuisse, ne ambitioni  
aut inimicitii locus foret, contendit Marcel-  
lus apud Corn. Tacitum lib. vicesimo. 5. Ad-  
de quòd brabeutæ forte ducebant eos, qui cur-

riculo certamina obituri forent, ut in Ele-  
ctra testatur Sophocles, ubi ait:

ὅτις αὐτὸς οἱ τελέγυμένοι βερβεῖς  
πλήροις ἐπηλαν καὶ κατέσησαν δίφερος.

6. Luctaturi quoque in circo sortiebantur,  
& forte duæ manus conferebant: unde &  
palæstræ nomen ἀπὸ τῆς πάλλεων, ab urnæ  
motu, juxta Servium. In quo sortitionis ge-  
nere illud observatum legimus apud Lucia-  
num, ut binæ literæ pares eductæ binos  
athletas committerent. 7. Apud Homerum  
Heroës, obsignatis signaculo cujusque sorti-  
bus & in galeam dimissis, sortiuntur, quis  
cum Hectore fit congressurus. Sortiuntur  
item Paris & Menelaus, utri cederent prio-  
res jaculandi vices. „ Et apud Æschylum  
„ duces Argivi ad Thebas portarum statio-  
„ nes sortiuntur. Sic enim nuncius loquitur.

„ Κληρουμένος δὲ ἔλειπον, ὡς πάλω λαχῶν

„ Ἐκαστος αὐτῶν πρὸς σύλλας ἀγοι λόχον.

„ Sortem trahentes jam reliqueram modò,

„ Quas quisque portas obsepiret milite.

„ Apud eundem Eteoclo ductori Argivo ter-  
tia fors obtigit,

„ Τείτος πάλος

„ Εἴξ ὑπτίς πήδησεν ἐυχάλκης κράνους.

„ Sortem tertiam

„ Effuderat resupina cassis ænea.

8. Jam verò & apud Virgilium in quinto du-  
ces

ces in navalib[us] certamine loca sorte legunt.  
 9. Apud eundem in tertio sortiuntur remos,  
 id est, remigandi vices. 10. Miles quoque  
 sortitò excubabat: quapropter in Theodosio  
 laudat illud Latinus Pacatus, quòd ipse ex-  
 cubias cum primis sorte ageret. 11. Anno-  
 tat in diebus genialibus Alexander Neapoliti-  
 tanus, Syracusanis in usu fuisse, ut per lite-  
 rarum elementa sorte legerent, qui in con-  
 cione sententiam suam exponerent: unde ca-  
 villum Dionysii manavit, monarchiam sibi  
 augurantis, quum literam M. esset sortitus.  
 Talis autem sortitio propterea indicta fuiss[ic]  
 videtur, ne contentio quæpiam in ordinatio-  
 ne oriretur, aut ne in gratiam alicujus judi-  
 cium humanum transversum ferretur. 12. Ta-  
 citus lib. 13. refert præfectos quoque, penes  
 quos cura publicarum tabularum esset, sorte  
 duci solere è prætorum numero. 14. Ari-  
 stophanis interpres in Vespis adscribit & il-  
 lud, quod Aegyptii sortitò partirentur, quos  
 quisque agros coleret. 14. Neque silentio  
 prætereundem est, studioſos antiquitus in  
 Museis ludisque literariis sortiri consuevisse,  
 ut bini, quos fortis commisissent, alter alteri  
 eruditas quæstiunculas intentarent: qua de-  
 re lubet Plutarchi ex symposiacô nono, cap.  
 3. verba subjicere: ἔθετο δὲ οὐρανὸν ἐν τοῖς μησείοις  
 κλήρους περιφέρεσται, καὶ τὰς συλλαχόντας αἰλαῆλοις

προτείνειν φιλόλογα γυπτήματα. 15. Super hæc omnia sortitionis usus in symposiis non est incelebris , quando talis astragalisque sorte missis symposiarchen, seu modiperatorem à Nonio Marcello sic nuncupatum , ducebant, qui convivii præses convivales leges præfigebat : quem nos morem observamus moribus veluti per manus traditum pridie ejus diei , quem Epiphania Græca voce indigamus , patriaque lingua , quem fors præsidem dederit , Regem nominamus cum Græcis , qui eundem quoque βασιλέα vocitant. Cujus moris in Tacito fit mentio lib. 13. ubi inquit. Festis Saturno diebus inter alia æqualium ludicra regnum lusu sortientium evenerat ea fors Neroni. & Arrianus in Epicteto his verbis : ἐν σατυρωτίαις λέλουγχε βασιλεὺς , προστάσσει , σὺ πίε , σὺ νέρεστον , σὺ ἀπειλεῖ , σὺ ἔλθε. Apud Laërtium Diogenem lib. 8. symposiarchus tyrannice jubet , πίνειν , ή καταχεῖσται τῆς κεφαλῆς , præcipiens ebibendum esse poculum , aut in caput affundendum. Hactenus ferè de sortiendi generibus perscripsimus : nunc quædam ab hoc argumento non aliena adjicienda sunt , nimirum quòd sortium dæs appellatæ fuerint olim Teniræ à tenendi argumento : quodque aliquando receptum fuerit , sortes capitales foliis inscribi à judicibus , unde εκφυλλοφέρησι condemnatio dicta est. Item quòd te-

testulis in urnam conjectis , si sex millium numerum explerent , reus solum vertere co-  
gebatur , non tam facinoris convictus , quam  
reipub. gravis , ac virtutis nomine odiosus ,  
quod ὄσρεκτος appellabant , ab Hippia ty-  
ranno invectum , ut in lib. de politiis scribit  
**Heraclides** : nam Suidas ex autoritate Theo-  
phraesti , tradit omnium primum Athenis ostra-  
cismo ejectum fuisse Thesea multò ante Hip-  
piæ tempora . Neque illud reticendum est ,  
veteres loco calculatorum judiciorum usos  
fuisse conchulis marinis , quas χολιας voca-  
bant , ut testantur Pollux lib. 8. & Aristoph.  
interpres . ad quarum modum fabricatae fue-  
runt postea æneæ , quas σπονδύλας & Φευκτάς  
nominarunt . Porrò judicum calculi dupli-  
ces fuerant , ut ex Ulpiani annotationibus in  
**Demosthenem** constat , quidam pertusi per-  
forative & nigri , qui condemnabant : alii  
qui absolvebant , albi & integri : illi τετρημέ-  
ναι Ψηφοι καὶ μέλαιναι , & ἀναιρέσται , & τετρυπημέ-  
ναι dicuntur ab autoribus : at hi ἀτρητοι , λευκαι ,  
σώλεσται , ἐλεῖσται , & apud Aeschinem πλήγεις .  
Sitella vero , quæ & urna , Græcis καδίκος ,  
vas erat , in quod immittebantur calculi : cu-  
jus operculum , per quod injiciebantur , κημός  
dicebatur . Duas vero fuisse urnas , priorem  
mortis , posteriorem misericordiæ nuncupa-  
tam , annotatur ab Aristophanis scholiaсте in  
Vespis .

## C A P U T VI.

*Locus ex annotationibus Budæi in Pandectas expensis.*

**B**UDÆUS renascentis Græcæ literaturæ alter quasi Camillus in annotationibus, quas in Pandectas scripsit doctissimas, annotat πιλίδιον apud Demosthenem in oratione περὶ ταραπρεστείας, hoc est, de legatione male obita, significare ἐπιτηδευτὴν κόμην, comam ascititiam. Evidet si à tantæ in re literaria autoritatis viro dissentire fas est, πιλίδιον tiam aut pilei genus ad defendendum æstum & imbræ aliasque aëris injurias comparatum intelligo, præsertim quum Grammatici dicant id esse, quod vulgo καυμελαύχιον ab arcendis foliis fervoribus diceretur φέρετο ελαύνειν τὸ καῦμα, ea enim lectio restituenda est in Suida pro καυμιλαύχιον. in quem usum hodie ferta dicta, è caprarum aut hircorum villis rudioribusque laniis coagmentantur concinnanturque. Facit huc quod nonnulli eam vocem σκιάδιον sive umbellam exponunt. extat apud Aristophanem Telephi πιλίδιον. alioqui & πιλίδιον cum voce diminutiva idem signat Thucydidis scholiaстæ & Suidæ: qua voce & significatione usus est Dion libro 58. de C. Galgula loquens, ἦγε σφίσι πιλίδιος τὸν θετταλικὸν τρόπον

πρόπον ἐν τὰς θέατρας Φορεῖν, ἵνα μὴ τῇ ηλιόσει θάλαιπωρῶνται, ἐπετράπη. id est: Senatoribus concessit fultos è lanis coactis galeros ad spectacula adferre, Thessalico more, ne solis fervore molestarentur. Hephaestion grammaticus annotat, Thessalicos illos galeros insignes fuisse, his verbis: καὶ γὰρ πέλεισσοι ἡσαν οἱ Θεσσαλικοὶ πῖλοι. Thessalici galeri seu petasi, ut præmagni, meminit & Theophrastus libro quarto de plantarum historia, ubi de faba Aegyptia loquitur, quam dicit proferre folia ingentia, ἐν τὰς μεγέθη πίλω θετλαλικῆ ἔοικεν, id est, magnitudine Thessalicum pileum æquantia: ubi notandum venit, quod iste πῖλον vocat, à Dioscoride πέλασον nominari, quum de eadem herba libro secundo in hæc verba scribit: ἔχει δὲ φύλλον μέγα ως πέλασον. id est, folium habet initar petasi magnum. „ quæ verba „ mirari satis nequeo cur Ruellius studiose „ præterierit, nimis anxie, ut videtur, Pli „ nianæ lectionis vestigiis inhærens: lauda „ tus quoque à Matthiolo Senensi sed imme „ rito ac citra laudem in ea parte.” Sopho „ cles in Oedipo Colonæo, ηλιοσερῆ πυνῆν Θεσσα „ λιδα vocat talem galerum, velut galeam Thes „ salicam solem arcētēm. Usum istiusmodi ga „ leri indicat & Callimachus, ubi ait:

Εἴδεος ἀμφὶ δὲ οἱ κεφαλῆ νέον αἰμονίθεν  
Μεμβλωκὸς πίλημος τι πέτρες ἀλκαρ ἔκειτο.

id est:

- „ *Pileus æmonia non pridem allatus obibat*<sup>1</sup>
- „ *Tempora, qui rapidos Phæbi defenderet igneis.*
- „ *πέτρου enim solem ex Anaxagoræ opinione dici hîc puto.* „ *Aristophanes Acharnensibus*
- „ *ex Euripide detorsit.*”
- „ *Κάκενού μοι δός τ' ἀκόλυτα τῶν ράκων*
- „ *Τὸ πιλίδιον τοῦτην κεφαλὴν τὸ μύσιον.* id est:
- „ *Huc adde consentanea pannis vilibus,*
- „ *ἐ Μυσία pileolum, qui caput tegat.*
- „ *Plato reipub. tertio huc allusisse vide-*
- „ *tur, ubi ait; ἐὰν δέ τις ἀνθρώπος μακρὰν διαιτᾷν*
- „ *προστάτῃ πιλίδιᾳ τε τοῦτην κεφαλὴν τελειώθεις,*
- „ *ηγετὰ τούτοις ἐπόμενα.* id est: At si quispiam
- „ *illi victus rationem tenuem in longum tem-*
- „ *pus imperet; capiti imponens pileolos, &*
- „ *consentaneum his vestitum reliquum.*”
- Dionysius Halicarnassæus lib. 2. apices inter-  
pretatur Saliorum gestamina, πίλας υψηλὰς εἰς  
σχῆμα συναγομένας κανοειδὲς. hoc est, pileos ga-  
lerosque præaltos in coni formam fastigiatos,  
quos Græci κυρβάσιας appellant. Talis fuit  
& causiæ usus, ex Eustath. Iliad. 2. κανοία ἡ  
κάλυμμα κεφαλῆς μακεδονικὸν ἐκ πίλας ὡς τιάρα, σκέ-  
πτρος απὸ κανούσων. id est: Causia tegmen erat  
capitis Macedonicum è laniis coactis, ut tiara,  
æstum defendens. quod & in Epigrammati-  
bus lectum est. Neque aliorum accipienda  
sunt Demosthenis verba, quæ Budæus ad-  
ducit,

ducit, quibus Aeschinis mollities perstringitur: Tu, inquit, in meditandis infelicibus verbulis & exercendis lateribus ocium consumens securus esse de reddenda tantorum criminum ratione putas, si vel imposito capiti galero obambules, mihi que convicia facias: καν̄ τιλίδιον λαβών ἐπ̄ τὴν κεφαλὴν περιοσῆς, καὶ ἐμοὶ λοιδορῶ.

## C A P U T VII.

*Locus obscurus apud Ciceronem in oratione pro Roscio explicatus.*

**N**escio quomodo mihi placuerit semper impensis vetus illud proverbium ab omnibus decantatum, Difficilia quæ pulchra: ita semper adversus ardua, quæque plusculum difficultatis primore fronte obtenderent, enitendum mihi esse duxi: itaque quum apud Ciceronem in oratione pro Sex. Roscio Amerino inter legendum occurrisset dignus vindice nodus, quem nemo haetenus, quod e- quidem sciam, explicare adnixus est, invenisse me ratus sum quod quærebam. Saxo- nius, cuius præ cæteris eruditus in eam ora- tionem extat commentarius, ad ejus loci al- legoriam, aut ænigma potius perfecte intel- ligendum, Delio natatore putat esse opus. Neque Sylvius aut Latomus momenti quic- quam ad loci explicationem adferunt. Accin-

gar

gar igitur ego , & quoad ejus fieri potest, senticetum difficultatis omne tollam : quod si in re obscurissima fallar opinione, conatus tamen in parte laudis ponetur. Ciceronis verba sunt : *Tē pugna Cannensis accusatorem sat bonum facit : multos cæsos non ad Thrasimenum lacum, sed ad Servilium vidimus : quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio ? Incessit hīc Erucium notæ improbitatis accusatorem, qui Syllanæ proscriptionis tempore in calamitoso reipub. statu, occasionem bene gerendæ rei naētus, clarum accusatoris nomen acquisierit.* Vocat ergò hic allegoricè Cannensem pugnam Syllanam proscriptionem : quod ita esse, perspicuum fit ex Arnobio Lactantii illius magni præceptore, cuius ex lib. quinto adversum gentes verba hoc adscribenda sunt. Nunquid, inquit, bellum Iliacum in Socraticam verti condemnationem potest? aut pugna illa Cannensis proscriptio fieri crudelitasque Syllana? Potest quidem proscriptio (quemadmodum Tullius ludit) pugna dici & appellari Cannensis, sed quæ gesta est dudum pugna, esse non potest, eademque proscriptio &c. Vides clare Cannensis pugnæ appellatione venire & intelligi proscriptionem Syllanam. Sed quæ sequuntur plus habent difficultatis. Multos cæsos non ad Thrasimenum lacum, sed ad Ser-

Servilium. Correctio est , de lacu autem Thrasimeno in agro Perusino notum est , perisse illic cæsa ingenti clade unà cum Flaminio Cos. vicena Romanorum millia præter captivorum non parcum numerum. Lacum verò Servilium , quem Sylvius negat se legisse ubi sit , Sex. Pompejus Romæ ab auctore nominatum refert in principio vici Jugarii , basilicæ Juliæ continentem , ubi Hydræ effigies extiterint à M. Agrippa positæ : quod forum hoc nomine fuisse asserit antiquitatis omnis scientissimus Morillonus. Certè Ciceron illic Servilium lacum appellat tribunal C. Servili Glauciæ , longè post homines natos improbissimi , optimorum quorunque civium & senatorum sanguine madens atque restagnans. de quo intellexit & Julius Firmicus libro primo matheſeon , ubi ait : Vis ne aliquid tibi , quia in Syllanis temporibus immoramus , de lacu Servilio referam? in quo multorum senatorum capita ad ostentationem immanissimi facinoris sectis cervicibus pependerunt. Et Seneca lib. de divina providentia: Videant largum in foro sanguinem , & supra Servilianum lacum ( id enim proscriptionis Ipoliarium est ) senatorum capita. Quod ut dilucidum fiat & probabile , repetenda est altius paulò historia. Constat enim ob factiones Syllanam & Marianam , sine jure quum esset

efset & sine ulla dignitate respub. C. Serviliū Glauciam cum Saturnino Apulejo gladiis cædibusque omnia commiscuisse, & ad libidinem Saturnini in cunctos mortales seditionissimis suis conatibus obſistentes grassatum fuisse, tandem à Mario in sexto consulatu occisum: quod autorum testimonia confirmant. primum nanque Vellejus Paterculus rem omnem satis enodat, ubi de C. Mario loquitur: Non tamen, inquit, hujus consulatus fraudetur gloria, quo Servilii Glauciæ Saturninique Apuleii furorem continuatis honoribus rempub. lacerantium, & gladiis quoque ac cæde comitia discutientium, Cos. armis compescuit, hominesque exitiabiles in Hostilia Curia morte multavit. Ex Valerio quoque Maximo lib. 3. cap. 2. liquet Servilium Glauciam maximos seditionum motus excitasse, prætoremque ipsum à Mario jam tum sene oppressum fuisse. Plin. lib. de viris illustr. describit Servilium istum seditionissimum L. Saturnini satellitem, ab eoque prætorem creatum. quod & L. Florus lib. epitomes tertio cap. 16. commemorat, in uno tamen falsus, quod Consulem eum faciat, quum constet ex Cicerone lib. de claris oratoribus, ad eam dignitatem non emersisse: quanquam non negat eum in prætura consulem potuisse evadere, si rationem ejus haberi licere judicatum fuisset:

fuisset: ita enim ait; Is ex summis & fortunæ & vitæ fordibus in prætura Cos. factus esset, si rationem ejus haberi licere judicatum esset: nam & plebem tenebat, & equestrem ordinem beneficio legis devinxerat. Is prætor eodem die, quo Saturninus Trib. pl. Mario & Flacco Cos. publicè est imperfectus, homo simillimus Hyperboli Atheniensis, cuius improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notaverunt. Hunc Servilium ob vitæ turpitudinem & spurcitiam senatoria dignitate summovere conatus fuit Q. Cæcilius Metellus, teste Appiano lib. i. bell. civil. cui ille tantum non aqua & igni interdicendum statuit & proscribendum. De hujus ergo Servilii Glauciæ cædibus loqui Ciceronem, hinc manifestum fieri potest. Quod sequitur de ferro Phrygio, non est quod Romanum gladium cum Sylvio exponamus, quod à Phrygibus originem ducant Romani: sed argutius festivisque ferrum Phrygium putandus est vocare servilis generis arma in rem publ. expedita: quippe quum Phryges ignominiose ut servi nominentur juxta parœmiam, Phryx plagis emendatur: quando & Servilii nomen inde non abludit, & apparet ex verbis Ciceronis modo citatis, è summis & fortunæ & vitæ fordibus emersisse: quibus designari puto & servilem hominis conditionem, & contaminatam

tam libidinibus , vel saltem egestate insigni affectam vitam. Hæc habui ; quibus lucem dare loco per se admodum obscuro me posse speravi. Porro Saturninum , cuius memini- mus , ut turbatorem plebis , nominatim me- morat Corn. Tacitus lib. annalium tertio.

## C A P U T VIII.

*Locus ex Martiale pristino nitori redditus.*

**E**pigramma est elegans apud Martialem lib. epigr. i. quo notat insignem avari- tam & fordes Nævoli cujusdam , qui cum ar- cam haberet innumeris synthesibus differtam, nihil tamen in tenuioris fortunæ amiculos ero- garet, passurus eas à tineis exedi citius, quam earum usu commodaret quicquam , aut suc- curreret egestati amicorum. Hujus epigram- matis postremus versus ita ut in vulgatis co- dicibus legitur , venere omni & sale carere mihi videtur. Is talis est :

*Non metnas mortem Nævole , sed tineas.*

At si manuscripti codicis lectionem sequa- mur, quo vetustissimo emaculatissimoque ab amico quodam Anglo donatus olim fui , for- debit prior & vulgatior lectio statim , & po- sterior expeditior erit & argutior longe , ac festivo Martialis ingenio dignior , quæ talis est :

*Quod rennis , non te Nævole , sed tineas.*

Nam

Nam quum Nævolus iste , ut dixi , infinitis abundaret vestium generibus , atque æquis oculis amicos spectaret pannosos , nihil interim largiens : ah miser , inquit , quantulum tandem foret , si detraheres , non tibi , id quod facere recusas , sed tineis duos pannos : nam multiplex synthesis pascendis modò tineis asservabatur à Nævolo , ut pote qua ipse non fruenteretur. Culpandus igitur jure summo , qui renuebat fraudare non seipsum , sed tineas , binis pannis , quos potius quam amico utendos largiretur , arcæ inclusos à tineis corrumphi atque erodi sineret. Proinde sic ait , & per quam lepidè :

*Quantum erat , infelix , pannis fraudare duobus ,  
Quod renuis , non te Nævole , sed tineas.*

Usque adeo iste Nævolus ad  $\chi\mu\sigma\tau\pi\omega$  , quam  $\chi\rho\eta\sigma\tau\pi\omega$  , amicus esse maluit , Simonidem aliquatenus exprimens , qui in extremo senio cur ad rem esset attentior , interrogatus , si Stobæo credimus , respondit , malle se inimicos à morte ditare , quam vivum egentem amicorum fidem experiri. Quod dictum hoc seculo multi mordicus tenent. In eodem epigrammate , ut & illud obiter dicatur , tertius quoque versus paulò aliter in manuscripto legitur : impressi enim codices ita habent ,

*Sic tua suppositis perlucent præla lacernis.*

*At meus,*

H

*Sic.*

*Sic tua compositis collucent prata lacernis,  
Ubi tamen præla magis probem : nisi si dica-  
mus , in pratis illum interdum explicare solere  
vestes infolandas , quemadmodum nos lineas  
consuevimus.*

## CAPUT IX.

*Locus in Epigrammatibus Græcis emendatus.*

**I**Mmiscere juvat subinde Latinis Græca: ita-  
que è collectaneis Epigrammatum, libro pri-  
mo , titulo ἐις εὐχὴν , subjiciam hīc unum, in  
quo vitium est non leve , interpreti Opsopœo  
ignoratum , quod tamen facile sanari queat.  
Epigramma Philippo tribuitur , è senariis con-  
stans , estque tale :

ὅτ' ἐκ ζαΐτων λίθου , ἐκ ζαΐς νότων  
συνεζοφάθη πόνι , ἐκ δὲ νειάτων  
μυχῶν Βυθῖτις Φάρμυρος ἐξηρεύγετο ,  
ἴσης δὲ πόνι τοισθεν ἐις ἄλλα πόνισας .  
Φορίς δὲ σύρεται ἐις αἰδηλαν πλανώμενος ,  
ἀρωγὸν αὐτῷ διάμονας Δυσίερατος  
ἐλιπάρησεν , οἱ δὲ τῷ νεκρῷ  
μένων θάλασσαν ἀγείαν ἐκοίμισαν .

Ubi in sexto versu pro ἀρωγὸν αὐτῷ , quod Op-  
sopœus ad navim referens exponit , auxiliato-  
rem ipsi , scilicet navi , legendum est ἀρωγο-  
ναύτας unicadictione , epitheton Dioscurorum  
& Pollucis , velut deorum tutelarium & opem  
ferentium in discrimine nautis , quemadmo-  
dum

dum ex Statio in tertio Sylvarum, Theocrito in Idyllo Dioscuris nuncupato, & Horatio in Odarum primo liquet. Itaque hic autor dicit Lysistratum in summo versantem periculo confugisse ad vota, & Geminorum præsentem opem implorasse, eamque precibus impetrasse. est ergo ridicula Opsopœi expositio, & locus ita interpolandus, ut à me factum est. Sed quid moror carmen carmine reddere?

*Stridens procellis Africus caligine  
Involverat densa mare, & furens notus,  
Volvebat æstus imo arenas è sinu:  
Rugosa præceps carbasa in mare abierant,  
Manesque ad imos jam ferebatur ratis,  
Nautarum opiferos quum Lysistratus deos  
Supplex precatur, qui mare insanum nimis  
Stravere, naucleri unius victi prece.*

## C A P U T . X.

*Locus ex Ciceronis libro de repub. 6. & simul ex Nonio Marcello integræ lectioni restitutus. Item de sympinio, sympuvio, & sympulo nonnulla. Inibi quid Samium, Capedo, & Culullus.*

**V**eteres in sacrī suis fictili vase neutiquam operoso, quo libabant, usi fuere: quod trifariam efferri invenio: nam & sympullum, & Sympuvium, & Sympinium diversimodè apud autores veteres lego, ut mirum sit cur

Bayfius magnæ proculdubio eruditionis vir, sympinium planè rejiciat, contra lecturam doctissimorum etiam virorum, quod ait, à quibus nusquam probari posse hanc lectionem contendit. Ego verò, bona ejus viri pace, apud Ciceronem & Arnobium sympina dici ostendam. Locus est Ciceronis in sexto de repub. monstrose depravatus, etiam apud Nonium Marcellum, in quo clarè sympina, ex vetusti codicis ejusque emaculatissimi fide, legendum est. Sed adscribam primò lectionem vulgatam, ut corrupta est, omnem ex Nonio Marcello. Samium, inquit, est testa. Lucillius satyr. lib. 14. Et non pauper me uti samio certoque catino. Mar. Tullius lib. 6. de rep. Læli quam omnes habemus in manibus, quam si imperia pontificum diis immortalibus grata sine samio, quæ ut his scribit, capedines. Quisquis es diligens lector & æquus, observa lectionis discrimen, & in utriusque autoris codice hucus prorsus Chironium sana, ex ea quam subjiciam lectura ita scripturus: Samium est & testeum. Lucillius satyr. lib. 13.

*Et non pauper uti Samio curtoque catino.*

M. Tull. lib. 6. de rep. Extat oratio Lælii, quam omnes habemus in manibus, quam sympina pontificum diis immortalibus grata sint, Samiæque, ut is scribit, capedines. Quid hac sententia dilucidius? quid illa prodigiosius?

in

in qua sympini aut sympinii voce appositissimè  
esse usum Ciceronem vides. Arnobius quoque  
lib. adversus gentes quarto : Piaculis , inquit,  
dicitur contracta esse commissio , si per im-  
prudentiæ lapsum aut in verbo quispiam , aut  
sympinio deerrarit. Et iterum lib. 7. Date  
quæso diis immortalibus bibant , scyphos , brias ,  
pateras , sympiniaque depromite.

Quæ verò est ista ratio , ne dicam stultitia ,  
negare sympinium etymi sui originem à com-  
bibendi argumento , ἀδέξ τὸ συμπίνειν , trahere ,  
quum sympinium aut sympullum admittas per  
y literam Latinis auribus aviam (ut Terentiani  
Mauri verbo utar) scriptum ? Quænam est ista  
præpostera sapientia , iteratis editionibus ita  
ludere , nihilque certi adferre , quo destruas  
quod probabilius tuo videatur ? Nam ut de  
Cicerone taceam , certum est Arnobium in  
iis , quos adversus gentes scripsit , octo libris  
omnigena eruditione refertis , retexisse abdita  
sacrorum gentilium mysteria , eamque solenni-  
bus ipsorum vocibus expressissime , itaque recep-  
tum verbum non fuisse corrupturum , si aliter  
se habuisset : qua in re subscriptent mihi omnes ,  
quotquot emunctioris esse naris in autoribus le-  
gendis decet . Venio ad Sympuvium , si non  
potius Sympinium scribendum est , cuius usus  
est apud Juvenalem sat . 6. Aut quis

*Sympuvium ridere Nume priscumque catinum.*

Ubi pro priscum codices nonnulli nigrum legunt. Nonius Marcellus sympuvium vas dicit esse ligneum : diversum ergo à fictili. Utitur & Varro : Non vides , inquit , ipsos deos , si quando volunt gustare vinum , deripere ad hominum fana , & tamen tum ipsi illi libero sympuvio vinitari ? Idem lib 1. de vita populi Rom. Item erant vasa vinaria , sini (ita manuscriptum exemplar habet , loco sicut , quod in Nonio legitur , cuius vocis usus etiam alibi extat) cymbia , aquilinæ , pateræ , gutti , sextarii , sympuvium. Et Gelenius vir extra controversiam doctissimus , apud Plinium lib. 35. cap. 12. sympuviis legit ex antiquorum codicum fide , ubi sic loquitur Plinius : In sacris quidem etiam inter hæc opes non murrhinis crystallinisque , sed fictilibus prolibatur sympullis. Jam verò Simpulum à simplicitate operis fortasse dictum , sive sympullum , ut legit Bayfius , apud Festum legitur , ita describentem : Simpulum vas parvum non dissimile cyatho , quo vinum in sacrificiis libabatur. Apulejus quoque utitur : In hodiernum , inquiens , populus Rom. diis immortalibus simpulo & catino fictili sacrificat. Hermolaus Barbarus citat etiam Varronis exemplum , Deos ipsos vili simpulo invitari : detortum fortassis ex iis quæ paulò antè adduxi verbis ejusdem autoris , libero sympuvio vinitari. Hæc ferè de tribus vocibus ,

unum

unum tamen idemque significantibus, annotare inter disceptantes grammaticos visum est. Porro superiorem M. Ciceronis ex 6. de repub. sententiam expressit non semel, sed variato dictionis colore, idem autor, quæ loca lubebit in medium adducere, ut lectionem illam nostram confirmet, ne judiciorum morositas temeritatis crimen in nos distringere queat. ac primum ex tertio de natura deorum exemplum proferam, ubi sic ait: Docebo meliora me dicuisse de colendis diis immortalibus, jure pontificio & more majorum, capedunculis quas Numa nobis reliquit, de quibus in illa aureola oratiuncula dicit Lælius, quam rationibus Stoicorum. Rursus in libeilo, quem Græco titulo præter morem suum παρέδοξα inscrisit ad Brutum cap. 1. Quid Numa Pompilius, minus ne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quam delicatas aliorum pateras arbitramur? quo loco Deliacas cum Bayfio legero potius, quam filicatas cum Camerario. Eodem respexisse & Q. Septimium Tertullianum in apologetico adversus gentes putarim, cap. 25. quando sic dicit: Nam etsi à Numa concepta est curiositas superstitionis, nondum tamen aut simulacris aut templis res divina apud Romanos constabat, frugi religio, & pauperes ritus, & nulla Capitolia certantia cœlo, sed temeraria de cespite altaria, &

vasa adhuc Samia, & nidor ex illis. Iste vasa Samia vocat, quæ Lælius Samias capedines: ac Samia quidem in genere dicuntur figlina, à luto ejus insulæ fictilibus convenientissimo. Unde apud Ausonium legitur Agathocles rex abacum onerasse Samio luto, fictiles lances intelligi quum vellet. Et Galli Matris deûm sacerdotes samia testa virilitatem amputabant, ut ait libro trigesimoquinto Plinius. Capedines verò à capacitate fortassis, nisi à capiendo mavis, quòd essent ansatæ, atque ita facile prehendi possent, ut & capidula usitato veteribus vocabulo vinarium vas ansatum legitur: atque hæ etiam erant fictiles, cujusmodi vasa οὐλικας appellat Athenæus, aut οὐλικæ, quos idem figulina vasa exponit, τὸ τούλιεσθαι τῷ τρόχῳ, quòd rotæ circumactu fingerentur. Notandus ergò oscitantiæ Morisotus, qui inconvertendis in Græcam linguam Paradoxis, exemplo Gazæ & Maximi Planudæ, multum operæ posuisse vult videri, quòd capedines reddiderit εὐγυχωεῖας, qua voce significantur latifundia, & ampla spaciofaque loca: procul extrâ sententiam Ciceronis. Adeò non est proclive Latina in Græcam coloniam adoptare cuivis, aut è diverso, ut neque cujuslibet Corinthum navigare. Xystus Betulejus hoc pervidit, admonens πλημοχόν substitui posse ex Athenæi & Pollucis lib. 10. cap. 20. descriptio-

ne,

ne, propterea quod ejus in mysteriis solennis erat usus. Huc pertinet quod Maurusius Juba scriptum reliquit, ad Macedonum usque dominatus tempora vasis fictilibus Samiisque usos fuisse veteres, quod in Athenaei dipnosoph. sexto lectum est. Addendum est & illud corollarii loco, cululos fictiles fuisse calices, in sacris pontificum ac Vestalium virginum adhiberi solitos.

## C A P U T. XI.

*De supplicandi modis varie apud diversas gentes observatis.*

**R**itus præcipuus & irrefragabilis supplicandi apud Persas habebatur, si supplex sumpto igne flumen ingressus, minatus fuisset, se ignem aquæ immisurum, nisi voti fieret compos, ut refert Plutarchus in commentario de primo frigido. hoc eò spectat, quod apud eos sacro sancto in honore ignis habebatur. Scribit enim lib. 3. Q. Curtius, ignem, quem Persæ sacrum & æternum vocabant, argenteis altaribus præferri consueisse ante Persicum agmen, de quo & Agathius lib. 2. hist. & Procopius lib. 2. belli Persici, & Ammianus Marcellinus lib. 23. ignem cœlitus lapsum apud Persas sempiternis foculis custodiri narrat, cuius portionem exiguum, ut faustum, præfisse quondam Asiaticis regibus, ex aliorum fide com-

H 5 me-

memorat. Apud Assyrios supplicans incurvatis membris humum penè vultu contingebat, manibus post tergum rejectis connexisque, uti scribit lib. 18. Ammianus idem. Apud Scythes maximum supplicandi genus habebatur, si quis extenso humi corio bubulo, rejectis in dorsum manibus, desidēret, teste Suida. Apud Iudeos, supplex manum subjiciebat femori ejus cui supplicabat. Apud Græcos oleaginas virginas ore manuque præferebant supplices, lana candida circundatas: unde ἀληέσιοι κλάδοι apud Æschylum supplices rami, & ἵκετηνίαν olivæ ramum à supplicando Græci nominant, quem εἰρεσιώνην cæteri. Itud non fugit Virgilium, ubi ait:

*Jamque oratores aderant ex urbe Latina,  
Velati ramis oleæ, veniamque rogantes.*

Hinc est quod Valerius Flaccus & Papinius supplicem olivam appellant, quippe per quam Lutatius pacem supplicando fieri dicit. Æneas item apud Virgil. lib. 8. supplex Euandro vitta comptos prætendere ramos legitur. Ita Plautus velatas manus dixisse videtur, ramis oleaginis inumbratas, ceu velamento quopiam, ubi inquit: Postridie in castra ex urbe ad nos veniunt flentes principes, Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum. Nisi intelligamus manus velatas, quæ obtenderent atque sponderent fidem, cui manu ad digitos usque

usque involuta & intecta divina res fiebat: quod Livius, Horatius, & Servius innunt. Ita Livius prodidit Locrenses obtendisse ramos oleaginos supplicum velamenta, lib. 5. quartæ decadis: cum sordida, inquit, ueste tenentes velamenta supplicum. Apud Lucanum idem faciunt & Matilienses oblessa urbe, ubi ait:

*Orant Lecropia prælata fronde Minerva.*

Legati quoque Rhodiorum deprecati peccatum, ramos oleæ supplices jactantes procidisse leguntur, Livianæ decadis quintæ lib. 5. Commentarii Euripidis id fieri quoque lauri foliis annotant in Orestem: unde ἀφυλλον σόμα Euripi in Oreste. Jam verò & Macedones ἔχεται τοις tunica, quam subuculam dicimus, sola induiti, supplicasse leguntur. Antiquæ Græciæ in supplicando mentum ejus, quem deprecabantur, attingere mos erat: unde objicit Hecuba Ulyssi ut inexorabili & duro, quod vultum averterat, ὡς μὴ προσθίγειν γένεται, ne mentum ejus mulcere contactu posset, reflexo capite, ut ne supplicem admittere cogatur. Apud Homerum, & mentum & dextram & genua contingunt supplices: ac mentum quidem ut annueret, aut pro deprecante intercederet, si quid faciendum foret ex usu: dextram verò, ut faceret: genua verò, ut ne cessaret, sed pergeret. Hecuba Euripidis etiam illud Ulyssi prætracto objicit, quod dextram occulat.

occuluerat, præcisa spe veniae omnis. De genibus quod ea supplices atrectabant, multat fit apud autores utriusque linguae mentio: certè misericordiae sedem in genibus consecratam fuisse à vetustate memorat Servius. quod disertissimè his verbis extulit lib. 11. cap. 45. Plinius: Hominis, inquit, genibus inest & quædam religio, observatione gentium: hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant, fortassis quia inest iis vitalitas, quippe quorum inanitate perfossa, ceu jugulo, spiritus fugiat. Priamus Iliad. ultimo jubetur à Mercurio itineris duce, Hectoris corpus redempturus, advolvi supplex ad Achillis genua:

*γένων αὐφάμενοι λιπανεύσομεν, ἀκέ έλεήσῃ.*  
Idem alibi Iliad. 6. *λαβὼν είλέσσετο γένων.*

Sic & Virgilius:

*Et genua amplexus, genibusque volutans.*

Et iterum:

*Et genua amplectens effatur talia supplex.*  
Sic apud Tryphiodorum Sinon periurus ikes-  
tous ταλαμῆσιν ἥψατο γένων, Priamo advolu-  
tus. Similiter apud Euripidem Orestes sup-  
plex Menelai genua contingit, τῶν σῶν γονάτων,  
inquiens, πρωτόλεια θιγγάνω. Synesius: πρηνῆς  
καὶ γονυπετῆς ικέτης γενόμενος: Pronus atque in  
genua procidens supplex factus. Livius lib. 5.  
quartæ decadis, ubi de Perseo agit: Sum-  
mit-

mittentemque se ad pedes sustulit , nec attin-  
gere genua passus. Claudio de raptu Pro-  
serp. Genibusque suas cum supplice fletu Ad-  
movere manus. Apud Q. Curtium mater &  
conjunx Darii provolutæ ad pedes Alexandri,  
orant, ut liceat sibi patrio ritu sepelire Dárium,  
quem rebantur in acie cecidisse. Huc spectat  
quod Homerus Iliad. nono , Litas deas suppli-  
ces fingit esse claudas , eò quod γονυκλινεῖς , id  
est , flexis genibus supplicant qui priores offen-  
derint. Prometheus apud Aeschylum vincitus  
negat se supinas muliebri ritu manus ad Jovem  
extensurum , supplicum more , γυναικομίμοις  
στριασμασι χερῶν . Fuit & iste mos supplicum ,  
quod Lucilius Tarrhæus refert , ut in foco se-  
dentes verbum nullum facerent , silentio ani-  
mi demissionem contestati : id quod canit Ar-  
gonaut. 4. Apollonius :

τῷ δὲ ἀνεῳ καὶ ἄναυδοι ἐφ' ἐσίη ἀπέξαντεις ,  
ἰχανον , οἵτε δίκη λυγροῖς ικέτησι τέτυχαν . id est :  
At tacitus mutusque focus consedit interque ,  
Supplicibus quæ lex impendet dura misellis.

Istud mutuatus ab Homero , apud quem in  
Odysseæ 7. Ulysses advena in Alcinoi ædibus ,  
κατὰ δὲ ἔζετον ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν κονιησι . hoc est , humi  
in lare sedet. Apud Plutarchum Themistocles  
rebus accisis , & jam conclamatis , ad Molosso-  
rum regem Admetum fugiens , novo quodam  
modo , cum regio juvenc , πι τὴν ἐσίαν καθίσας ,  
ad

ad larem consedisse legitur, quod sanctissimum & irrefragabile supplicii genus apud eam gentem habebatur. Scribit Parthenius de Neæra Hypsicreontis Milesii conjugé, quod ixéτις οροσκαθίζετο ἐπὶ τῆς ἐσιας τῆς ἐν τῷ ὑπωνομώ, quod supplex in foculo Prytanæi desederit. quod interpres male convertit in hanc faciem: Invenit sedentem in templo Vesta in Prytanæo, ignarus, ut arbitror, istius moris. Ha nanque fœmina, quoniam mariti thorum violarat sibi metuens confugit ad Naxios, & supplex in foco consedit, veluti asylo certissimo & inviolabili: neque maritus dei in se iram provocare fuit ausus, vi allata illam deripiendo. Huc faciunt verba Cicer. in oratione pro domo sua: **Nihil sanctius, nihil omni religione munitius,** quam domus uniuscujusquam civium: hic aræ sunt, hic foci, hic dii penates, hic sacræ religionis ceremoniæ continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, ut inde arripi neminem fas sit.

## C A P U T XII.

*De Zytho & Cervisia, quid differant, quibusque nominibus olim appellabantur.*

**N**emo est vel mediocriter literis tinctus, cui dubium sit priscis hominibus usurpatam fuisse vini factitii, sive conficiendi è frugibus potus rationem, iis præsertim regionibus,

bus, quæ ob soli vitium vineas non producunt: cuius inventionem Libero patri ascribit Diodorus in fine lib. 4. ubi ita ait: Dionysius eos quorum regio à vinearum usu aliena esset, potum hordeaceum confidere docuit, paulò deteriorem vini suavitatem. Sic idem lib. 6. à Gallis potum ex hordeo parari scribit ob vitium inopiam, quem zythum appellant. Sed hoc in genere varia lego usitata fuisse nomina: nam Zythum dixisse Ægyptum invenio, Celiā & Ceriam Hispanos, Cervisiam Gallos, Sabajam Illyrios, Parabiam Pæonas, Curmi barbaros nescio quos, & Aliam Anglos, detorta non nihil voce (ut equidem existimo) Danica, qua Oela appellatur: ea nanque gens olim Angliam immigravit: nam ab alica appellationem derivare cum Ruellio, initia est. De quibus ita loquitur Plinius lib. 14. cap. 22. Est, inquit, & occidentis populis sua ebrietas, fruge madda, pluribus modis per Gallias Hispaniasque, nominibus aliis, sed ratione eadem. Hispaniae jam & vetustatem ferre ea genera docuerunt. Ægyptus quoque è fruge sibi potus similes excogitavit. Idem autor lib. 22. cap. ultimo, è frugibus fieri potus commemorat, in Ægypto Zythum, Celiā & Ceriam in Hispania, Cervisiam & plura genera in Gallia aliisque provinciis. His omnibus, tametsi diversa videantur nominum tenus, vis tamen inebriandi com-

munis est. ita Leontius apud Constantinum in Geoponicis lib. 6. inter cætera poculenta , qui būs inebriandi vis insit , refert barbaricum potum è tritico & hordeo : item ex avena & olyris. Confirmat istud & Dioscorides , qui quum de Zytho & Curmi loquens , cerebrum ista tentare & capitis dolores excitare dicit , vim sine dubio inebriandi illis assignat. Huc accedit & Dion Academicus , scribens excogitatam primum apud Ægyptios fuisse rationem qua inopes vini indigi , hordeaceo potu sese explerent , quo ita exhilarascerent , ut in cantiones & tripludia solverentur omnes. Virgilius in tertio georgicō de cervisia (quod & Servius agnoscit) sentiens , hilaritatem conciliare vini modo canit , ubi de septentrionalibus populis loquitur :

*Hic (inquit) noctem ludo ducunt , & pocula lati  
Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis.*

Aristoteles in libello de ebrietate scribit , vini potu inebriatos in faciem pronos deferri : at qui hordeaceum hauserint affatim , resupinare capita: quòd merum capitis gravedinem conciliet , at vinum ex hordeo factitium , καρπωτὸν sit , & profundo sopore hominem obruat. Supinos autem sterni eo potu temulentos , his verbis ostendit : μόνοι δὲ τῷ πίνῳ μεθυσθέντες , εἰς τεπίσωνται σπλιοι κλίνονται. id est : soli illi qui cervisia inebriantur , in dorsum & supini cubant. Quibus testimoniis clarum fit , hordeaceo potui vim

vim inebriandi assignare omnes , quam in Cervisia nostra agnoscimus quoque : de qua sensit Corn. Tacitus in libello de moribus Germanorum , quum ait : Potui est humor ex hordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptus. Constat autem hac aetate cervisiam fieri ex hordeo , quod prius mandescit , deinde torretur resiccaturque (Būvū appellat Aëtius medicus , maltam nostrates) addita tritici farina , adjectis & lupi salictarii floribus , cum fece cervisiæ , quæ fermenti vicem obtinet. Quem conficiendi modum videtur & Isidorus propémódum agnovisse , ubi ita scribit : Est , inquiens , potio ex succo tritici per artem confecta : suscitatur enim igne vis illa germinis madefactæ frugis , ac deinde siccatur , & post in farinam redacta molli succo admiscetur , quo fermentatio sapor austritatis & calor ebrietatis adjicitur , quæ fit in iis partibus Hispaniæ , cuius ferax vini locus non est. Hactenus ille. Sed operæ precium est , & locus id postulat , annotare discrimen , quo à Cervisia nostri seculi Zythum veterum dispare volunt recentiores , eo præsertim nomine , quod Aëtius Zythum pravi succi dicat esse , quippe è putrilagine factum : quod ex Galeno lib. 6. de simplicium facultat. transtulit , ubi is addit , etiam flatulentum esse Zythum , partimque acrem

esse & calidum , partim frigidum aqueum & acidum. Néque silentio præteriit hoc & Paul. Ægineta , qui illi acrimoniam ex putredine attribuit , & frigiditatem ratione acidæ qualitatis : quum è diverso Cervisiæ salubritatem adscribant sanioris judicii homines , inter quos Manardus medicus insignis , septentrionalibus nationibus vix alio quam cervisiæ potu utensibus , & formam & salubritatem & roboris præstantiam ex cervisia ferè contingere autumat. Differentiam verò hanc esse volunt , quod Zythum ex hordeo computrescente atque acescente fiat : at Cervisia ex eodem , sed post macerationem tosto atque arefacto , ac proinde etiam putredinis omnis experte. Mirum tamen mihi videtur , quod conficiendi Zythi ratio à veteribus clare non sit prodita : nam Dioscorides simpliciter ex hordeo fieri scribit. Suidas non aliter interpretatur , solummodo exponens zython , vinum ex hordeo factitium. Et Galenus in commentario in lib. de morbis acutis , sive de ptisana (quomodo à Cælio Aureliano & Athenæo inscribitur) reprehendens Hippocratem , quod prætermisisset parandi cremoris hordei modum , duas enumerat obiter conficiendi ejus rationes ; sed non explicat , cūjus verba hæc sunt : Satius fuerat docere quem in modum apparandum esset hordeum , simplici-

pliciterne madefieri oporteret , an ex eo zythum hujus temporis conficere &c. Aequè clarè explicuit hoc , non tamen ex professio, Diodorus Siculus de Baccho zythi inventore loquens : εὐρεῖν δὲ καὶ τὸ ἐκ τῆς κερθῆς καλασκευαζόμενον πόμα , τὸ καλάσμενον ζύθον . id est : Invenisse illum perhibent & potum ex hordeo confectionem , quem zythum appellant. Meminit & Strabo lib. 17. zythi , apud quem tamen perperam scribitur per κζήθον , ubi ait : τὸ δὲ ζύθον idίως μὲν σκευάζεται παρὰ ἐκείνοις , καὶ παρὰ ἐκείνοις δὲ οἱ σκευασταὶ διάφοροι . id est : Zythum privatim apud illos conficitur , cuius parandi diversæ per familias rationes. Item in aphorismorum secundo Galenus zythum Alexandrinorum potum nominat , quomodo Junius Columella lib. agriculturæ nono Pelusiacum illum vocat , eo versu :

*Ut Pelusiaci proritet pocula zythi.*

Qui versus admonet me oscitantiæ summæ Baptiste Pii , annotantis zythum h̄c esse compositionem factam ex gith , quod melanthium ab aliquibus appellari , ab aliis melaspermum scribit Plinius . quod illius indoctum commentum non potuit à me sine cachinno legi. Quicquid sit , non obstabit leve illud discrimen , ut verear cervisiam nostram etiam zythi nomine compellare. Reliquum est ut varia , quibus appellatur diversimodè , nomi-

na subjiciam & explicem. De zytho abundè multa. Cerevisiam à Cerere , id est , fruge nomen habere scribit Isidorus : alii à Ceria Hispani idiomatis olim vocabulo nominis appellationem derivant : nisi potius à cereo cōlore fluxisse nomen dicamus. Celiam à calefaciendo deducit , sed absurdius , ut mihi quidem videtur , Isidorus , cuius in Numantino bello meminit L. Florus , his verbis : Quum sese prius epulis , quasi inferiis , implevissent carnis semicrudæ , & Celiæ , sic vocant indigenæ ex frumento potionem. De Sabaja ita Marcellinus lib. 26. Est autem Sabaja , inquit , ex hordeo vel frumento in liquorem conversus paupertinus in Illyrico potus : unde injuriosum Sabajarii nomen , quo in obsidione Chalcedonis appellatus fuit Valens Imperator. Aristoteles eundem potum  $\pi\pi\nu\nu$  dixit verbis superius citatis , vel à communi bibendi vocabulo , vel à fordibus fæculentis fortasse. Nonnulli Græcorum βρύτον vocarunt , ut Hellanicus :  $\pi\pi\nu\nu\tau\iota$  ḡ βρύτον ἐκ τῶν ριζῶν , καθάπερ οἱ Θρᾷκες ἐκ τῶν κελθῶν . hoc est : Potus fit illis è radicibus herbarum , quem admodum Thracibus ex hordeo. Hecatæus in Europæ descriptione scribit Pæonas bibere βρύτον ἀπὸ τῶν κελθῶν . Sic usus est & Archilochus poëta , ὠσπερ αἰλῷ βρύτον , ἢ θρᾷξ ἀνὴρ , ἢ φεύξ ἐβρύζε . Cervisiam veluti tibia for-

be-

bebat, quasi Thrax aut Phryx. Citatur & Æschyli autoritas in Lycurgo dicentis, *κακ τῶν διπλεύτων σχνάινων χρόνων.* id est, hinc bibisti cervisiam ævo fractus. Azotæus Cappadox *τὸ τῶν βεύτων πόμα* vocavit in acutorum morborum primo libro. Porrò Ala Anglorum, de qua diximus, hoc differt à cervisia, quam Bieram nominamus, quod illa ætatem non perindeferat, ut cervisia. causam referendam puto ad lupum salictarium, cuius flos cervisiæ additus *ἀντιτύπιαν* quandam conciliat, qua senio renitatur: nam suavitas, quæ Alæ inest major, tritici floris ampliori copiæ accepta referenda est. Hinc fit quod Angli, majoris discriminis gratia, cernisiam per n literam pro Ala efferunt, at per u cervisiam pronunciantes, Bieram intelligunt. Cæterum appendicis loco & illud adjicere libet, non vini modò aut cervisiæ potu caput tentari atque ebrietate percelli, quando lectum sit mel quoque ineptiare: apud Orpheum nanque vetustissimum theologum Saturnus ab Jove filio per mellis poculum insidiis capit, quo saturatus ineptiatur, & acto invertiginem quandam capite, qualem vini copia excitat, obdormiscit: ita enim apud illum loquitur Nox, quæ Jovi hunc de melle dolum suggessit:

Εὗτ' ἀν δή μιν ἴδησεν οὐδὲν δέρνει οὐφιόροισιν,  
ἔργοισι μεθύοντας μελισσάων ἐπέβομβων, Δῆσον.  
id est :

*Postquam illius cernes succo, quem Dædalatectis  
Ponit apis, saturum, contendere tenacia vincla.*  
Quod & factum est : nam comprehensus vin-  
ctusque virilibus privatur. Ita & apud Pla-  
tonem πῶς & calamitatis Deus nectare ad sa-  
tietatem hausto inebriatur.

## C A P U T XIII.

*De voce Pistrix & Pristis.*

**A** pud Virgilium Æneidos tertio , ubi monstrosa Scyllæ forma describitur , duplum lectionem observavi , legentibus nonnullis , Postrema immanni corpore Pistrix: aliis Pristis : sed utramque approbo apud probatos autores receptam. Est autem Pistrix sive Pristis cetus marinus , quomodo ibi apud Virgil. accipitur , & lib. 10.

*Frons hominem præfert, in pristin definit alvus.*  
Sed de pistrice dicam primo loco , sic enim Sex. Pompejus : Balenam belluam marinam ipsam dicunt esse Pistricem & cetum. Cicero ipse non semel pistricem reddidit , quem κῆτον vocavit Aratus , ex quo ita ille vertit :

*Tum verò fugit Andromeda & Neptunia Pistrix:*  
id quod iste sic extulerat :

ἡ δὲ μὲν ἀρδεομέδης, τὴν κῆτον ὅστις ἐλέλειπε.

Ad

Ad verbum ita sonat versu redditum :

*Nec vel tantillum Andromedæ ceti ve relictum est.*

Utitur hac voce & Lü. Florus lib. 3. cap. 5. de Lucullo loquens. Videntibus, inquit, procul, quasi marina pistrix evaferat. De Pristi verò pro ceto loquitur Plinius lib. 9. cap. 4. ubi maximum animal in Indico mari pristin esse dicit & balænam. Et cap. 13. inter ea quæ pilo vestiuntur, animalque pariunt, enumerat pristin, balænam, & vitulum. Idem lib. 36. inter Scopæ opera recenset, Chorum Phorci, & Pristes, ac multa alia marina: pluribusque aliis locis pristium meminit. Quin & ita apud Græcos nuncupantur. Epicharmus in Hebes nuptiis, in reliquo apparatu & mensarum delitiis enumerat quoque pristes : ἦν δέ, inquit, ζύγαιοι, πρίσιες, πίναι τε τραχυδέμονες, id est, nec deerant libellæ, pristes, nec asperipelles squatinæ. Et Polycharmus in Lyciæ rerum commentariis scribit, vati è piscibus futurorum eventus auguranti in littore apparere orphos, glaucos, interdum etiam balænas & pristes, ἐνίοτε δέ φάλαιναι, ἥπι πρίσιες. Videtur autem nomen deductum ἀπὸ τῆς περίζειν, à findendo, quod fluctus longo tenuis corporis tractu mirè persulcat. Invenio tamen in eadem significazione & per η scriptum πρήσιν, ut apud Oppianum primo Haieuticān : ἐν δέ αφοινη πρή-

τεῆσις, Truculentaque pristis. quo loco Op-  
piani scholia stes, τεῆσις ἐδὲ καὶ θάλασσις,  
Pristis species ceti marini. Derivantque gram-  
matici ἀπὸ τῆς τεῆσος, ab incendendo, fortas-  
sis quia motu & longo syrmate mare crispari  
& quodammodo ardere faciat. Invenio &  
Pristis scriptum, non modò Pristis, pro ce-  
to, ut apud Pedonem, quem citat Seneca:

*Qui ferat Oceanum, qui sævas undique Pistreis,  
Æquoreosque canes ratibus consurgere pansi.*

Nisi vitium sit in codicibus impressis. Porrò  
à forma pristium marinorum, inquit Nonius  
Marcellus, quæ longi corporis sunt, sed  
angusti, Pristis navigii genus nomen habet.  
Claudius Quadrigarius rerum Romanarum  
lib. 12 Quin quod navigium ea forma à ma-  
rina bellura dicta est Pristis. ita enim lego ex  
vetustissimo exemplari, pro eo quod in vul-  
gatis extat, Quique. Pristis pro navi etiam  
apud T. Livium lib. 4. quintæ decadis pon-  
tur. Adiectæ ad hunc numerum quinque  
pristes erant. Sic accipit & Virgil. in 5. ibi:

*Velocem Mnestheus agit acri remige pristin.*

Utitur & Polybius Græcus historicus, πέντε  
λέμβοις ἔχων τρίη μίαν τεῖσιν, id est: Quinque  
lembis instructus & unica pristi. Servius ori-  
ginem deducit vel à tutela depicta, vel à se-  
candis flutibus, ἀπὸ τῆς τεῖσεν τὰ κύματα. Est  
& τεῖσις poculi genus oblongi apud Diphilum  
& Athenæum in undecimo.

H A -

HADRIANI JUNII  
ANIMADVERSORUM  
LIBER TERTIUS.

*Plinii locus vindicatus de Orbona Dea. Item cur  
Quartanæ Saturni filiæ dicantur.*

## C A P U T I.

**E**rdinandus Pintianus homo Hispanus, post omnes omnium in Plinium annotationes præclarè de eo autore meritus, Orbonæ deæ mentionem apud Plinium lib. 2. cap. 7. exterminandam putat, veluti spuriam & adulterinam, ut quam scriptor nullus celebriat, nullibique omnino, ut ipse ait, compareat. At enim ego, ut haud temerè mutandum quicquam in autoribus, aut veteramentariorum more statim interpolandum, vel etiam inducendum eradendumque censeo, ita Orbonæ lectionem defendo constanter & servandam autumo, quum eam agnoscat doctissimus pariter & antiquitatis omnis callentissimus Arnobius, magni illius Lactantii præceptor libro adversus gentes quarto, ubi in

reliqua fictitiorum & putatitiorum deorum turba ; quam enumerat , hanc quoque deam non dissimulanter nominat , his verbis : Ab erroribus viarum dea Vibilia liberat : in tutela sunt Orbonæ orbati liberis parentes : in Næniæ , quibus extrema tempora . Hic apparet & Orbonæ nomen Romanis sacris templisque non fuisse ignotum , & ipsam orbitatis esse deam , cui quòd matronæ olim sacra fecerint , memoriæ proditum legisse aliquando memini : nam quòd Antonius Sabellicus suis in annotationib. scribit , ex Macrobiī autoritate , matronas ad arcendam orbitatem Orbonam propitiasse , ubi infando sacrorum instituto orbari consueverint , nusquam in eo autore legi existimo . Proinde retinendam esse vetustam lectionem judico in Plinianis codicibus , transposito tantum conjunctionis vinculo hunc in modum : Ideoque etiam publicè Febru fanum in palatio dicatum est , Orbonæ ad ædem Larium , & ara malæ fortunæ Exquiliis . quem locum Pintianus ex Cicerone interpolare hoc pacto voluit : Ideoque etiam publicè Febru fanum in palatio dicatum est ad ædem Larium , & ara malæ fortunæ Æsquiliis : propterea quòd apud Ciceronem libro de natura deorum tertio perperam legisset , codicis , ut opinari lubet , vitio deceptus , Febris enim fanum in pala-

palatio ad ædem Larium , & aram malæ fortunæ Æsquiliis consecratam videmus : ubi melioris notæ codices rectius legunt : Febris enim fanum in palatio , & ædem Larum , & aram malæ fortunæ Exquiliis consecratam videmus. Dispescenda sunt igitur vocum spacia coniunctione copulante apud Ciceronem , qua occasione Plinio vetus lectio manebit integra. aut pro , Orbonæ ad ædem , legendum erit ex Cicerone , & ædes larium , id quod nemo , nisi impudentissimus is sit & prævaricator maximus , tentabit. Quia verò de febris fano facta mentio est , & illud ex Minutio Felice in Octavio (is enim autor est octavi libri Arnobio ascripti , quod Morillonus admonuit juvenis extra omnem aleam ingenii positus ) addendum est ; Pavorem , inquit , Hostilius atque Pallorem coluit , mox à nescio quo Febris dedicata. quæ verba repetuntur & apud Cyprianum libro de idolorum vanitate. Quin & illud appendicis vice adjiciendum est , quod Quartanæ Saturni filiæ ab Octavio Horatiano medico pervetere dicuntur , ob morbi videlicet cùm tarditatem tum malitiæ insignem , ut equidem existimo : in quarum curatione Democritus censuit pollutione esse opus , ut sunt cædes , culpæ , menstrua , sanguinis potus , sacrum avium vel veterorum animalium carnes cibo datæ.

CA-

## CAPUT II.

*De Aquila in Romano exercitu portari solita  
paradoxon.*

**M**irum valde mihi, atque adeo paradoxon visum est quod apud Dionem Cocco-jum de Aquila scriptum repperi, quam non militare signum, sed fanulum quoddam fuisse prodit, aureum aquilæ simulacrum effigiatum habens, hastæ præpilatæ suffixum, quod ita à milite ferebatur, quem cum Cæsare aquiliferum dicere licebit. Autoris verba sunt ex quadragesimo historiarum libro, ὁ γὰρ ἀετὸς ὀνομασμένος, οἵ τινες μηρὸς, καὶ ἐν αὐτῷ ἀετὸς χρυσᾶς ἐνίδευται, καθισάλαιτε ἐν πάσι τοῖς ἐκ τῆς καλόγρεψης πέδοις, καὶ σδαμόσε εἰκόνων, πλὴν εἴ τοι σύμπας ὁ σεγλὸς ἔξιοι, κινεῖται, καὶ αὐτὸν εἴς αὐτὸς ἐπὶ δόρατος μηρῷ ἐν ὅξῳ τὸν σύρχοντα πηγμένῳ, ὡςε καὶ ἐν τῷ δάπεδον καταπήγνυσθαι, φέρει. id est: In omni exercitu per delectum conscripto apud Romanos collocatur Aquila (id erat fani exigui nomen, in quo aurea jacebat aquila) quæ non movetur ex hybernis, nisi totus prodeat exercitus. fanum illud parvæ suffixum hastæ aquilifer portat, cuius inferior cuspis acuminata erat, ut humi depangi posset. „ Similiter fere aquilas describit „ Arrianus his verbis; τὰ σημεῖα τῆς ἐπιλέκτης „ σεγλιῶν αἰετοῖ, ἐκόντες βασιλοῖ, σέμματα πάντα „ κρυστα

„ χρυσᾶν αὐτὸν ταμένα επὶ ζυγῶν ἡγεγυρωμένων. i.e. A-  
„ quilæ signa imperialia indicant conscrip-  
„ tum esse exercitum, sunt autem insignia  
„ omnia aurea in hastilibus deargentatis suf-  
„ fixa. ” Appianus bellorum civilium lib. 2.  
Aquilæ potissimum dignitatem inter militaria  
signa attribuit, quum ait Cæsarem stitisse  
sua manu signiferum aquilam ferentem, quæ  
præcipuum in bellis signum erat. Cæsar lib.  
belli civilis 3. spectatæ virtutis aquiliferum  
tantisper aquilam defendisse pugnando scri-  
bit, dum deficientibus jam viribus, equiti-  
bus suis accendentibus aquilam multos per an-  
nos defensam moribundus tradidit. Certè  
idem Cæsar à signis militaribus aquilas discri-  
minat, ubi inquit de pugna cum Pompejo  
commissa: Signa militaria ex prælio ad Cæ-  
sarem sunt relata centum octoginta, & aqui-  
læ novem. Plinius refert C. Marium secun-  
do consulatu suo propriè dicavisse Romanis  
legionibus aquilam, abdicatis reliquis signis,  
quæ quatuor erant, lupus nimirum, mino-  
taurus, equus, & aper. A quo tempore ob-  
servatum scribit idem, raro legionis casta  
hybernasse, ubi non esset aquilarum par seu  
jugum: quæ res in omen fortassis rapta est,  
ut aquilæ signum non velleretur aut loco tol-  
leretur, nisi in aciem descenderent universæ  
legiones, id quod ait Dion.

## C A P U T III.

*Quæ dicantur dextræ aut sinistræ mundi  
partes.*

**I**N siderum cursu orientem nominari dextram cœli partem, occiduam verò plagam, lævam sinistramque, ex Higyni observatione annotandum est. Unde & Plinius lib. 2. cap. 8. Naturalis historiæ, errantia sidera lævum cursum mundi vertigini contrarium scribit, illo semper in dexteram præcipiti: cui consentit & Ptolemæus. Eodem spectat & Orphei vetustissimi poëtæ dictum, solem dextrum auroram producere, lævum noctem, dicentis: hoc est, in oriente diem proferre, in occasu noctem. Quid, quòd apud Græcos σταὶδα, id est, læva dici τὰ δυτικὰ sive occidua annotat diligentissimus Eustathius? Quin & ex Aristotelis sententia Chalcidius Timæi Platonici interpres, orientem dextram mundi partem statuit. Attestatur item Plutarch. lib. 2. de philosophorum placitis, in hæc verba: Pythagoras, Plato, Aristoteles, dextram mundi plagam orientalem esse dixerunt, unde motus initium existat: occiduam verò lævam. At Empedocles dextram statuit ab ea parte, qua solsticium æstivum est: sinistram, qua brumale. Similiter & Cleomedes Græcus autor, cuius opus

opus nuper in lucem exiit , septentrionem pro dextra ponit. Similiter Hetrusci aruspices dextram nominabant septentrioni subjectam , sinistram meridiei expositam , quomodo & poëtæ accipiunt. Contrà apud T. Livium in Numa , augur regiones ab oriente ad occasum determinans , dextras ad meridiem partes , lævas ad septentrionem esse dixit. Sed hanc distinctionem ridet Arnobius libro adversus gentes quarto , scribitque proportione situs corporis , variare mundi partes , vel lævas , vel dextras : nam quicquid teres est , & ex omni parte rotunditate solida convexum , definiri aliqua finis aut initii portione non potest. Itaque cùm dicimus , inquit , hæc regio dextera est , illa læva , non ad mundi habitum dicimus , qui sui simillimus totus est , sed ad positionem nostram , situmque revocamus.

## C A P U T IV.

*De similitudine mundi cum ovo , & cum litera omega.*

**N**on dubium est quin plerique scriptores omnes globosam seu sphæricam figuram mundo attribuerint , ut & Aristoteles , & cum Stoicorum schola Homerus quasi princeps sensisse videtur , qui terram ἀπέιγοντα , id est , infinitam dixit , propter orbicularem figuram .

figuram circularemque, initio pariter & fine carentem, uti Heraclides, Eustathius, & Johannes grammaticus Aristotelis enodator exponunt. Et Numa Pompilius terram pilæ formâ esse credens, quod à Sex. Pompejo annotatur, ædem Vestæ rotundam consecrassæ prohibetur, quum intelligeret Vestam eandem esse cum terra vitæ hominum altrice. At tamen invenio & qui ὠοειδῆ, hoc est, ovali figura mundum esse prædicarunt, id quod apud Plutarchum de placitis philosophorum secundo, iisdemque verbis in libello Galeno falso attributo legitur: quâ in opinione fuit & Sanchuniathon Berytius antiquissimus rerum Phœniciaæ scriptor, à Philone Byblio translatus in Græcam linguam, qui omnem hanc rerum faciem ὄμοιως ὡς σχήματι, id est, ovi instar effigiatam fuisse prodidit scripto, ut ex eo refert Philon Byblius. Eadem est ratio cur initiati orgiis Liberi patris Ovum in sacris suis coluerint venerabundi, ut nimirum è terete forma, ac penè sphærali, undequaque clausa, & intra se vitam includente, mundi simulachrum cognosceretur, ut à Macrobio Saturnaliorum septimo, cap. 16. proditum est. aut potius translatum è Plutarchi symposiacis, ubi in hiæc verba differit: ἔθεν τὸν αἴπο τρόπον τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὄργιασμοῖς, ἦς μίμημα τὰ τὰ πάντα γεννῶνται καὶ περιέχονται.

ἐν ἔαυτῷ, συγκαθοσίωται τὸ ωόν. id est: Quare non abs re in Bacchi orgiis ovum sacratum est, veluti simulachrum mundi, è quo cuncta nata sunt, cujusque complexu universa tenentur. Quin & Varro in Logitorico, qui inscribitur Tubero de origine humana, mundum ovo comparavit, cuius hæc verba adducit Probus grammaticus: Cœlum est testa, item vitellum ut terra, inter illa duo humor quasi in sinum (sic lege, non ilcinus) clusus aëri, in quo calor. quanquamvis autor non de mundi forma ovali id extulisse, sed habita quatuor elementorum ratione, mundum ovo assimilasse mihi videtur: atque ita accipere illud videtur & Proclus in Timæum, ut Orphicum ovum sit idem, quod Platonis ens, τὸ πλάτωνι ωόν, καὶ τὸ ὄρφικὸν ωόν. Fuerunt & qui terrarum orbem in formam literæ Græcæ ω effigiarunt, ut extremum lineamentum, quod o literam ambit, oceanum referat designetque quem ζωσῆρε κόσμον, id est, mundi baltheum, quidam appellaron Probi testimonio. Quò respexisse videtur Cyrillus, ibi:

ωκεανός δὲ ὡς πᾶσα περιποτὴ ἐνδέδεται χθῶν.

Tellurem Oceanus circumfluus illigat omnem.

Non possum non appendicis vice adjiccre ex Varrone mundi definitionem, operosam quidem illam, sed raro lectam, qui in Cynicis Satyra, quæ inscribitur Dolium, sive Seria, sic

scribit : Mundus , inquit , domus est maxima homuli , quam quinque altitonæ flammeæ zonæ cingunt , per quam limbus pictus bis sex signis stellimicantibus altus in obliquo æthere Lunæ bigas acceptat , & appellatur à cælatura cælum , græcè ab ornatu νόσμῳ , latine à puritie mundus.

## C A P U T . V.

*Virgilii versus ex Eratosthene translati : ejus item locus expensis accuratius.*

**Q**uoniam de zonis præcedente capite mentionem fecimus , locus poscere videtur , ut Virgilianos de zonarum descriptione versus autori suo vindicemus. Is est Eratosthenes Cyrenæus , qui versibus Heroicis librum conscripsit , cui Mercurio titulum indidit. Sed audiamus primùm Virgilium in Agriculturæ primo ita canentem :

*Quinque tenent cælum zonæ , quarum una corusco  
Semper sole rubens & torrida semper ab igni ,  
Quam circum extremæ dextra lœvaeque trahuntur  
Cærulea glacie concretæ , atque imbris atris.  
Has inter mediamque duæ mortalibus agris  
Munere concessæ divum.*

Nunc penè eosdem , sed Eratosthenicos , ex Heraclide Pontico subjiciamus libro de allegoriis Homericis , qui ita sonant :

Πέντε δὲ οἱ ζῶντες πεληγέες ἐσπέιρηνται,  
Αἰδύο μὲν γλαυκοῖς κελαῖνότεραι κυάνοι,  
ἡ δὲ μία φαφαρή τε καὶ ἔκπυργος, οἷον ἐρυθρή,  
Τυπλομένη φλογμοῖσιν, ἐπεὶ ρά ἐ μοῖραν ἐπ' αὐτὴν  
Κεκλιμένην ἀκτῖνες αἰθερέες πυρόωσιν.  
Αἱ δέ δύο ἐκάτερθε πόλοιο πεληγύαι,  
Αἰεὶ κρυμαλέαι, αἰεὶ δὲ ὕδατι μογέσσαι.

Quos obiter adstricta numeris oratione reddere  
non pigebit.

Circum hunc funduntur zone quincuplicis orbes:  
Glaucum ex his superant cyanum nigredine bini,  
Torrida zona una est, sabulosaque tota, rubentem  
Quam radii flammis feriunt Hyperionis acres  
Continuis recto δι' subjectam tramite torrent.  
At geminæ cælo diductæ utrinque reclivi,  
Imbris usque madent, glaciali aut frigore torpent.

Sed enimvero poëtam nostrum mutuatum esse  
suam descriptionem ex autore, quem dixi, me-  
cum sentit Probus Grammaticus, id quod de-  
prehendi lectione postea, quanquam versus ip-  
pos non profert: hæc enim ejus sunt verba in  
locum Virg. prædictum. Hanc tamen, inquit,  
universam disputationem certum est Virgilium  
transtulisse ab Eratosthene, cuius liber eis hexa-  
metris versibus scriptus, qui Hermes inscribi-  
tur. Porrò zonarum (quas eleganti carmine  
descripsit Claudio lib. de raptu Proserpinæ  
primo, & Transformationum principio Ovi-  
dius) naturam fabulose expressit in Achillis cly-

peo Homerus, plicarum nomine πλύχας eās nominas, duas è plumbō albo fingens, australē innuendo & septentrionalem zonas, frigidas perpetuisque nivibus obsitas: tōtidem æneas, æstivam significando & hybernam, mediæ inter candorem & rutilum colorem temperiei: quintam, eamque mediam, auream, hoc est, igneam. Homeri versus est iste:

Τὰς δύο χαλκέιας, δύο δὲ ἔνδοθι κατσιτέροιο,

Τὴν δὲ μίαν χρυσῆν. Media autem est ισημερινή, id est, æquinoctialis: proximæ duæ τροπικαὶ, id est, solstitiales, à nobis habitata altera, Antichthones alteram incolunt, ita dicti, ὡς τὴν ἐναντίον χθόνας αἰκεντες, teste Probo: extremæ duæ inhabitabiles, borealis quidem ob assiduos nimiosque rigores: antarctica verò, quæ & νοτιὴ, sive australis, propter immodicas imbrīum humiditates, quibus austrina plaga est obnoxia, unde & nomen habet. Istud est quod Virgilius illo versu ‘Cœrulea glacie concretæ &c. innuere & sentire voluit: ut verba illa, imbrībus atris, ad austrinam plagam: at illa, cœrulea glacie, ad borealem referenda sint & applicanda; ut respondeant Eratosthenicis, κρυμαλέαι propter gelu, & ὑδατι μογέσσαι propter imbrēs: „, id quod & Papinius sensit primo „, Thebaïdos, ibi;

„ Quasque procul terras obliquo sidere tangit

„ Avius, aut borea gelidas, madidive tepentes

„ Igne noti.

C A

## C A P U T . V I .

*De significatione ebrii non vulgari.*

**E**brium præter notam significationem pro pleno & ad saturitatem usque referto accipi, Latinis auribus notum est. Similiter μεθύων (quod inebriari propriè sonat) pro ῥανγάσται & compleri efferunt Græci: quomodo in Dioscuris Theocritus de Amyco Bebrycum regre loquens illud extulit; Εση ἡ ῥανγάσις μεθύων, id est, Constitit offertus & ebrius plagiis. „ Homerus Iliad. v. Βοείνυ μεθύσσαν ἀλοιφῇ „ tergos bubulum adipè ebrium dixit, quod „ differtum sit pinguedine. Sic Philippus Epi- „ grammatarius Κώπην ἔτι μεθύσσαν ἀλμυνς, re- „ mum salfagine adhuc ebrium dixit, qui re- „ center immaduerit salo. Philostratus de Dio- „ nysio Milesio dixit, ἐκ ἐμέθυε τοῖς τὰς ἡδονὰς, „ id est, parce, non ad fastidium usque, dili- „ tias aurium admittebat. Eumathius Macrem- „ bolita de Ilmene δακρύοις μεθύσσα, lachrymis „ ebria, quum vellet innuere. ” Apud nostros Plautus Comicus ebriam cœnam dixit pro opipara & adjiciali copiosaque: Quid, quod Nonius Marcellus ebrios dici posse qualibet re expletos, confirmat autoritate Varronis, qui in Eumenidibus dixit, scholasticas aures scholica dape ebrias? Quin & vestis ostro ebria legitur, quæ purpuræ florem ebiberit: quæ simili me-

taphora , saturata murice à Martiali dicitur.  
 „ Apud Philonem Judæum sapientia , quæ  
 „ suos latices sipientibus recludit , veræ doctrinæ  
 „ næ fontes aperiens , piorum mentes μεθύειν  
 „ τὴν νηφάλιον μεθην ἀναπείθει , inebriari sobria  
 „ ebrietate suadet , hoc est , ad satietatem usque  
 „ que imbibere . & anima hominis deo dicata,  
 „ μηδὲν θυητὸν ἔχουσα , ὅλη θεόθεν μεμέθυσαι Αἴγ-  
 „ μονίαν , ut Zoroastris oracula loquuntur ,  
 „ hoc est , nihil caducum amans , tota divi-  
 „ nitus imbibit harmoniam inebriata & ex-  
 „ pleta . ” Deinde , quia ebrietas mentem alienat , & (ut Enniano utar verbo) expectorat , ob immodicum potum , etiam pro dementato , & mentis haud compote , accipitur ebrium : qua in significatione sumitur apud Horatium Odarum lib. i. de Cleopatra Ægypti regina , quam dicit fuisse fortuna dulci ebriam , hoc est , dementatam , nimiumque secundis rebus elatam , ad exemplum Anacreontis Teii , qui amantem sine modo , & amoris œstro velut extra se possum , μεθύοντα ἔρωτι dixit , id est , amore ebrium , quod apud Philostratum in Apollonio & in Icone Ariadnes lectum est . „ Versus Anacreontis tales sunt ab Hephaestione citati .  
 „ αἴθεις δὲ γῆρας ἀπὸ λευκάδος πέτρης ,  
 „ ἐς πολιόν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι .  
 „ Sublatus veluti de Leucade rupē  
 „ Insilio canum ebrius equor amore . ”

Quam

Quam significationem ebrii agnoscas etiam in Petronii Arbitri illo versu ,

*Vilis adulator picto jacet ebrius ostro.*

Quo innuit parasitos & adulatores ad amplissimas fortunas Principum stoliditate evectos , priorum vitæ sordium non amplius memores , reliquos præ se despicere , rerum successu elatos. „ Eadem significatio est apud Hermiam „ in libello , quo exoticam philosophiam tradu- „ cit ; ubi ait , καν δη μεθω τας τοσαντας αρ- „ χαις , hoc est , & jam planè ebrius sum tot „ principiis. Nam postquam enumerasset or- „ dine philosophorum de rerum principiis sen- „ tentias , quæ animum ejus suspenderant & „ in diversas opiniones transversum egerant , „ ostendit se tot opinionum ambagibus omnino „ dementatum fuisse. Elegantissime usus & „ Halicarnass. lib. 4. antiquitatum Romana- „ rum , τὸ ἐν μέρει τὸν αὐλὸν ἀρχεῖν τὲ καὶ ἀρχε- „ σθαι ; συσέλλει τὰς αὐθάδεις φύσεις , καὶ οὐκ ἔτι „ μεθύσκεσθαι ταῖς ἐξσίταις τὰ δηθη . 1. Per vices „ eundem hominem & obtinere imperium & „ illud deponere , ingenii superbiam domat , „ neque patitur nimia licentia inebriari mores . „ Clemens in epistola ad Jacobum ψυχήν ἔσχον „ τοῖς τῆς λύπης κύμασιν δημηθυσμένην . Ani- „ mus fuit mœroris fluctibus ebrius . ”

## CAPUT VII.

*De scolii, sive obliqui carminis ratione quædam lectu & observatu dignissima.*

**D**E carminis convivalis, quod græci Scōlion, nos obliquum dicere possumus, origine magna est apud autores pugna: in uno solo consensus est omnium, quòd asseverent convivale esse carmen, & inter pocula concini solitum; cuius etymon tradit Orus grammaticus inde derivatum, quòd à temulentis, quibus sensuum organa turbata sunt, & oblique se quodam modo habent, cantari soleat. Suidas aliisque à contrario sensu ita dictum annotant, quòd simplex ac facile sit, minimeque ambagiosum aut obscurum, quippe quum fuerit μέλος ὀλιγόσιχον, paucis versibus contexta cantilena. quam rationem ut falsam rejicit Aristophanis interpres. Aliter Hesychius, pro erudito & neutiquam vulgari, quodquam non à quibusvis, sed à doctis tantum caneretur, exponit: quod attingit & Plutarchus in symposiacis. Dicæarchus in commentario de re Musica triplex odarum genus enumerat: unum quod omnes pariter unico concentu, alterum quod viritim singuli per ordinem canebant, & tertium hoc quod à peritiissimo & ingeniosissimo quoque, ut res in ordine cadebat, succinebatur, unde & nomen.

Ari-

Aristoxenus & Phyllis musicus scriptorum monumentis prodidere, in nuptiis, dispositis variis circa mensam unam lectis, accumbentes convivas myrteis per vices fertis redimitos, sententias amatoriasque cantilenas cantillare solere: & canendi vices ob lectorum positum obliquo modo peractas fuisse. Proxime omnium ad rem accedere videtur interpres Aristoph. cuius sententiam quam possum lucidissime in Latinum sermonem convertam. Vetus, inquit, mos fuit convivas canere, ordine sequentes eum, qui desierat: qui nanque cantum auspicabatur, laurum myrtumque manu tenens Simonidis Stefichorive odas cantabat quandiu lubitum erat: deinde pro arbitrio suo, cuncte placitum illi erat, tradebat, non secundum accumbentium ordinem: itaque ille deinceps cantillabat: qui rursus tertio, cui visum erat, canendi vices tradebat: in de factum est, ut ob implexum ordinem scolia dicerentur carmina, quæ ex improviso & recitare & fidibus canere quilibet solitus esset. Parum discordat ab hac ratione Plutarch. lib. i. symposiacôn, in hæc verba scribens: Sunt qui myrtum in ordinem ire negent, sed sigillatim de lecto in lectum differri, eumque qui prius cecinerit, alterius lecti primo cantori transmittere, hunc rursus tertii primo: deinde eodem pacto illum qui in primo lecto secundas vices

tenuerit, alterius lecti secundo permettere: ac proinde à variato implexoque circuitus ordine obliqui nomen fluxisse verisimile est. οὐλυκαμπὲς τῆς ἀθηναϊκῆς. Certiora tradi possent, si extarent vel Tyrannionis grammatici lib. C. Cæsar's mandato conscriptus de scolio carmine: vel Didymi Chalcenteri symposiaca, in quorum tertio libro varias hujuscce vocis etymologias explicuisse ab Etymologici autore annotatum est. Ego tamen, ut in caput rem conferam, ita teneo, quum olim in conviviis post cœnam lyra circumferri fuerit solita, vel Quintiliano hoc attestante, ad quam fidibus canebatur, lyram illam obliquo & sinuoso circuitu in mensa obambulare consueisse autumo, ut ἐναλλάξ, hoc est, pectinatim quodammodo, non ἐφεξῆς, id est, seriatim & per ordinem ac cubitus, convivis tradita fuerit, atque inde carmina illa, quæ ad lyram canebantur, scolorum appellationem meruisse. Porrò ex professo inter cætera poëmata etiam σκολιὰ scripsisse commemoratur Jon Chius poëta. Item Origenes scolia conscripsit, in quibus summatim breviterque perstrinxit ea omnia, quæ sibi obscura & perplexa viderentur. Quod autem qui canebant, myrtum manu tenerent vel laurum, præter Plutarchum docet Dicæarchus lib. de musicis certaminibus, his verbis: οἱ γὰρ ἄδοντες ἐν τοῖς συμποσίοις ἐκ παλαιῶν ζωγράφοσεως κλῶνος

κλῶνας δάφνης ἢ μυρρίνης λαβόντες ἀδεστω. id est : Qui canunt in conviviis , ex vetere instituto sumpta lauri myrtive fronde canunt. Qua in re & illud discrimen observatum lego , ut qui versus Æschyli canerent , myrtleum ramulum manu tenerent : qui verò Homericos , laureum termitem. Hinc liquet Zenobium in adagiorum farragine lapsus esse , quum scribit , eum , qui in symposiis canere nescivisset , laurea myrtleave accepta virgula , ad eam canere. Quicquid tandem constituere liceat , id observasse mihi videor , quod plerunque scoliis carminibus aut illustrium virorum & fortium laudes canerentur , aut præclaras sententias illa continerent , aut mixtim utrunque : quando ex Cicerone , autoritate Catonis , & ex Fabio Quintiliano constat , epulis adhiberi solere tum fides , tum etiam tibias , ad quas clarorum virorum laudes & facinora virtutesque canerentur : id quod exempla dilucidè docebunt , quorum aliquot non pigebit adscribere , ubi illud unum dixero , quod Pindari autoritate Terpandro inventionem scolii carminis attribuit lib. de Musica Plutarchus. Scolion de Admeto Thessalo Athenis decantatum , ex Pausaniæ Lexico adnotat in Bœotia Eustathius diligenterissimus Homeri interpres , de cuius autore multa lis inter veteres fuit. ejus tale est initium : Αδμήτε λόγοι ὡς ἐταῖρε μαθὼν , τὸς αὐγαθὸς φίλει ,

τῶν

τῶν δειλῶν δὲ αἰπέχει, γνώσεις (perperam enim apud Aristoph. in Vespis ποίησις scriptum est) ὅτι δειλῶν οὐλίγα χάρει. id est: Fortes amant, cognita de Admeto historia, & ignavos fuge, id tibi persuasum habens, exiguum talium esse gratiam. Quod carmen & clari viri historiam delibat, & ad fortitudinem paræneticum est. Videtur autem per fortis innuere generosam & mariti amantem Alcestin: per degeneres verò Admeti patrem, qui pro filio mortem oppetere tergiversatus fuerat. atque ea verior est ratio, fabulosam enim judico quam Aristophanis interpres & Zenobius adducunt, quod, quum diem obiisset Alcestis pro marito Admeto, scolia ac lugubria carmina in illam fuerint decantata, tantisper dum miserta ejus Proserpina, ipsam ad superos sospitem remisit: aut, quod fabulatur Euripides, Hercules expugnatis inferis eam reduxit: alioqui Phænodemus refert Admetum Pheris oppido Thessalici profugum, hospitium delegisse apud Theseum, Alcestidis & Hippasi liberorum natu minimum, ibique sedem fixisse. Meminit hujus scolii Aristophanes Comicus in Vespis, item in πελάργοις sive gruibus, his verbis:

οὐ μὲν ἡδεν Αδμήτε λόγον περι μυρρίνην,

οὐ δὲ αὐτὸν οὐάγκαζεν αρμοδία μέλος. id est:

Canebat ille myrtum tenens Admeti historiam, at alter illum cogebat Harmodii cantilenam.

Me-

Meminit & Cratinus Comicus, ὅταν Αδμήτῳ μέλος αὐλῇ, id est, ubi ad tibiam cecinerit Admeti carmen. Jam verò Scolion de Harmodio scriptis autorum celebre est, qui communicatis cum Aristogitone operis tyrannidem Pisistratidarum convellit imperfecto Hipparcho, cuius initium erat, φίλοις αρμόδιοι στοι πε τέθνησας, quod negat Harmodium mori posse, qui sublato tyranno immortalem adeptus sit gloriam, sempiterna fama vieturus. Huc allusit in Acharnensibus Aristophanes, ubi ait:

χρὴ παρ' ἐμοὶ πολε τὸν αρμόδιον φέσεται Συγκαταχθεῖσ. hoc est :

*Nunquam mecum accumbens Harmodium canet.*

Refertur & aliud ab Eustathio Iliados quarto, quo canitur fortitudo exulum, qui se fortiter in obsidione Lipsydrii oppiduli gesserunt, quod ita habet: αἱ αἱ λειψύδειον προδασέταιρον, οἷς ἀνδρας ἀπώλεσας, μάχεσθαι τε ἀγαθὸς καὶ εὐπατρίδας, ὅπότε ἔδειξαν οἵων πατέρων ἔσαν. Heu heu Lipsydrium, sociorum proditrix, cuiusmodi viros exitio dedisti, in prælio fortes, generosique, quando sui specimen ediderunt è quibus fuerint orti majoribus. Fuit autem Lipsydrium locus in Spartæ confiniis, quem Atheniensium exules à tyrannis expulsi muro clauserant, inter quos Alcmæonidæ principatum tenebant, quibus à Pisistrato debellatis cani cœpta est obliqua ista cantio inter pocula. Non sum

sum immemor hunc locum aliter conversum ab Erasmo, à cuius sententia dissilio: tu si placet, eum lege in adagio, in Lipsydrío pugnas. Commemorat Eustathius & in Ajacem Scolion, quod in prædicanda fortissimi viri virtute consumitur, cuius tale exordium est: Πᾶι τελαμῶν  
 Αἰαν αἰχμῆλα, λέγοσι σ' ἐις τροίαν ἀριστὸν ἐλθεῖν  
 αἰχμῶν, μετ' αἰχιλλέα. id est: Bellator Ajax Telamoniade, te post Achillem Græcorum fortissimum ad Trojan venisse fama est. Sed exemplorum satis de claris viris, nunc subjiciamus unum aut alterum, quod sententias non dubias continet, quale est illud Simonidis poëtæ, quod Platonis verbis referam in Gorgia sic dicentis: οἴομαι γάρ σε ἀκηκοένται ἐν τοῖς συμποσίοις ἀδόνιων ἀνθρώπων τῷτο τὸ σκολιὸν, ἐν ᾧ κατέλθηνται ἀδοντες, ὅτι υγιάνεν μὲν ἀεισόν ἐσι, τὸ δὲ δεύτερον, παλὸν γενέσθαι, τείτον δὲ ὡς Φησὶν ὁ ποιητὴς τὸ σκολιόν, τὸ πλευτεῖν ἀδόλως. hoc est: Arbitror audisse te canentes in symposiis obliquum illud carmen, in quo enumerant qui canunt, nihil esse in rebus præstantius, quam integrum habere valetudinem: secundum locum obtinere pulchram formam: tertias vices tenere, divitias non fraude partas, ut autor scolii inquit. Legitur apud Suidam & alterum Timocreontis Rhodii in opulentiae detestationem, in hæc verba: ὥφελεν, ὥ τυφλὲ πλεύτε, ἐν γῆ μήτε ἐν θαλάτῃ μήτε ἐν ἡπέιρῳ Φανήμε-

vici, ἀλλὰς ταρταρόν τε νάιειν κὶ αἰχέροντα, διὰ τὰ  
γὰρ πάντ' ἐν ἀνθρώποις κακά. id est: Par erat, ὁ  
cæce Plute, nec terra, nec mari, nec in  
continenti te usquam extare, sed tartareas se-  
des & Acherontem incolere; propter te nān-  
que nihil non malorum in vita mortalium est.  
Ad cuius scolii imitationem leges & plebiscita  
promulgasse Periclem annotatum est, & ab  
Aristophane in Acharnensibus suggillatum,  
cujusmodi fuit illud: Μεγαρέας μήτ' αὐγορᾶς, μή-  
τε θαλάτης, μήτ' ἡπέιρος μετέχειν, quo commu-  
nionem cum perdueilibus Megarensibus om-  
nem præcisam voluit. Addamus & exempla  
duo, quæ utriusque rei meminerunt, inter quæ  
elegantissimum legitur Aristotelis Peripatetici  
scolion in Hermeam Atarnensem scriptum cum  
virtutis egregio encomio, quod plusculis licet  
versibus perscriptum, operæ est præcium huc  
annotare, quod sic habet: Αρέτα πολύμοχθε  
γένει βροτείω, θήραρα κάλλισον βίω, σᾶς τερε  
παρθένε μορφᾶς, καὶ θανεῖν γηλωτὸς ἐλλαδὶ πότμῳ,  
καὶ πόνος τλῆναι μαλεργὸς αἰάμαντας. τοῖον ἐπὶ φρέ-  
να βάλλεις καρποντ' αἴθανατον, χειροῦτε κρέσσω καὶ  
γονέων, μαλακαυγητοῖο οὐ πίνου. σεῦ θ' ἔνεκεν δ  
διὸς ἡρεψκλῆς, λίδας τε κοῦροι πολλὰ αἰνέτλασαν.  
ἔργοις σὰν αἰγρεύοντες δύναμιν. σοῖς δὲ πόθοις αἰχιλ-  
λεὺς ἀλασ τε αἰδαο δόμους ἥλθον. σᾶς δὲ ἔνεκε φιλίου  
μορφᾶς καὶ αἴταρνέῳ ἔντροφῳ ἡελις χύρωσεν αυ-  
γᾶς, τῷ γὰρ αἰδιμῷ ἔργοις, αἴθανατόν τε μιν  
αν-

αὐξήσοι μῆσαι μνημοσύνης θυγατέρες, δῖος ξενίς  
 τέθας αὐξήσαι, φιλίας τε γέρας βεβαίας. Carmen  
 elegantissimum totidem verbis quam possum  
 maximè conabor latinis auribus appendere.  
 Virtus mortali generi laboriosa, cuius pulcher-  
 rimum in vita studium, tuam unius, ô virgo,  
 ob formam, etiam mortem obire Græciæ  
 optandum est, durosque perferre & indefessos  
 labores: talem animis eumqué immortalem fru-  
 ctum injicis, auro parentibusque præferendum,  
 & molli somno. Propter te Jovis Hercules,  
 Ledæque nati plurima perpeſſi sunt, tuam ve-  
 nantes factis potentiam. Tui desiderio Achil-  
 les & Ajax ad inferos penetrarunt. Tuam ob  
 desideratam formam Atarnensis alumnus solis  
 splendori subduxit se, præclara ob facinora no-  
 bilis: cuius gloriam sempiternam prorogabunt  
 Musæ Memoriæ filiæ, Jovis hospitalis maje-  
 statem augentes, firmæque amicitiæ pignus.  
 Alterum quod loquitur, amore ad præclara  
 audenda facinora animari homines, simulque  
 historiam Cleomachi viri fortis tegit, qui in  
 gratiam amasii præsentis invectus in confer-  
 tas hostium in procinctu stantium turmas, di-  
 sturbatis eorum ordinibus, victoriam Chalci-  
 densibus peperit: quamvis alii Antonem quen-  
 dam eadem fortuna usum significari autumant.  
 utcunque sit, constat apud Eretienses cantari  
 fuisse solitum, ut in Erotico refert Plutarchus,  
 quod

quod ita habet: ὁ παιδες, οἱ χαρίτων τε καὶ πα-  
τέρων ἐλάχητε ἐσθλῶν, μη φινοῦτε ὡραῖς αὐγαθοῖσιν  
ὄμιλίαν, σὺν γάρ αὐδρίᾳ καὶ οἱ λυσιμελῆς ἔρως ἐπὶ<sup>1</sup>  
χαλκιδέων θάλλει πόλεσιν. pērperām enim legit-  
tur κάλλει προ θάλλει. quod de industria (ne  
quis imperitia factum insimulet) ita conver-  
tam: Puellæ vos, quibus contigit bonis nasci  
parentibus, nolite invidere viris fortibus vē-  
stri commercium: mollis nanque amor unā  
cum fortitudine in Chalcidensium oppidis vi-  
get. Transiit verò & obliqui nōmen ad Epi-  
grammata ænigmaticè obscureque prolata,  
cujusmodi unum in Plutarchi sýposiacōn  
quinto legitur, sed à mē paululum emenda-  
tum, & in versus senarios distinctum:

ἡ παλλάδη γῆ πυρὶ καλυθαλωμένη, 215

κεύθει κελανὸν ἄμμα διονύσος θός,

ἔχοσα κλῶνας ισθμίας αὐτὰς σόμια. id est:

Durata torrido igne terra Palladis,

Condit cruentem nigricantem Liberi,

Ac ramulos in ore p̄fert Isthmicos.

Inniuit autem fictilem urnam, apii (quo in  
Isthmiis v̄ctores coronabantur) ramo circum-  
os coronatam, musto plenam. Quin & ejus  
usus ad carmina adulatoria fuit detortus: tale  
est Praxillæ poëtriæ Sicyoniæ, quod inter ea,  
quæ παρόντια sive convivalia inscripsit, à ve-  
teribus recensetur:

εἰς ἐστιν ἀλωπεκίζειν,

αὐτὸς ἀμφοτέροις γίγνεται φίλον. hoc est:

*Vulpinari non decet, nec utriusque parti illudere.*

Quod in adulatorem competit, qui, ut tectius  
versutiusque imponat, dissimulare se fingit  
ex composito. Meminit Aristophanes in Ves-  
pis, & alterius cuiusdam scolii, quod ita  
incipit: χρήματα τὰ ναὶ βίᾳν κλειταγόρατε νάποι  
μετὰ θεραλῶν. quod de Clitagora Thessalica  
poëtria canebatur, & Theslalis, qui Athe-  
niensibus suppetias tulerunt in bello adyer-  
sum tyrannos. meminit ejus & Cratinus in  
comœdia quadam, κλειταγόρας ἄδειν. Refertur  
& ab Athenæo lib. 13. scolianum quoddam, quod  
inter sacrificandum cantatum fuisse ait, à  
Pindaro in Xenophontis Corinthii gratiam  
conscriptum, cuius initium est, ὡς κύπρος δέ-  
σποινα, quod, quia mendosum est, huc adscri-  
bere supersedeo. Item alterum ejusdem poë-  
tæ ad Hieronem Siculum lib. 14. Fit apud  
eundem lib. 10. mentio scoli Pindarici, quo  
cottabum delibat Agathoni amasio. Memi-  
nit & Aristophanes in Avibus: Βαρβάροι  
εἴθι μούτιον τὸ σκόλιον ἄδειν μοι δοκεῖ. id est:

*Videtur mihi scolianum canere vestimenti gratia.*

Hactenus de scolio satis superque multa: cui  
opponi videtur, si vocis habeamus rationem,  
τὸ ὄρθιον μέλος, cuius meminit in lib. de Mu-  
sica Plutarchus, scribens Terpandrum Me-  
thym-

thymnæum invenisse, modum τῆς ὁρθίς μελωδίας, quasi dicas, recti cantus. Herodotus in Clio refert Arionem citharœdum in navis tabulato (foros vocant) stantem concinuisse νόμον τὸν ὁρθιὸν, qui cantus erat fidicinis citharœdive concitator, & sonora voce prolatus, quomodo apud Homerum Eris ὁρθία ήσσε, alta voce exclamat, ut exponit Suidas. Ita legitur Timotheus nobilissimus fidicen, quum caneret τὸν ὁρθιὸν νόμον, Alexandrum Macedonem versibus usque eò impulisse concitasseque, ut ad arma prorueret „ lymphati in „ morem, ut refert Dion Chrysostomus : „ porrò τὸν ὁρθιὸν νόμον fuisse τὸν τῆς Αθηνᾶς ἐπι- „ καλέμεναν νόμον idem dicit, hoc est, Palla- „ dis musicum modum, quo animi vigor „ concitaretur, nihil que habebat molle aut „ remissum, quod torporem ignaviamque „ promoveret. ” Scribit Suidas, Terpan- drum τὸν ὁρθιὸν νόμον & τρόχουν nominibus suis donasse, à numeris, quibus feruntur. Julianus in epistola ad Iamblichum, κιθαρῳδῷ τὸν ὁρθιὸν ἀδεντὶ πρεστὶ τὸ ἐλλεῖπον τῆς χορδῆς υπὸ τῷ τέττιγι, τὸ ίσον ὁ πύθιος ἀντεφθέγξατο. Fidici- ni Orthium carmen canenti, ruptam chordam committente cicada, æqualibus modu- lis Pythius succinuit.

## CAPUT VIII.

*Quo anni tempore conditus sit mundus, disceptatio:  
& quod in Libra signo non absurdè statuatur  
eius nascentis origo.*

**N**on ita pridem nata fuit inter me & sacrificum Amsterodamum controversia non injucunda in symposio, in quod anni tempus inciderit genitalis mundi dies: quem tametsi à concepta opinione (quam altissimè imbibitam mordicus tuebatur) dimovere non potui, quicquid tamen extemporanea illa contentio disceptanti tunc suggestit, haud prorsus *ἀπροσδιόρυστον* visum est in miscellanea ista materia non abs re admiscere. Nam ille quum ver defenderet, cui primam crescentis mundi originem acceptam esse referendam putabat, temperiem ejus temporis pro arguento quasi Achilleo minimeque dubio adducebat: advocans eodem & astrologorum de Ariete rudimentum nescio quod: item scripturæ locum de primatu mensium Martio delato, qui in Exodo disertè sit perscriptus. Ego contrà, qui autumnali æquinoctio deferriri eam gloriam debere volebam, absolutam perfectionem *καὶ τελειότητα* rerum creatarum esse spectandam institi. Ut enim, inquam, animantium omne genus, sive gradiatur reptetve, sive volucre sit aut quis in-

innatans , non inchoatum aut nascens , ac veluti ex ovo prodiens , finxit Deus , sed justo ætatis generationisque libramento robustum : ita & plantas arboresque cum suo quanque fœtu grandes atque perfectas , & generando sibi simili aptas , produxisse illum credibile est , quando & Adamum , è lutea terra & formatum & appellatum , absolutam virilis corporis firmitudinem jam tum ab ipso natali , quo creatus fuit , assumptissime constat : similiter & ejus conjugem Hevam quomodo & lunam non gibberosam , non corniculatam , non dividuam , Deum finxisse opinatur Severianus (cujus in vetus instrumentum extant scripta) sed integro orbe plenam adultamque . Neque enim tyrcinum cœpisse , ac veluti ex informi imperfectoque rudimento adolevisse mundum verisimile est , in qua sententia fuerunt Ethnici , naturam suam à simplici & imperfecto paulatim ad sui perfectionem adjumento artis & temporis accessione pervenire somniantes . Alioqui nisi illud statuamus , in eadem navelcula fluctuare videbimus cum illis , qui ambigunt , ovumque prius fuerit , an gallina . Quid , quòd revocare mundi ortum ad ver , quasi quo calor genitalis sit temperatus , ex quo animari cuncta & vegetari censem philosophi , est quadantenus negare , quòd Deus

ex nihilo pulcherrimum hunc mundi ornatum produxerit, sed quod potius ex beneficio prolifici illius & æquabilis caloris extiterit? Neque verò communi illa autoritate opinionem nostram stabilire est animus, quæ Dei opera perfecta esse loquitur: nam illa, tametsi à quibusdam velut Ajacis clypeus defensionis loco objiciatur, nihil huc facit; est etenim aliorum dicta, nempe in Dei operibus nihil esse, quod in reprehensionem cedere culparive queat. Prætereo item autoritatem Isaaci Argyri hominis Græci, qui in illa monasticæ vitæ tranquillitate inter cæteras θεωρίας, quas altissimus secessus & philosophicum ocium suppeditat, demonstrationibus asseverare contendit, Septembri mense conditum fuisse orbem, ac princeps anni initium verè existere pridie Calendarum Octobrium. Imò verò, inquam, quod tu modò pro te adduxti, eeu irrefragabile testimonium, è duodecimo Exodi capite petitum, pro me facit, tuamque opinionem convellit prorsus & jugulat: quum nanque præcipit Deus Mosis, ut Nisan mensem, qui Martio nostro nunc respondet, inter anni menses primum habeat, non ordinem hīc in annorum curriculo spectari ostendit (quem vel ipse Deus ab æterno à Septembri inchoavit, vel gens Judæa, cuius in Historiis antiquissima

sima fides est , talem semper tenuit) sed principatum & dignitatem inter menses immutat, mandans , ut primarii honoris prærogativa Martio mensi deferretur , quo videlicet constaret gentem Jūdaicam jugum Ægyptiorum gravissimum singulari Dei beneficio exuisse : quo item mense posteris temporibus à mundanarum potestatum tyrannide ereptum nosiri , certissimo præsagio & fatali significare-tur , nempe teterrimo Christi cruciatu in istum mensem incursum expiandos. Denique quid evidentius indubitatusque usquam reperias , quodque mundi primordium (cum quo & annum verti necesse est) firmius convincat ad Septembrem referri debere , quām quod libri ejusdem tertio & viicesimo legitur ; ubi mandat observari magna religione diem festum collectionis annuorum proventuum , quæ fiat in anni exitu , coæctis in horrea & frugibus & pomis ; quod festum & Tabernaculorum scenarumque nomine nuncupabatur. Quo ex loco manifestè liquet , sub æquinoctium aurumrale extum anni metiri Mosen ex Dei omnia illi dictantis oraculo : nam si eo mense finis anni , eodem proximove & initium ejus sequi par est : ita ut si collectio frugum pomorumque in anni finem incurrit (quam nemini dubium est Sole Libram tenente fieri solitam) extra

dubium cadet etiam initium anni in foribus adesse. „ Disertissimis verbis hanc litem tolit Philon Hebræus in libro , quem de mundi fabricatione inscripsit , ubi ait ; ἐπειδὴς δὲ πάντα καρποῖς εὐθὸς ἀμφὶ τῇ περιήλιῳ γενεσεῖ καὶ τὰ τὸν ἐναὐλίον τρόπον ἢ τὸν νῦν καθεστῶτα . 1. Cuncta jam tum in ipso ortu fructibus onusta scatebant , diversa longè ratione , quam nunc sit. ” Porro non absurdè omnino fingitur primigenia mundi à Deo creati origo extitisse in Libra ( si vulgata ista signorum nomina velut ab æterno imposita feremus ) ut nimirum quoniam à sicco in frigidum declinat signum istud ( sunt enim duæ istæ qualitates mortis , utpote aridæ & frigidæ , affines ac consanguineæ ) portenderet interitus legi obnoxium mundum fore , id quod indubitat nobis cum Platonica schola habetur.

## CAPUT IX.

*Rerum affluentiam communi mortalium usui à Deo concessam definere sè penumero ob quorundam malevolentiam , variis exemplis comprimitur.*

**D**E omnium largitoris munificentiam , mortalibus ex æquo cunctis ad usum præbitam , tyrannicè flagellasse ingrati quidam & malevoli gratuitæ illius liberalitatis expensores leguntur , qui ad priyatos usus , quod

quod publici juris Deus esse voluit ; pro libidine intervertisse videntur : qua recordia quid aliud consecuti fuerint , quām ut iratum numen largissimos beneficentiæ suæ fontes clauserit , exemplis aliquot quum veteribus , tum recentioribus , testatum facere non pigebit : usque adeo non male nec citra numinis inspiratum cecinisse putandus est . Ascræus ille vates , quando improbi hominis & scelestæ in publicum consulentis pœnam dependere sæpen numero integras civitates ait . Sed ad rem . Salis Tragafæi celeberrimæ & ab autoribus omnibus decantatissimæ memorantur fodinæ , è quibus asportare cunctis in Troade volentibus quantum libuisset , licuisse scribit Athenæus : sed cessasse evanuisseque salem illum fossitum illicò , postquam Lysimachus rex victigal imposuisset : qua re in miraculum conversa , declaratoque per regem loco à vectigalium exactione immuni , rursus auctam fuisse salis illam restibilem copiam scribit . Refert idem autor simile quid in Eresso usu venisse , ubi non procul à mari subito exiluerant fonticuli scatebræ frigidam profundentis , cujus potu ægri mirum in modum recreabantur : quæ salubris aquæ fama attraxerat multos longinquis è locis medicatum fontem hausturos . Quapropter Antigoni regis præfectidum rem suam privatam

promovere satagunt , diversam quandam aquam bibentibus propinandam imperarunt , ea ratione ægros ludificati : statimque ab eo tempore exaruit fontis scaturigo. Phylarchus item commemorat fabam Ægyptiam , Colocasiæ nomine non ignotiorem , quæ nusquam locorum , præterquam in Ægypto , seminari , neque fata crescere soleret , regnante Alexandro Epirota Pyrrhi regis filio , subito ad Thyramin Thesprotiæ Epri amnem paludosos in solo erupisse , & adultam uberem edidisse fructum , perque biennium totum sparsim lateque excrevisse : sed quum ille adhibitis custodibus , interdicto insuper gravi addito cavisset , ne quis eò accederet proprius , nedum fructus decerperet , in tantum exaruisse lacum , ut de cætero non modo non protulerit fructum , sed ut ne aquæ quidem vestigium ullum extitisse unquam apparuerit. Tribus vetusti seculi exemplis , totidem recentiorum temporum subjiciam. Locum accepi fuisse in regno Neapolitano , præstantissimi mellis aërii (quod ἀγέλον μέλι Suidas , ἀερόν Galenus , vulgus hominum Manna nominat à voce Hebræa Man , quæ genericè donum significat ) proventu nobilis , quem Neapolitani reges perpetuo muro claudendum curaverant , incertam ob causam , sive uberior proventus atque inde opimus

mus redditus , sive purior ejus collectio eos  
huc stimulavit : quacunque tandem de causa  
denegato illius contactu , cœleste illud *zgq;*  
*dioneris* donum in universum cadere desiit :  
mox quum jussu Regum interrupta fuisset  
muri series , denuò labi affluenter . & à pu-  
be rustica colligi passim coepit. Repetitur  
iterum magno studio cingendi loci proposi-  
tum , sed temerarium : siquidem circunqua-  
que præclusa muri lorica , stetit melleus ille  
imber , neque manavit amplius , donec , dis-  
sipata disjectaque maceriæ illius crate , libe-  
ro ingressu potitus rusticus cœtus , avidissi-  
mè defluvium illud mannæ colligere permisso  
regum potuit. Alterum exemplum experta  
est Anglia , quod eo tempore , quum vitam  
ibi degerem , audisse memini , haud liquidò  
scio , an in Suffolkensi ditione , ubi portus  
fuit aut statio littoralis , tanta ostreorum co-  
pia scatens , ut vicinæ regionis egestatem la-  
xare haud dubio cœlestis affluentia ostento  
potuerit , donec imposito assis unius tributo  
(quod pescanti pro sporta qualibet ostreorum  
plena pendendum erat) desiit omnino ac di-  
stabuit fœcunda illa testacei generis capture.  
Tertio loco suggerit se haud quaquam silen-  
tio obliterandum aut oscitanter prætereun-  
dum Hollandicæ reipub. turpe vectigal in si-  
milem conchyliorum (quos voce Pliniana

Mus-

Musculos appellat lingua vulgaris) affluen-  
tissimam piscationem in Bataviæ insularum  
una : nam simulatque subita illa & inaudita  
conchyliacei fœtus abundantia crebris multo-  
rum sermonibus ad aūlicæ turbæ aures dima-  
nasset , illa , ut est ad ejusmodi aucupia quo-  
vis Argo oculatior , Harpyis rapacior , ad-  
volat confestim , & dicto vectigal , licet  
minutum , imperat . Sed quid isto locuple-  
tandi fisci (quem non abs re lienem appella-  
re solebat Trajanus Imperator optimus , quod  
augefcente eo cætera membra carpantur &  
distabescant) compendio profectum est ? nem-  
pe ut dicto citius totum illud piscitii genus  
evanesceret , nunquam visum postea . quod  
eadem insula factum vidi & in anguillarum  
captura , sed quæ abolito tributo restituta  
fuerit postliminio , ut narravit mihi vir or-  
natissimus magnæque autoritatis D. Nicolaus  
Grudius , à commentariis ordini Velleris au-  
rei , studiosorum summus patronus . Nempe  
falsissimè itidem & verissimè Aulicos tineas ,  
foricesque palatiorum appellabat Constanti-  
nus , ut apud Sex. Aurelium legitur . Quan-  
to rectius Alexander Macedo idemque libe-  
ralius facturus fuisse putabitur , qui dicenti  
consiliario , quod civitates illi vectigales ma-  
jora imperatis tributa possent persolvere , re-  
spondit , se odiſſe hortulanum qui è radici-  
bus

bus factitaret olera: idem reipsa sentiens, quod eodem sensu Æmylio Recto Ægypti prætori, graviora solito victigalia imponenti, Tiberius Cæsar rescripsit, Tonderi pecus velle sese, non ad vivam usque cutim deglubi. Nimirum ille, qui solaris luminis usum tam impræbis quām bonis imp̄rtire se æqualiter profitetur, dona sua non ad potentiorum libidinem diripienda dispensandaque elargitur, sed ut mirificam illius bonitatem ac liberalitatem nulli clausam nos intuentes, gratitudinis admoneamur, & ad illius unius constantem amorem accendamur. Laudatum est ab omnibus præclarum sanctissimæ Laconum reipub. institutum, quod ex æquo omnes, ἐπὶ τὰ ἱσα, καὶ τὰ ὄμοια, hoc est, ad paria similiaque cuncta vocabat.

## C A P U T X.

*Quid Effata, & Carmen. Theodoriti quoque & Ensebii loci excussi accuratius.*

**E**ffatum, præter definitionem Ciceronis in Academicis, qua id esse dicitur, quod aut verum aut falsum est, ut sit idem cum eo, quod Græci αἴωνα vocant, aliā quoque non vulgarem significantiam habere videtur, ut Effata dicantur cùm oracula (vocem hanc propriè accipiendo) à fatidicis vatibusque edita: tum sententiæ certa lege prolatæ precatio-

tionesque certis verbis conceptæ. Siquidem Varro lib. de Lat. ling. 5. & Servius in 6. Æn. effata propriè dici annotant augurum preces : unde & ager post pomerium , ubi captabantur auguria , Effatus vocabatur : quod & ex Aulo Gel. lib. 13. cap. 14. intelligi datur , Effatum esse agrum extra pomerium , qui determinat finem urbani auspicii. Prior illa significatio clarissimè elucet ē Cicerone lib. de legib. 2. verba legis adducente , quæ ita habent : Eorum (loquitur de publicis sacerdotibus) autem duo genera sunt , unum , quod præsit cærimoniis & sacris , alterum , quod interpretetur fatidicorum & vatum effata incognita. ubi effata ab effando ea dicuntur , quæ ἐκλεκτὰ & ἐκλόγια plane eadem etymi ratione à Græcis vocantur. siquidem Porphyrius acerbissimus sectæ Christianæ hostis libros conscripsit τετράς τῆς τῶν ἐκλόγων φιλοσοφίας , quorum apud Eusebium & Theodoretum frequens est sparsim mentio : quem equidem librorum titulum de effatorum philosophia sive commentarye vertendum Latinus pariter & justius autumo , quam haec tenus conversus sit ab omnibus , quos videre mihi licuit eorum autorum interpretibus , qui sine causa illud transtulerunt , De electorum philosophia , quos vocabuli ambiguitas , & materiae , quæ in iis libris tractetur

sur ignorantia fefellisse videtur. „ Alioqui „ & apud Plinium Juniorem lib. epistol. ter- „ tio, perperam legas, Electorum com- „ mentarios pro electorum; quod recte „ a doctissimo Budæo est innotatum.” Scien- dūm itaque trifariam illorum titulum legi, περὶ τῆς ἐκλεκτῶν, & ἐκλογίων φιλοσοφίας, & di- visim ἐκ λογίων, de philosophia, quæ ex effa- tis sive responsis dæmonum vatumque peti possit: rimari nanque & perscrutari Græcæ theologiæ arcana inde contendit. docet istud dilucide Eusebius lib. 5. de præparat. Euani- gelica, de Porphyrio verba faciens hunc in modum: διὰ τέταν καὶ τῶν τέτοιού ὀμοίων ὁ γεν- νᾶς Ἑλλήνων πιλόφορος, ὁ θαυματὸς Θεολόγος, ὁ τῶν ἀπορρήτων μύσης, τὴν ἐκ λογίων φιλοσοφίαν, ὡς ἀπόρρητον θεῶν περιεχόσαν λόγια καθηφάνει. Id est: Per hæc & his similia insignis ille Græ- corum philosophus, admirandus Theologus, ille arcanorum mystes, effatorum philoso- phiam, velut continentem deorum arcana, quæ in vulgus eliminanda non sunt, publi- cavit. Et lib. 4. ἐτοιγερῆν ἐν οἷς ἐπέγραψε περὶ τῆς ἐκλογίων φιλοσοφίας, συναγωγὴν ἐποίσα- το χειρομῶν τῇ τε ἀπόλλων &c. Iste igitur in libris, quos inscripsit de effatorum philoso- phia, collegit oracula Apollinis aliorumque Deorum & bonorum geniorum &c. Ex his abundè liquet, & quanto in errore versem- tur

tur interpres, & quod ἐκλόγια illis, effata Latinis, pro responsis deorum & fatidicorum accipientur: quando & Ammianus Marcellinus lib. 19. effata Delphorum solennia vocet oracula. In altera veò significatione exultit Livius, sed conjunctim cum voce id expressius signante, carmine videlicet, ubi ait: Quæ longo effata carmine non operæ est referre: loquitur de ritu contrahend fœderis certo verborum contextu: nam istud Carmen quoque dicebatur, quod tametsi versibus poëticisque metris non constabat, certa tamen numerorum lege cadebat. quo sensu apud Livium in primo illud dictum est: Lex horrendi carminis erat. & rursus: Paucis verbis carminis mutatis. Et manifestissime lib. 9. quartæ decadis, ubi sic ait: Concionem advoca quum solenne carmen precatio- nis, quod præfari, priusquam populum alloquantur, magistratus solent, peregisset consul, ita cœpit. Et iterum: Ex carmine sacro, præeunte verba sacerdote, precatio- nes fecerant. Item ex Cicerone pro Rabio: Crudelissimi regis ista sunt cruciatus carmina, quæ tu homo levis ac popularis li- bentissime commemoras: Caput obnubito, infelici arbori suspendito. Tale quid videtur fuisse, quēm ῥῆδα, hoc est, pedem appellat Galenus in sexti Epidemiorum commentariis,

& memorat Julius Pollux lib. 4. cap. 12.  
 „ Nimirum carmen seu edictum ex præscrip-  
 „ to recitatum à præcone vel faciali uno qua-  
 „ si spiritu : atque hinc ortum habere puto  
 „ verbum ἀναποδίζειν Æschini & Herodoto  
 „ usurpatum pro revocare , & scribam præ-  
 „ conemve identidem percunctari , ut carmen  
 „ statamque senatusconsulti edictive legem re-  
 „ petat : quod ipsum miror præteritum ab  
 „ elegantissimo Budæo , dum tamen verbi ge-  
 „ nuinam significationem adamussim explica-  
 „ rit. Sed ita res sunt humanæ , nemo ut  
 „ unus omnia pervidere potuerit. ”

## C A P U T . XI.

*De Campanis earumque usu, ad varia olim munia  
apud Gentiles recepto.*

Paulinus Episcopus Nolanus divi Hieronymi æqualis, vir sanctimonia vitæ spectabilis , primus in suam ecclesiam campanæ usum invexisse proditur , quasi priori seculo ignotus fuerit ejus usus , id quod secus habet: verum sanctissimus vir abusum gentilium sacerorum correxit , & ad pia munia transtulit , ut nimirum ejus strepitu exciri possent semiotius habitantes ad conciones precationesque. Atque hinc fortasse tenuit consuetudo , ut Nolæ vocabulo censerentur tintinnabula ab hac Campaniæ Nola , cuius apud Polybium Li-

viumque fit mentio. Eisdem verò usibus deputatas fuisse priscis seculis campanas invenio, quibus hodie serviunt. Olim si quis è vita excessisset; æra campanæque pulsabantur, ut peretus Theocriti scholiaestes annotat (qui mos in hunc usque diem perdurat) quòd is sonus credebatur esse καθαρὸς καὶ ἀπελασικὸς τῶν μιασμάτων, hoc est, avertere spectra & dæmonum ludibria. atque hinc receptum arbitror, cur tonante cœlo campanarum boatu persire-patur. Non sum tamen nescius, subesse & aliam causam, nimirum ut illarum complosu aërem longè lateque diverberante, vis tonitruis infringatur. Legimus & Lacones rege defuncto lebetes vice campanarum complodere solere. Jam verò & Apollodorus in libro, quem de Diis inscrispit, Hierophantam, hoc est, Proserpinæ sacerdotem tintinnabulum sive nolam, ήχεῖον nominat, pulsare Athénis consueisse scribit. Deinde campanæ sonitu apud Romanos populum in thermis statis horis vel advocari vel dimitti solere, ex Martiali constat, ubi ait: *Redde pilam, sonat es thermarum.* Præterea Græci in piscatorio foro sub cœnam pulsabant nolam, ut locuples est testis Plutarchus, adnotans symposiac. lib. 4. φιλόψες, id est, helluones obsonatoresque dici, qui in foro piscatorio esitarent, celeriterque tintinnabuli pulsum exaudirent: Græcè est, καὶ κώδω-

κώδων ὁ ξέως αὐγὸν ταῖς. quod ipsum & Geographus lib. 14. docet de Jassis loquens , qui citharœdo artem ostentanti tantiisper aures præbuerunt , dum increpuisset nola , quæ in cœnario erat foro ; quo audito cuncti ad cœnam dilapsi solum illum destituerunt præter surdastrum unum , qui & ipse , intellecto quod cæteri simul cum nolæ crepitū diffluxissent , valere jussò citharœdo , confestim abierit curriculo : ita enim habet , ὡς ἢ ὁ κώδων , ὁ κατὰ τὴν ὄφοπωλίαν ἐψόφησε , κατάλιπόντας ἀπελθεῖν ἐπὶ τῷ ὄφον . Strabo lib. 15. scribit Persas in unum locum cœtus cogere ante lucem nolæ sonitu , φόφῳ χαλκῇ πρὸ ὄρθρῳ . Samanæi , quod post Brachmanas secundum Indiæ philosophorum genus est , coelibem ducens vitam , ad pulsum campanæ (ναυσημάνοντι κώδωνι) cœnacula , ubi cibum capere solent , ingressi orant , à peractis precibus iterum διακωδωνίζειν , id est , campanulam pulsare , uti refert libro quarto περὶ ἀποχῆς ἐντύχων Porphyrius . Quin & excubatores nocturnis vigiliis nolam antiquitus pulsabant , ad cuius pulsum respondendum erat illico , ut Suidas refert ex Aristophanis , ut puto , interprete : qui mos etiamnum apud Icium portum (Caletum vocant) aliisque locis præsidiariis observatur . Antileon in gratiam amasii Hipparini , ut refert Parthenius , nolam , quæ in arce munitissima Heracleæ Italicæ

præsidii indicium erat, asportavit clām, oēciso custode per insidias. ita enim ait :  $\lambda\alpha\chi\eta\sigma\alpha\tau\omega\varphi\upsilon\lambda\alpha\kappa\alpha\tau\bar{\epsilon}\kappa\omega\delta\omega\nu\kappa\alpha\gamma\mu\alpha\nu\epsilon\iota$ . Similiter si qua vis ingrueret, campani æris tinnitu indicium ejus rei dabatur olim. Unde Thebaidos sexto Papinius eleganter cecinit :

*Procūl auxiliantia gentes æra crepant.*

Et T. Livius : Campanorum, inquit, imbelis multitudo cum æris crepitum, qualis in defectu lunæ silenti nocte fieri solet, edidit clamorem. Dion Coccejus lib. 54. scribit Augustum Cæs. quum ei per somnum visus fuisset Juppiter dicere, ut præsidii loco Jovem tonantem, cui ædem voverat, haberet, postero die Jovis statuæ nolam appendi jussisse; cuius apud præsidiarios milites usus salutaris erat. Eodem spectat illud Statii in Achilleide : *Paulumque exercita pulsu æra tacent.* ubi loquitur de sacris Bacchi trietericis, quæ nocturno nolarum tintinnabulorumque pulsu perstrepebant. Huc refer & Corybantia æra ex Virgilio. nobilia sunt & Temesæa æra in succurrendo laboranti lunæ apud Ovidium. quin etiam æra Dodonæa multiplici percussu obstrepera leguntur, de quibus Ausonius :

*Nec Dodonæi cessat tinnitus aheni.*

Adde quod qui ad consulendum oraculum proficiscebantur,  $\chi\alpha\lambda\kappa\omega\mu\acute{\alpha}\tau\omega\varphi\alpha\tau\alpha\chi\omega\pi\epsilon\varphi\acute{\alpha}\theta\acute{\alpha}\iota$ , id est, ænearum nolarum crepitum undique

que perstrepentium circunsonari soliti fuerint, Plutarcho teste in capitum Romanorum enumeratione. Legimus & tintinnabulis explorari equos, an sint consternaces ργη Φοδεεῖς. Sophocles Tragicus tribuit alicubi Trojanis σάκρων καθαυκορότον, hoc est, clypeum nolis quibusdam pulsatilibus sonorum.

*Hesychii locus corrigitur de literis  
Ephesiis.*

„ **H**esychius sacras quasdam voces com-  
„ memorat, ab impostoribus ad superstitionis  
„ laudem usurpatas, Ephesiarum literarum  
„ specioso titulo, sed à librariis in re obscura  
„ corruptas admodum, quæ sic apud illum  
„ leguntur, ἀσκι, κατάσκι, ἀιξ, τέτραιξ, δαμ-  
„ ραμενεὺς, ἀισιον, quam lectionem valde sau-  
„ ciā ex Andocye Pythagoræo sanes lice-  
„ bit, vis enim sita habet: Ephesiæ literæ  
„ symbolorum vicem obtinent, in quibus  
„ ἀσκιον caliginem notat, quippe quum tene-  
„ bræ umbra careant. κατάσκιον lumen umbrae  
„ inimicum, quippe quod eam disspellat &  
„ illuminet: λιξ verò terra vetusta appellatio-  
„ ne nominatur: τέτραιξ annus vocatur velut  
„ quaternio propter anni partes quatuor:  
„ δαμραμενεὺς sol dicitur, qui cuncta suo ju-  
„ bare edomet: ἀισια, vera vox, ut symbolo

„ isto significetur , res divinas ita se habere ,  
 „ quemadmodum tenebrae ad lumen , sol ad  
 „ annum , & terra ad naturae foetus . D. Cle-  
 „ mens stromatum lib. 1. inventionem Ephes-  
 „ siarum literarum referri ad Idæos Dactylos  
 „ ait , sic inquiens de illis ; οὐδὲν ἡτε τῶν ΕΦΕ-  
 „ σίων λεγομένων γραμμάτων ηὔτη τῶν κατὰ μουσι-  
 „ κὴν ἔνερσις ρύθμῶν ἀναφέρεται .

*Martialis locus examinatur aliter in vetusto codice lectus.*

**H**AUD temere unquam receptam lectio-  
 „ nem immutandam esse placuit mihi semper ,  
 „ nisi aliud dictet ratio , aut veterum codi-  
 „ cum consensus . itaque conferenti mihi Mar-  
 „ tialis exemplaria non uno in loco typis evul-  
 „ gata , cum pervetusto meo manu exarato ,  
 „ inter alios observatu dignus mihi visus est  
 „ esse versus ille Epigramm. libro decimo in  
 „ convixii apparatu ; Nec deest ruatatrix men-  
 „ ta , nec herba salax . Siquidem diversa pla-  
 „ nè lectio in meo codice , nec rationis ege-  
 „ na , visitur hunc in modum .

„ Et destupratrix mentia , sed herba salax .  
 „ quovires proponendum repugnantes (uti quis  
 „ prima fronte existimet) in eadem herba de-  
 „ scripsisse videtur , ut destupraticem appel-  
 „ let mentam , quæ seminalem vim cohbeat

„ &

„ & infringat, sed salacem eandem, quæ Veneris incentivum extimulet. Quam lectio-  
„ nem non illiberalem tolerabiliorem facit  
„ autorum in his, quas diximus, viribus, con-  
„ sensus, quorum testimonia dabo scripturam  
„ nostri codicis confirmantia, ne quis otiosè  
„ immutandam protinus censeat, aut damnet  
„ indefensam. Ordinar autem ab antiquissimo  
„ Hippocrate in secundo de victus ratione  
„ ita scribente. Mentha calfacit, lotium ciet,  
„ vomitus silit, sæpius comesa semen geni-  
„ tale viri colliquat ita ut diffuat, arrigere  
„ prohibet, corpusque invalidum reddit. Sub-  
„ scribit Plinius lib. 20 cap. 14. immerito à  
„ Matthæolo Senensi rei herbariæ, si quis alias,  
„ hac ætate peritissimo, accusatus, cuius hæc  
„ sunt verba: Eadem vi resistere & generatio-  
„ ni creditur, cohibendo genitalia densari.  
„ Neque vero absimile est hinc nasci, cur  
„ Dioscorides scribat mentam muliebribus ap-  
„ positam conceptionis spem abolere: nimi-  
„ rum fluido reddito semine, prohibitaque  
„ ejus condensatione: tametsi idem non infi-  
„ ciatur, Venerem ejus usu accendi. Cassianus  
„ Bassus Græcus librorum de agricultura col-  
„ lector in duodecimo libro propterea ἀνεπιλή-  
„ δειαν πρὸς τὰ ἀφροδίσια, hoc est, ineptam Ve-  
„ nereæ rei testatur. Oppianus quoque non  
„ sine causa στιθανην, id est, inutilem, eò respi-  
 „ ciens.

„ ciens, appellat. Neque aliorum admonuit  
 „ Aristoteles belli tempore à menta (cujus præ-  
 „ cipuus fuit inter embammatum delicias usus  
 „ veteribus) abstinendum, nisi qui existima-  
 „ ret, nimio ejus esu vitiari & corrumpi semen,  
 „ unde virtus & robur omne elanguesceret,  
 „ nativo calore paulatim absunto: atque in-  
 „ de emanasse proverbialem versiculum.

„ Μένθην ἐν πολέμῳ μήτ' ἔσθιε, μήτε φύτευε. I.e.  
 „ *Mentam non serito, nec vescere, tempore belli.*  
 „ quem locum mirari satis nequeo tam perpe-  
 „ ram, tamque supinè, ab eruditissimo, om-  
 „ nesque eloquendi veneres affectato Jo. Ruel-  
 „ lio, fuisse expositum. Quod verò libidinis  
 „ proluvium concitet menta, uno ore prædi-  
 „ cant omnes, Galenus, & ex eo Aëtius me-  
 „ diocrem illi tribuant in extimulanda Venere  
 „ potestatem. Paulus Ægineta coitus appe-  
 „ tentiam facere scribit beneficio flatuosæ &  
 „ semiconcoctæ humiditatis. Simeon Ze-  
 „ thus plenius ἀφροδισιασικὸν, hoc est, salacem-  
 „ & Venereum nuncupat.

*Horatiani loci unius atque alterius indicium è Græco scriptore.*

**E** Multis, quæ Horatius scitè mutuatur à  
 „ Græcis, libet hic obiter loci unius atque  
 „ alterius indicium facerè, eoque lubentius,  
 „ quod

„ quod interpretum nullus hactenus quicquam  
„ de iis prodiderit aut commonstrarit . alter  
„ extat epistola sexta libri primi :

„ *Si (Mimnermus uti censet) sine amore jocisque*

„ *Nil est jucundum, vivas in amore jocisque.*

„ Haud dubiè respexit ad illos Mimnermi  
„ versus quos citat Stobæus Sermonē primo  
„ & sexagesimo :

„ *Tίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἀτερ χρυσῆς αὐφροδίτης,*

„ *Τεθναῖν, ὅτε μαιμητι ταῦτα μέλοι.* I.

„ *Quae vita, aut quid dulce potest sine amore*  
„ *videri?*

„ *Me postquam cura hæc deficit, emoriar.*

„ Alter verò penultima ejusdem libri epistola:

„ *Prisco si credis, Mæcenas docte, Cratino,*

„ *Nulla placere diu, nec vivere carmina possunt,*

„ *Quæscribuntur aquæ potoribus.*

„ expressit procul dubio senarium Cratini, qui  
„ libro Epigrammatum Græcorum primo le-  
„ gitur;

„ *ὑδωρ δὲ πίνων, καλὸν οὐ τέκοις ἔπος.* I. e.

„ *Nunquam elegans condes poëma, aquam bibens.*

*Tertulliani locus emendatus, & alter ex-  
plicatus. Item Tiberii Donati locus re-  
stitutus & in Epigram.*

P Leni sunt libri omnes opinionis à Pytha-  
gora invectæ de metempsychosi , quæ &  
M 5 „ alio

„ alio nomine μελενσωματωσις dicta de immigra-  
 „ tione animæ in alia corpora agit, quam &  
 „ Agrigentinus Empedocles confirmavit. Is.  
 „ autem ante Trojani belli tempora Æthalis-  
 „ den Mercurii filium se commentus est fuisse,  
 „ deinde Euphorbum Panthi filium Trojano-  
 „ rum facile formosissimum, mox in Home-  
 „ rum atque in Hermotimum Samium tran-  
 „ sisce, postea in Pythium Delium pescatorem,  
 „ vel potius Pyrrhum. Invenio etiam in pavo-  
 „ nem (nam apud Crinitum male Paphonem  
 „ legas) immutatum palingenesia fuisse, dein-  
 „ de & Pyrandum bellicosum induisse, po-  
 „ stea & Callideam; postremo & præstanti  
 „ forma scortum Alcen. Pythagoræ istud fuit  
 „ deliramentum, quo ut altius animos morta-  
 „ lium imbueret, in subterraneo specu deli-  
 „ tut, septennium totum, iussa matre, quæ  
 „ sola imposturæ fuerat conscientia, de mortuo fa-  
 „ mam disseminare, ut cum Tertulliano So-  
 „ phoclis interpres commemorat. Atque hæc  
 „ quidem haec tenus: nunc exterendæ sunt men-  
 „ dæ, ac primum quidem apud Septimum  
 „ Tertullianum libro de anima, ubi ait: Quo-  
 „ modo mihi persuadebit Ephalidem & Eu-  
 „ phorbum & Pyrrhum pescatorem & Her-  
 „ mippum, se retro ante Pythagoram fuisse.  
 „ quo loco Æthalidem reponendum censeo,  
 „ quemadmodum & postea, ibi. Ephalides  
 „ au-

, autem & Hermippus &c. quam lectionem  
„ confirmant Zezes, Laertius, Lucilius Tar-  
„ rhæus. fuit autem Æthalides Mercurii filius  
„ orator insignis, qui epitaphiorum & lugu-  
„ brium librum unum, hilarium jocorumque  
„ alterum scripsisse memoratur, quamobrem  
„ alternis apud superos inferosque degere di-  
„ catus fuit, testibus Zeze & Tarrahaeo, qui eum  
„ Argonautarum etiam præconem facit. Hera-  
„ clides Ponticus dixisse Pythagoram refert,  
„ ὡς ἐνī πολὺ γεγονὼς αἰθαλίδης καὶ ἐρμοῦ ψὸς νομί-  
„ σθεῖν. recte quoque scriptum hoc nomen inve-  
„ nias in veteribus Sophoclæis commentariis,  
„ quum in recentioribus, quæ Demetrii Tri-  
„ clinii nomine interpolata sunt Lutetiæ, per-  
„ peram θαλίδης scribatur. Eadem etiam  
„ Pythium nominant, quem omnes con-  
„ stantius Pyrrhum. Quòd autem dixi in pa-  
„ vonem fuisse immutatum opinione sua Py-  
„ thagoram, in principio suorum Annalium  
„ non obscurè innuit Ennius, quum in se Ho-  
„ meri animam transfusam somnians, memini,  
„ inquit, metum fieri pavum, sic namque re-  
„ ponenda lectio est in Donati commentario  
„ in Andriam, pro, pavidum: qui locus in ejus-  
„ dem in Adelphos commentario usque adeo  
„ corruptus legitur, ut nisi ex illius lectionis  
„ vestigiis, velut Ariadnæi fili ductu, exquiri  
„ nequeat, sic enim habet Ennius; minime no-  
„ mine

„ mine fieri pravum. eò namque allusit Persius  
 „ satyra sexta, illis versibus.  
 „ „ Cor jubet hoc Enni, postquam destertuit esse  
 „ „ Mæonides Quintus pavone ex Pythagoræo.  
 „ Porrò Empedoclis mentio facit, ut obscu-  
 „ riorem Tertulliani eodem in libro locum  
 „ elucidandum putarim, ubi ait: Sed & Em-  
 „ pedocles, quia se Deum delirarat, idcirco  
 „ opinor designatus aliquem se Heroum re-  
 „ cordari, thamnus & piscis fui, inquit. Qui-  
 „ bus verbis allusit ad Empedoclis versus,  
 „ quos memorat Athenæus & Laertius in ejus  
 „ vita.

„ ήδη γαρ πόλ' ἐγω γενόμην κοῦροστένορης  
 „ θάυμός τοιωνόστε, καὶ εἰς αὐλὸς ἐμπυρος ιχθύς.  
 „ „ Est quando fueram juvenis, virgoque, frutexque,  
 „ „ Pennata & volucris, vivusque sub aquore piscis.  
 „ nam in Epigrammaibus Græcis titulo in  
 „ philosophos leguntur tanquam in Empedo-  
 „ clem scripti, quum ipsius sint autoris, qua-  
 „ in re hallucinatus fuit Maximus collector.  
 „ quod verò vocem thamnus conservavit pro-  
 „ frutice, vitio illius sæculi exoleti adscriben-  
 „ dum est, quod Græcas dictiones promiscue  
 „ jaεtabat, estque familiare huic scriptori, ut  
 „ in Crobylis etiam ostendit.

*Verior ratio inscriptionis orationis Antiochicæ Juliani.*

**A**Scripsisse antea memini iudicium Antonii Morilloni doctissimi juvenis (quem mors immatura terris ante diem nuper eripuit, dolenda haud dubie bonorum studiorum sorte, quibus ingens lumen attulisset vivus) super inscriptione orationis Juliani Cæsaris, meamque item sententiam, controversumque id reliquisse: nunc verò annis lectio- nem variam multiplicantibus, & judicii aciem paulatim eliminantibus, certiora in medium allaturus, lectorem deprecatum velim, ne supinæ temeritati tribuat, quod tunc minus accurate aut plenè à nobis perspectum, in literas tamen relatum est. Quis enim tam usquam Lynceus aut ἀγχίστος fuit, quem nihil unquam sefellerit? Licuit sæculis omnibus, & licebit semper retractare aliqua, dum non omnium autorum sensa in unum hominem se effundent, quod rerum natura non patitur. Sed ut ad rem veniam, dejerare sanctè nunc ausim, Antiochicum dictam esse sive μισοπόγων ab ea, quam diccam, ratione, cuius januam aperuit mihi Jo. Zonaras Græcus Historicus. Nam Julianus, quum expeditionem in Persas moliens, Antio-

„ tiochiam Syriae primariam urbem ingressus  
 „ esset, barbatus philosophorum exemplo, ab  
 „ oppidanis Hircus vulgari dictorio passim au-  
 „ diit ob profundam, quam nutriebat, barbam,  
 „ dictitantibus eam ad implexus funum esse  
 „ accommodatissimam. Quod ille convitum,  
 „ nihil in eos acerbius statuens, ita regessit,  
 „ ut dictitaret nolle se Antiochenis barbam ad  
 „ innectendos funes præbere, ne asperiore il-  
 „ lorum tractatu manus illis attererentur cal-  
 „ lumve ducerent: nimirum taxans civitatis  
 „ mollitiem nimiam, & delicatum fastidium.  
 „ Itaque postea per otium distrinxit stylum in  
 „ eam urbem, orationemque ab ejus nomine  
 „ inscripsit, addito & altero titulo, qui cau-  
 „ sam inscriptionis insinuaret, cur Antiochico  
 „ nomen illi dederit, nimirum quod ea civitas  
 „ barbae inimica barbam invisam haberet,  
 „ barbatosque traduceret, ac propterea etiam  
 „ philosophiae eamque profitentium hostis  
 „ esset.

*Virgilii locus in Bucolicis explicatus ab in-  
terpretibus non intellectus.*

**D**Octissimam illam & ad heroici carmi-  
 „ nis majestatem assurgentem quartam Vir-  
 „ gili eclogam attentius legenti mihi operæ  
 „ pretium visum fuit explicare nodum, in quo  
 „ in-

„ interpretes omnes, ceu alto in luto, hærent  
 „ hactenus, qui est in iis versibus, quibus fu-  
 „ turam sæculi felicitatem præcinit;  
 „ *Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti*  
 „ *Murice, jam croceo mutabit vellera luto,*  
 „ *Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.*  
 „ Quo in loco Servius putat hypallagen esse  
 „ in croceo luto, pro croco lutedo, eo quod  
 „ lutei coloris sit crocus: id quod repetit &  
 „ Willichius: Janus Parrhasius luteum colo-  
 „ rem, qui idem sit & pallidus, lutum dici à  
 „ Virgilio annotat minus verè. Miror equi-  
 „ dem quid Nanno animi fuerit, cur in accu-  
 „ ratissimis suis commentariis locum hunc  
 „ sicco pede transmiserit. At ego luti asper-  
 „ ginem non veritus per croceum lutum asse-  
 „ vero intelligendum esse crocomagma, de  
 „ quo mentio est apud Dioscoridem in primo  
 „ materiæ herbariæ. est autem crocomagma  
 „ nihil aliud quam crocei seu crocini pigmen-  
 „ ti massa, sive dicam cum Cello recremen-  
 „ tum, sive cum Plinio fæx, sive cum Virgi-  
 „ lio lutum: id enim verè est magma *μάτ-*  
*τείν*, id est, à subigendo ducto vocabulo.  
 „ Quia verò istud madefactum *ἰκανῶς οὐρωδεῖς*  
 „ *τὴν χροιὰν ἔστιν*, hoc est (ut Marcellus vertit)  
 „ multo croci colore rubet, eoque valde per-  
 „ tinace: hinc est quod pecorum vellera (re-  
 „ novato jam aureo sæculo) & leni purpuræ &  
 „ sa-

„ saturo crōci rubore infectum iri sua sponte  
 „ auguratur. Lutum autem aptissimè vertit  
 „ poēta, quod illis est μάγμα, tum ob subigen-  
 „ di significationem, quam indicavimus, tum  
 „ à spissitudinis (qua videlicet lutum ex æquali  
 „ humidi cum terra permittione constat) ar-  
 „ gumento: nam pari ratione liquato per co-  
 „ lum (id namque Dioscorides innuit eo quod  
 „ dicit ἐν τῷ διηθήναι) crocino oleo residuum  
 „ quod relinquitur recrementum, luti non ab-  
 „ simile est. Porro Sandyx color est, si Sui-  
 „ dæ credimus, coccineus, χρῶμα κόκκινον. He-  
 „ sychius fruticem arboreſcentem esse annotat,  
 „ cuius flos cocco assimilem colorem reddat.  
 „ Sandicem fieri tosta cerussa æquis portioni-  
 „ bus admixta rubrica, tradit Plinius, in eo  
 „ vanus (ut equidem opinor) quod putarit Vir-  
 „ gilium existimasse sandicem hoc in loco her-  
 „ bam esse, quum tamen ē diverso cuivis preſ-  
 „ ſius rem inspectanti manifestum futurum sit,  
 „ non de herba, sed de colore poëtam ſenſiſſe.

Quæ dicantur περιπολίες. Item Hesychius  
 emendatus.

**B**rodæus Gallus multijugæ lectionis ho-  
 „ mo, περιπολίες rectè ſcripsit pura eſſe in  
 „ templis vafa aqua lustrali plena, qua aut fa-  
 „ cerdotes aut æditui ingredientes asperge-  
 „ rent,

„ reht, sed tum ex iis, quæ citat, autorum  
 „ testimoiiis, tum quæ à me observata sunt,  
 „ alias vocis istius significationes deprehen-  
 „ disse mihi videor: nam non ad vasā modò  
 „ lustralia, sed & ad lustricas, sive asperso-  
 „ ria vocabulum extendi certum est, quibus  
 „ aquam lustralem aspergebant: præterea  
 „ & ad locum pura aqua circumlata expia-  
 „ tum. Nunc autoritatibus meam opinio-  
 „ nem confirmare & approbare aggrediar,  
 „ si priùs admonuero falli Cælium, qui hac  
 „ voce significari instrumenta abluendis ma-  
 „ nibus comparata annotavit. Suidas ex in-  
 „ certo autore, καλὰ δὲ τὸ μέσον τοῦ ἐνδιαιτήμα-  
 „ τος καλπεῖσθε χρυσᾶς ηγῆ περιρράντηεια, id est,  
 „ in media æde urnæ aureæ & lustralia va-  
 „ sa. Pollux lib. primo, τὰ πρὸ τῶν ιερῶν  
 „ περιρράντηεια, vasa aut capedines aquæ puræ  
 „ vocat, qua ante ingressum in templum lu-  
 „ strabant se. Nam quod Pausanias in Atti-  
 „ cis ait, ὃς τὸ περιρράντηειον ἔχει, incertum  
 „ me facit, an vas lustricum, an potius as-  
 „ pergium intelligat. & in illo Luciani de  
 „ spura & profligatæ vitæ homine dicto,  
 „ πόσων περιρράντηειων, πόσων ποταμῶν δει; id est,  
 „ quot perirranteriis, quot vivis fluminibus  
 „ opus habet? videtur ipsius lustralis aquæ  
 „ significatio includi. At pro aspersoriis ma-  
 „ nifestè Theodoritus extulit, ibi; ἐκατέρωθεν

„ δὲ τῶν θυρῶν ἐισήκεισαν νεώκοροι, πειρράντηειαι  
 „ τὰς ἐισίνης προκαθαιρόντες. Utrinque ad ja-  
 „ nuas stabant æditui, lustricis ingredien-  
 „ tem multitudinem lustrantes, vel aqua cir-  
 „ cumferentes : est enim hoc in ritu non  
 „ pervulgati usus istud verbum, Plauto Vir-  
 „ gilioque notum, quod πειρράντηειαι Sozome-  
 „ nus dixit. Quæ verò Ἀ. schines adversus  
 „ Timarchum & Ctesiphontem ἀγορᾶς πε-  
 „ ειρράντηειαι nominat, puto designare fori  
 „ sive tribunalis locum circumscriptum &  
 „ sacrum, lustralis aquæ aspergine purum  
 „ & sacrosanctum : quod ipsa hujus autoris  
 „ verba docebunt, ὁ μὲν τὸν νομοθέτην τὸν  
 „ ἀσερίτευλον καὶ τὸν δειλὸν καὶ τὸν λιπόντα τὴν τά-  
 „ ξιν, ἔξω τῶν πειρράντηειων τῆς ἀγορᾶς ἔξειγει.  
 „ id est. Proinde legislator caularios, mi-  
 „ litiam detrectantes, timidos, & stationis  
 „ desertores excludit & arcet fori perirran-  
 „ teriis. Addendum est hoc loco ritus cir-  
 „ cumferendi ex Polluce ; qui namque lu-  
 „ stuosam funere domum ingressi fuerant,  
 „ dum exirent, aquæ aspersione lustraban-  
 „ tur : sic enim ait ille lib. 8. οἱ ἐπὶ τὴν ὄμιαν  
 „ πενθοῦντος αὐτικνέμενος ἔξιοντες, ἐναθαιρόντος ὑδατος  
 „ πειρράντηειαι. Quod & Hesychius non  
 „ prætermisit, scribens vasa lustrica aquæ  
 „ plena apud atrii januam poni solere, un-  
 „ de à mortuo egredientes, expiationis ergo,  
 „ asper-

„ aspergebantur , quæ vasa à rigandi argu-  
 „ mento ἀρδανίᾳ etiam dicebantur, Suida quo-  
 „ que attestante , & Doricē κύμβαλα : obiter  
 „ enim emaculandus est Hesychii codex in  
 „ quo legitur ἀρδανίαι , & quæ verba ibidem  
 „ leguntur , οἱ πρὸς ἐμφανισμὸν ἔξιοντες περιπέ-  
 „ ωνται , ausim affirmare ab autore aliter pau-  
 „ lo scripta , hunc in modum , οἱ πρὸς ἐνα-  
 „ γισμὸν ἔξιοντες περιπάνωνται. Judicium penes  
 „ doctiores esto.

**Catonis dictum expenditur , & Celia locus illustratur.**

**F**Ori tabem meritò sugillat Tacitus ;  
 „ quippe quod ut tabes bonis plerisque pe-  
 „ riculum capitis vitæque creabat , & civi-  
 „ tatis opes carpebat & depascebatur ; ne-  
 „ que injuria est quod Plutarchus lib. de fœ-  
 „ nore forum appellat ἀσεβῶν χῶραν , id est ,  
 „ sceleratorum & impiorum hominum contu-  
 „ bernium. quòd Plutarchi dictum postquam  
 „ recensuit Celsus Rhodiginus multæ lectio-  
 „ nis homo , subjicit hæc verba : Ex quo ar-  
 „ bitror M. Catonem censuisse forum muri-  
 „ cibus sternendum ; quasi dicti argutiā pe-  
 „ tenda fuerit ex illo Plutarcho loco : sed  
 „ invenustè prorsus atque illepidè , bona viri  
 „ pace dixerim , judicavit. Nam Catonis Cen-

„ sorii dictum illud à Plinio inexhausto ingeniorum fonte memoratum eò spectavit,  
„ quod innuere voluerit, forum, ubi de salute, de fortunis litigatur, proscriptio-  
„ num armarium, cædium sectionumque officinam, propterea muricibus esse ster-  
„ nendum loco laterum aut silicum prop-  
„ ter asperitatem pedibus molestam, quo videlicet locum inauspicatum, calumniis exitialem, & dissidiis perpetuis funestum omnes vitarent. Est enim murex Græcè οὐράνιος, de qua voce antea scripsisse memini, & buccini genus turbinati, aculeis asperi: & apud historicos tribulus ferreus te-  
„ tragonus, aculeis promicantibus in quam-  
„ cunque cadat partem pedibus præsertim equinis infestum, cuius magnus militiæ usus esse solet. Est item & prominentis saxi asperitas apud Virgilium, ibi: In acu-  
„ to murice saxi. Itaque Plinius oblique su-  
„ gillat Marcelli Octavia Augusti sorore ge-  
„ niti factum prodigum, qui in sua ædili-  
„ tate forum Romanum velis inumbrarat,  
„ quo litigantes salubrius consisterent, ni-  
„ mirum illæsi a solis fervoribus, quos ve-  
„ la obtenta excludebant. Adjicit deinde memorabile istud Catonis dicterium, fo-  
„ rum damnantis execrantisque, in hæc ver-  
„ ba, Quantum mutatis moribus Catonis  
„ Cen-

,, Censorii , qui sternendum quoque forum  
 „ mūricibus censuerat . ”

## C A P U T XII.

*An supplicium rotarium veteribus cognitum fuerit.  
 Inibi Ammiani locus animadversus. Quod  
 item tormenti genus Rota.*

**A**N dirissimi exempli supplicium apud Germanos nimis quām usitatum , quo in latrones viarum infessores animadvertunt , rotarum radiis incussis membra diffringendo , quodque lentæ mortis ludibrio , si quod aliud , vel maximè infame est , an illud inquam veteribus etiam inter exquisita poenarum genera fuerit cognitum , inciderat in convivio quæstio : cujus rei cognitio quum ad me esset rejecta , respondi illico , videri mihi atrocissimi hujus tormenti genus apud Ammianum Marcellinum Palatinæ historiæ scriptorem extare , postulatoque codice locum ostendi ex vicesimo primo libro , ubi sic ait : Romulus post eum & Sabostius currus axi vindicti , fuere dispiaci , ut proni in studia senis : alii rotarum poena consumpti sunt . Certè , quantum ego per video , non subolet mihi alterius supplicii mentionem hīc fieri , quām ejus , de quo nata controversia est : duorum enim simul meminit acerbissimorum suppliciorum , unius , quod Metii exemplo qua-

drigis in diversa nitentibus corpus passim distractum, quod iste dispicare vocat (nisi potius legendum sit voce Varroniana, dispercati, à displicando, quod in diversum agi distendique significat) alterius verò, quod incusū rotæ diffraictis cruribus cæterisque artibus, dirissimo cruciatu prorogatam mortis lentitudinem adfert, quod ipse rotarum pœna consumi vocat, nonnulli crurifragium, quasi σκελοκάθεξιν Græcè dicas, appellitant.

„ Ejus supplicii meminit & Polybius libro primo his verbis, κολοβώσαντες δὲ καὶ συντείψαντες τὰ σκέλη, ἐπὶ ζῶντας ἔρριψαν εἰς τινὰς τάφρου. id est, Mutilatos & confractis cruribus, vivos adhuc in altam quandam scrobem abjecerunt. De eodem putatur Theophrastus locutus esse, quum negat in rotam beatam vitam non ascendere, volens innuere beatitudinem cum supplicio nihil habere commune. ” Hujus etiam similisque supplicii exemplum in Mario Juniore factum legitur apud Julium Firmicum lib. i. cuius fœditatem operosam autoris verbis adscribam. Prætorio, inquit, viro, minori scilicet Mario, qui judicio omnium bene meritus de repub. videbatur, Syllana jussione elisa sunt prius crura: deinde dejecta de statu corporis brachia humerūm tenus dissoluta, ceciderunt: tertio amputata lin-

lingua necem reliquit in faucibus : ad postremum omni parte corporis mutilata , oculi, qui fuerant spectatores & superstites , egeruntur : & vix anima tantis vulneribus erogata est , cum hinc inde membris fluentibus minutatim spiritus carperetur. Alioqui olim in cruce suffixis effracta fuisse crura , etiam Euangelii praecones testantur. Diversum à rotaria hac lacinandi corporis ratione , tormenti genus fuit apud Græcos Rota sive τρόχος , quo servi rotis illigati flagris proscindebantur : de quo Aristoph. ἐπὶ τροχῷ γέ ἔλαχοι μαστίγεμενος , id est , Flagellandus in rota trahatur. Suidas etiam Rotam exponit pro fidiculis eculeove , quo fontes extensi in quæstione habebantur : sic enim sonant ejus verba , τρόχος , ὄργανον θαυματικὸν καὶ διατεῖνον τὰ σῶματα. Aristoph. ἐνθὲ τῇ τροχῷ σρεβλάγμενον δέ τοι πετεῖν ἀπεπανθέγητας . hoc est. Oportet te rota extortum flagitia tua profiteri.

## C A P U T XIII.

*Quid sit apud Synesium thiasotes , sive socius Cotyos.*

**A** pud Corinthum urbem Veneri operatam Cotys dea colebatur , quæ & Cotytto , turpitudinis & præposteræ libidinis præses : in cuius tutela obsecœni infamium amorum sectatores & cinædi erant ,

quod ex Suida facile constat. Hinc apud Synesium Ptolemaidos episcopum, luculentum sanè autorem, molles & effeminati homines parumque viri, Θιασώται κότυς, id est, sodales aut asseclæ Cotyos, proverbiali specie dicuntur: quod ex ipsius verbis abundè clarè liquebit, ac primum in epistola cuius initium tale est: ὥσπερ ἀλλοτε πολλάκις ἐπὶ τῶν καυγῶν &c. Quemadmodum sæpe alias oblatæ occasione prodesse tibi studui &c. Sic inquit, ἀλλὰ νῦν σεργεώτερος εἴναι δοκῆ, Θερρῶν ἀποφάνετὸν ἀνδραῖημίγυνον, αὐτόχειρια Θιασώτην τῆς κότυς, hoc est: At tu hominem, tametsi integerimus videatur, audacter pronuncia semivirum esse, & re ipsa Cotyos sodalem. Alibi in epistola ad fratrem flagitiosæ vitæ hominem designans, ait illum κοτυτλοῦ νεωκορεῖν, hoc est, Cotyttūs æditimum esse. Clarissimè verò ostendit hoc in Calvitii encomio, ubi postquam dixit Clisthenes, Timarchos, aliosque omnes, qui lucro formam prostituunt, molles præterea & effeminatos universos esse τελχοπλάσας, hoc est, calamistraturæ studioſos, subinfert: Nunc, inquit, quod quis fit Θιασώτης τῆς κότυς, id est, Cotys sodalis, nullum aliud hujuscce rei indicium fuerit, quam si cincinnos componat sæpius, & unguento delibutos præferat, hunc in promptu est dici & Cotyos deæ Chiorum & Ithyphal-

lis,

lis, hoc est, Priapi sacris operatum esse. quo loco sodalem Cotys nuncupat eum, qui sit; profligatae pudicitiae. Apud Phavor. legitur Cotys esse αἰσχρεγίας ποιητὴ, apud Suidam τῶν αἰσχρῶν ἔφος. Eupolis Comicus Corinthiis, aduersus quos Baptas scripsit, objicit Cotyn Φορτικὸν δάμωνα, gravem & improbam deam, quod apud Hesychium lectum est. Meminit hujus deæ & Aeschylus in Edonis, fabulæ id nomen est, his verbis: σεμνὰ κότυς ἐν τοῖς ἡδωνοῖς, id est, Veneranda & sancta inter Edonos Cotys. Et libro decimo Strabo. Illud verò observa, Synesio. Cotyn Chiorum divam esse, quam Suidas Corinthiacam faciat.

## C A P U T XIV.

*In Nicolao Alexandrino restituta vox perperam ab interprete interpolata.*

**I**N ea semper sui opinione, quod nunquam temerè reponendum sit aut immutandum quidquam ex recepta lectione apud autores sive Græcos sive Latinos, nisi aliud evincat vel ratio, vel melioris notæ codicum consensus & autoritas: eosque qui hanc in partem impingunt, latæ culpæ reos judicavi semper, qui temeritatis suæ conscientiam tueri nequeant. Istud quum Nicolao Alexandrino myrothecii medici auctori (quem Myrepsum

nominat Fuchsius) accidisse animadverterem, succurrere illi optimum fore ratus, luxatam particulam suoque loco emotam reponere medica ope, & rejecta supposititia, solidare sum aggressus: quod ipsum non ægrè latum Fuchsium, pro suo candore (qui germanæ eruditionis perpetuus comes esse debet) existimo. Locus est in descriptione unguenti Populnei, ubi meminit, adipis suilli recentis salis expertis, Græcè legitur  $\alpha\pi\alpha\varsigma$ , ut ipse annotat: quam vocem, quia grammaticorum vulgus jejunum significare scribit, rejicit ille, & numero summovet, lectioñem esse corruptam affirmans, ejusque vice legendum potius  $\alpha\nu\epsilon\iota\alpha\lambda\alpha\tau\circ$ , arbitratur, sed sine sale. Est enim vox illa  $\alpha\pi\alpha\varsigma$  longè elegantissimæ significationis, pro non salito, aut salis experite, composita ex  $\alpha$  negandi particula, &  $\omega\alpha\sigma\sigma\epsilon\iota\omega$ , quod signat etiam condire sale, muriave conditanea salire. ita nanque apud Phavorinum legas,  $\omega\alpha\sigma\sigma\epsilon\iota\omega$ , τὸ τιθέναι  $\alpha\lambda\alpha\varsigma$  πρὸς ταριχεῖαν, ad conditaram salēm adjicere: unde deductum est illud apud Aristophanem  $\epsilon\pi\pi\alpha\varsigma\alpha\lambda\epsilon\chi\epsilon\iota\omega$ , salgama illingere. Proinde quicquid sale conditum non est,  $\alpha\pi\alpha\varsigma\omega$  eleganter dicitur, quomodo iste autor  $\varsigma\alpha\lambda\alpha\omega$   $\nu\epsilon\iota\omega$   $\alpha\pi\alpha\varsigma\omega$  τὸν  $\pi\varrho\sigma\sigma\Phi\alpha\tau\omega$  καὶ  $\alpha\lambda\alpha\varsigma\omega$  dixit. Cæterum  $\alpha\pi\alpha\varsigma$  in priore significatione non jejunum modò, sed eum, qui ei-

cibum omnino non delibet , denotat , à πάσας , quod ita apud Homerum capit , ubi ad Achillem inquit Priamus , apposita mensa , νῦν δὴ καὶ σίτε πασάμην . nam verisimile est , in tanto animi angore positum Priamum , delibasse modò cibum , quem dolor ob amissum filium non patiebatur affatim explere se . tametsi ad implendi usque significationem extendatur quoque hoc verbum , ut apud Eratosthenem : Οπέλεα κρέα

Ἐκ τέφεν ἐπάσαντο , τάτ' αὐγρώσσοντες ἔλοντο . id est :

*Diripiunt verua , atque assis se carnibus explet.*  
Et apud Callimachum :

μύθες δὲ πασάμην ἥδιον . id est :

*Me magis exatiarit fabula grata.*

### C A P U T X V :

*Ammiani locus emendatus de insulis è profundo egestis , & de terræmotuum generibus.*

**A** pud Ammianum hist. lib. 17. ubi terræmotuum genera , quibus terra aut egeritur , aut complanatur , aut in voragine dehiscit , enumerat , locus extat corrup- tiss. de terræmotib. & de insulis terræmotu sursum propulsis & enatis , ubi talis est lectio : Fiunt autem terrarum motus modis qua- tuor : aut enim Palmatiæ sunt , qui humum molestius suscitantes , sursum propellunt im- ma-

manissimas moles , ut in Asia Delos emersit , & Hiera , & Anaperodus , Ophiusa & Pelagia prioribus seculis dictitata , aureo quondam imbri perfusa , & Eleusim in Bœotia , & apud Tyrrhenos Vulcaniæ , insulæque plures : aut Schismatiæ , qui limes ruentes & obliqui , urbes , ædificia , montesque complanant : aut Chasmaticæ , qui grandiori motu , patefactis subito voratrinis terrarum partes absorbent , ut in Atlantico mari , Europæo orbe potior insula , & in Chryseo , Helice & Bura , „ Vide Stobæum Sermone „ 103. ” & in Ciminia Italiæ parte apud oppidum Succunium esse profundos hiatus terræ , qui æternis tenebris occultantur . Inter hæc tria genera terræ motuum Mycrematiæ sonitu audiuntur minatorio &c. Tu sic castiga in meliorem formam : Delos emersit , & Hiera , & Anaphe , & Rhodus , Ophiusa & Pelagia prioribus seculis dictitata , aureo quondam imbri perfusa , & Eleusin in Bœotia , & apud Tyrrhenos Vulcaniæ , insulæque plures . Aut σχισματίαι „ ( vel potius „ σεισματίαι ex Laërtio in Zenone . ) ” qui limes ruentes : & sic deinceps . & iterum : aut χασματίαι , qui grandiori &c. & mox : & in Crissæo Helice & Bura : & in Ciminia Italiæ parte apud oppidum Flavinum esse . Deinde : Inter hæc tria genera terræmotuum μυκητίαι fo-

sonitu audiuntur minatoria. Sed , ne quis temerarios nos existimet , lectionis fidem autorum dictis fulciamus. Nam quod Delos è mari emerserit , præter nominis etymon Ἀλός δηλούσθαι confirmat Aristoteles , Plinius , & Eumenius rhetor. Quod in Ægeo, inquit , mari semel contigit , ut quæ operta fluctibus yagabatur , repente insula Delos existeret. Quod autem divisim Anaphe & Rhodus legendum sit , ascribenda erunt properea Plinii verba hunc locum confirmantia ex lib. 2. cap. 87. Claræ , inquit , jam pri- dem insulæ Delos & Rhodos , memoriæ pro- duntur enatæ , postea minores , ultra Melon Anaphe. & paulò pòst : Inter ejusdem Hiera , eademque Automate. E quibus ver- bis distinctionis veritas simul & lectionis elu- cet clarius , quam ut admoneri debeat. De Rhodo verò præter Philonem lib. de mun- do , consentit & Heraclid. in lib. de Politiis: ρόδιον τὴν νῆσον τὸ παλαιὸν κεκρύφθαι λέτεσιν ὑπὸ τῆς θαλάσσης , ἀναφανῆναι δὲ νερον ξηρανθεῖσαν id est : Rhodon insulam antiquitus mari oper- tam fuisse perhibent , postea arefactam emer- sisse. quæ quod Ophiusa olim dicta fuerit , idem autor scribit , & Eustath. à multitudi- ne serpentium ibi nascentium , quos tempe- state eò delatus Phorbas Triopæ filius sustu- lit , quod Hyginus addit lib. 2. astro. An  
ve-

verò eadem insula Pelagia appellata fuerit à priscis communi omnium maris insularum cognomine, quando ~~ποντίας~~, id est, æquoream eam dixit Pindarus, haud scio: certè inter omnia hujus insulæ cognomenta, quæ varia à Pli. lib. 5. cap. 31. recensentur nullum tale invenio: ostendit enim vocitatem esse antea Ophiusam: Asteriam ab astri similitudine, ut suspicor: Æthræam à serenitate, quæ tanta illuc est, ut nunquam tanta nubila obducantur, ut non aliqua hora sol cernatur: Trinacriam à tribus eminentibus oppidis, Lindo, Camiro, & Jalyso: Corymbiam à racemorum hederæ specie: Pœëssam ab herbido virore: & Atabyriam à rege. Addit Strabo lib. 14. Stadian quoque appellatam, & Telchinida, à Telchinibus fascinatoribus: quod repetit & Eustathius, Strabonis verbis libenter sua scripta exornans, nisi quod Stadiæ nomen in commentariis Dionysii, sive quod desideraretur in suo exemplari, siue quod suspectum sibi nomen præterire tacitum, quam proferre maluerit, plane omisit. Quod si divinationi locus conceditur, pro, Pelagia, præcisa prima syllaba, Lagia, legero: siquidem certum est cognomina pleraque insularum aliis atque aliis esse communia: quandò & Ophiusa dicta sit Cythnaus, & Tenos, Stephano Plinioque,

&amp;c

& Colubraria in mari Iberico , testantibus Plinio & Solino. Similiter Asteriae cognomen , quod Rhodo tribuit Plinius , etiam Delo cessit , si Callimacho , Solino , Stephano , aliis , credimus. & sic de cæteris. Proinde fieri potuit , ut à proventu venatuque leporum appellari Lagia meruerit ἀπὸ τῶν λαγῶν quod cognomen à simili eventu Delon obtinuisse refert Solinus. Quod ad aureum imbre attinet , fabulæ assertores sunt Homerus in Bœotia , & in Olympiis Pindarus , his verbis :

Ἐνθά πόλει βρέχε θεῶν βασιλεὺς χρυσᾶς νιφάδεσσι  
ωάλιν.

*Ubi aureo imbre pluit Divum rex. de Rhodo loquitur. Quod sequitur , Eleusin in Bœotia , hoc aliquandiu suspensum animi me tenuit , quum scirem Eleusina ab autoribus omnibus in Attica poni , mysteriis Cereris nobilem : itaque suspicatus fui reponi posse loco Eleusinis Creusis , quod Bœotiae oppidulum tradit esse Stephanus , & in Bœoticis Pausanias , Thespiensium navale , præsertim quum ea vox affinitatis plurimum habeat cum Eleusin : putarimque fieri potuisse , quod scriptoris vitio Eleusin pro Creusis ut ignotiori nomine , illo celebriori , reposita fuisset. Sed ita fluctuantem reduxit in viam Plinius , cap. 92. secundi lib. αὐτοῖς ἀνέμασται scri-*

scribens, similiter in Bœotia & Eleusina? quanquam is locus ex diametro pugnat cum isto: illic enim haustam à ma i Eleusina prædicat Plinius: hic eandem ponit inter enatarum exempla. quare hæc verba, & Eleusin in Bœotia, transponenda esse arbitror in tertium genus terræmotuum post illa, quæ sequuntur, hunc in modum: Et in Crissæo Helice & Bura, & Eleusin in Bœotia: quandoquidem in uno capite referuntur etiam à Plinio, titulo, quæ urbes haustæ sint à mari. Judicium ejus rei penes doctos esto. De Vulcaniis insulis certa quoque res est, affirmante idem & Plinio cap. 88. lib. 2. ubi Æolias eas nominat: eadem enim sunt Hephestiades, Vulcaniæ, Liparaeorum, & Æoliæ, ejusdem autoritate lib. 3 cap. 8. Porro quod limis ruentes legendum sit, non limes, ipse autor declarat, subdens, & obliqui, ut obscurius à se dictum explanet: aut ut Aristotelis verba reddat, qui inquit, εἰς τλαγια σέιοντες. Illud vero majoris momenti est, quod pro Chryseo Crissæum reposui: pro quo sciendum Buram & Helicen in sinu Corinthio collocari à Plinio cap. 92. in hæc verba: Pyrrham & Antissam circa Maeotin pontus abstulit, Helicen & Buram in sinu Corinthio, quarum in alto vestigia apparent. Constat autem Corinthium finum

con-

confundi cum Grissæo, sic dicto à Crissâ Phocidis emporio, qui sinus hodie à Venetis appellatur il golfo de Patras. ita Strabo lib. 7.  
 τὸν δὲ τὸν αὐτοχθόνην, τοῦ κορινθίαν, τοῦ  
 ἀρισταῖον ἐκπληγοῦ κόλπον, quod mare implet Ambracium, & Corinthiacum, & Crissæum sinum. de quo & Procopius lib. 1. de bello Gothorum: Sinus, qui Crissæus dicitur, in Lechæum desinens, ubi & Corinthus civitas est. Buræ verò & Helices meminit Strabo lib. 8. Arist. lib. de mundo, & Callisthenes apud Senecam lib. 6. natur. quæst. Quale verò fuerit oppidum Succunium in Ciminia, nusquam invenio, pro quo Flavinium substitui, non valde devium à vocis Succunii literarum tractu, duetus auctoritate Virgilii, qui in 7. Flavinia arva & Ciminum lacum montemque conjungit: nisi mavis Fescennium ex Portio Catone in Originibus, qui in secunda Thusciæ gente ad Ciminia juga Fescennium enumerat: aut si quis Sutrium malit reponi, cuius ibidem fit mentio. alias aliud substituat, si videbitur, neque enim exploratum est mihi quicquam, ut dicam ingenuè: nam Plin. cap. 96. dicit simpliciter in sylva Ciminia loca esse, in quibus in terram depacta extrahi nequeant, non addito loci oppidive confinio. de cuius rei fabuloso ortu lege Servii annotata in 7. Aeneid. Atenim & lacus Ciminii & jugorum Ciminio-

O

rum

rum meminit Cato, uti sylvæ Plinius. Postremò μυκητίαι, quam vocem pro Mycrematisæ substituimus, apud Aristot. lib. de mundo, unde hæc per occasionem deflexa sunt, terræ motus ii dicuntur, qui mugitu quodam terræ viscera quatunt, ἀπό τὸ μυκᾶν, à mugiendo. ita enim inquit: μυκητίαι σέιοντες τὴν γῆν πελὰ θεόμε. unde subjicit postea Ammianus: Tunc enim necesse est velut taurinis reboare mugitibus fragores, fremitusque terrenos. Sed pro loci correctione video me penè justi commentarii vicem expleuisse.

## CAPUT XVI.

*Galeni commentarius ex lib. I. de Articulis germanæ lectioni redditus.*

**A** Pud Hippocratem sub finem lib. I. de articulis perperam legitur σενοχωεῖν, quum legendum ibi sit σενυγροχωεῖν, ut ex Galeno discas; cuius tamen commentario vix quicquam depravatius inquinatusve invenias, quem, ut est mendis prodigiose deformatus, non pigebit subjicere, quo doctiores & qua judicij lance, re ad amissim expensa, suum adjiciant calculum: cuius verba ita leguntur ferè: εἰσὶ σύνθετον ὄνομα τὸ ἐν ὑγρῷ χωεῖω ἔκτε τῷ ὑγρῷ καὶ τῷ σενῷ καὶ τῆς χώρας γεγονός, ὡς τινες νομίζουσι, ἀλλ' ἀπὸ τῷ σενόχωρον, ὅπερ ἔδι αὐτὸ τάλεον σημάνει τῷ σενῷ, κατὰ τοῦτο γεγενημένης

SENO

σενοχωρίης, μηδὲ πλέον δηλώσης τῆς σενότη<sup>Ω</sup>, εὐδηλον δὲ τότε καὶ ὃν σιμωνίδης ἔιπε, ὠδέπως ἔχοντων, όπω τις θτω δι' ασκίοις ἐν θρεσιν ἀνήρ λέγοντας δις ἐν γδὲν παρδαλεῖν μεν<sup>Ω</sup> τ' ἐν ὑγρῷ συντυχών ἐν αἰτροφίᾳ. Quid, deus bone, istis monstrofius? nunc germanam, meo quidem judicio, lectio-  
nem habe: ὅκ ἔσι σύνθετον ὄνομα τὸ σενυγροχωρίη, ἐκεί τῷ σενῷ καὶ τῷ ὑγρῷ καὶ τῆς χώρας γεγονός, ὡς τινες νομίζουσιν, ἀλλ' αἴπο τῷ σενυγρῷ, ὅπερ γδὲν αὐτὸ πλέον σημάνει τῷ σενῷ, κατὰ πανδαγωγήν τινα γεγενημένης σενυγροχωρίης, μηδὲν πλέον δηλώσης, τῆς σενότη<sup>Ω</sup>. εὐδηλον δὲ τότε καὶ ὃν Σιμωνίδης ἔιπε ὠδέπως ἔχόντων,

Οὐκ ἀν τις θτω δι' ασκίοις ἐν θρεσιν  
Ανήρ λεόντ' ἔδεισεν, γδὲ παρδαλιν,  
Μῆν<sup>Ω</sup> στενυγρῇ συντυχῶν ἐν αἰτροφίᾳ.

In quibus senariis potest & δασκίοις legi, utraque lectione sensui accommodata, sive apri-  
cos, sive nemorosos montes dicas. Nostram  
lectionem defendit & Galenus lib. Epidem. 6.  
part. 2. ubi στενυγρῶσαι quid Hippocrati sit, de-  
clarat, ό γαρ ἔγκειται τὸ ὑγρὸν ἐν τῇ λέξει, inquit,  
καθάπερ ἀν τις οἰηθεῖται, μὴ γινώσκων ὑπὸ τῶν λάνθανον τὸ στενὸν ὄνομά γεσθῶσαι στενυγρὸν, & quæ sequun-  
tūr ex Simonide repetita. Hunc locum tam  
et si ante annos quatuordecim Bononiæ jam  
tum agenti mihi correctum, non potui non  
huc infarcire, ut emaculandi Græci codicis  
occasione habeant medicæ rei studiosi.

HADRIANI JUNII  
 ANIMADVERSORUM  
 LIBER QUARTUS.

## CAPUT I.

*Error Grammaticorum in etymo vocis  
 Euhys.*

**N**ter varia Bacchi cognomenta nullum est fermè frequentius, quam Evius, apud Horatium aliosque poëtas: quare mirari subit in voce trita & quotidiana, ut ita dicam, cur Latini grammatici Euhyus scribant litera suis vocibus avia (ut cum Terentiano dicam) y scilicet, quum Græcorum more, à quorum ritibus tracta vox est, Evius rectius scribi debeat. neque verò hoc solum, sed & etymon ejus adjiciant ab yōs, cuius in hoc cognomine nullum extat vestigium. siquidem Cornutus Persii interpres vetustus Baccho cognomen istud additum putat, quod, quum desideratus esset in prælio Gigantæo, Juppiter exclamarit, eñ yē, heu fili, ratus à Gigantibus imperfectum. Neque multò scitiùs fabulatur Acron, ita dictum anno.

notans, quòd mutato in leonem Baccho quum concidisset gigas, Juppiter factum speculatus laudansque exclamarit, εὐ ύε, bone fili: quod ego verterem, macte virtute fili. Sed ille ineptius longè εὐ ύε interpretatur, heu fili, quasi legas dictum, Φευ ύε. At enim verò valdicto illorum erroneo commento, Eviū cum Græcis, qui εὐιον, scribendum afferō, nomen derivans ab εὐοῖ, quæ vox bacchantium propria est, ita in Orgiis suis Deo suo acclamantium: quam Demosthenes in oratione de Corona Æschini objicit in sacris illis idem ab ipso acclamatam, & repetit ex eo Strabo lib. 10. in hæc verba: τῶν δὲ Φρυγίων μέμνηται Δημοσθένης, διαβάλλων τὴν αἰσχίνην μητέραν, καὶ αὐτὸν, ὡς τελεόσῃ τῇ μητρὶ συνόντα καὶ συνθισεύοντα, καὶ ἐπιφεγγόμενον εὐοῖ σαβοῖ πολλάκις. id est, Phrygiorum sacrorum meminit Demosthenes, accusans Æschinem, quòd cum matre sacris illis operata consuetudinem habeat & commercium sodalitii, acclameretque idem Evæ Sabœ: quæ duæ voces transierunt in Bacchi Evii & Sabassii cognomina.

## C A P U T II.

*Quid sit apud Ammianum, Ut Pygmæi vel Thiodamas agrestis: ejusque locus correctus.*

**A**mmianus lib. 22. ubi Juliani Imp. animi invictam constantiam, & susurronum  
O 3 con-

contempricem laudat, proverbiali schemate illud extulit: Frustra virum circumlatrabant immobilem occultis injuriis, ut Pygmæi vel Thiodamas agrestis homo Lindius cum Hercule. ita enim legendum autumo pro eo, quod connexa vocum serie Homolidius scriptum est. Innuit enim Julianum nihilo magis commotum fuisse blateronum aulicorum injuriis dicteriisque, quam Hercules Pygmæorum assaultibus exterritus fuerit: imo ea ipsa contempssisse risisse que, veluti Thiodamantis Lindii probra convictione inultus neglexit Hercules. Ad illud de Pygmæis allusit Alciatus Jurisconsultus in Emblemate quodam in eos, qui majora viribus aggrediuntur, suæ imbecillitatis non consciis, quod hunc in modum habet:

*Dum dormit, dulci recreat dum corpora somno  
Sub picea, & clavam ceteraque arma tenet,  
Alcidem Pygmaea manus prosternere letho  
Poffe putat, vireis non bene docta suas.  
Excitus ipse, velut pulices, sic proterit hostem,  
Et sevi implicitum pelle leonis agit.*

De Thiodamante verò ambiguam invenio historiam: nam Philostratus & Lactantius Lindium ex oppido Rhodi illum tradunt: Zezes & Callimachi interpres Dryopem faciunt, quæ gens est furtis latrociniisque famosa. cum quibus sentit & Pherecydes in tertio historiarum apud Tarrhæum. Habet autem fabula ita. Quum in

in Thiodamantem Lindium terram aratro pro-  
scidentem ex improviso incidisset famelicus  
Hercules, alterum ex jugo boum jugulat illo  
præsente & devorat; quam ille injuriam male-  
dictis ulcisci fuit aggressus: at iste illum sibi  
amarissimè conviciantem cum risu & cachinnis  
audiit. Exinde mansit apud Lindios ritus &  
consuetudo, ut bos arator Herculi cognomen-  
to Βεθοίνα immoletur cum multa dirarum im-  
precatione. Istud legas apud Philostratum in  
imaginum lib. 2. apud Laetantium libro 1. cap.  
21. & apud Nazianzenum σηλιτευτικῇ prima,  
cujus ista sunt verba: ὁ βεθοίνας τὸν γεωργὸν τυ-  
εχνήσας, καὶ τὸν αἴροτην βῆν λαφύξας, καὶ τὴν  
κλῆτιν λαβὼν ἐκ τῆς περίξεως. hoc est: Boviman-  
duco ille, qui oppresso vi agricola bovem  
aratorem abliguriit, è re ipsa nomen adeptus.  
& paulò post:

Λινδίοις εὐσεβὲσ, τὸ κατέρασθαι τῷ βεθοίνᾳ. id est:  
Pium opus habebatur apud Lindios diras im-  
precari Bovimanduconi Herculi, illique con-  
vicia facere, cultus loco erat. Huc spectat  
illud ab eodem ad Nemesium obscurius dictum,  
καὶ Λίνδῳ ἐφυβρίζοσ' ἱεροῖσι, Lindus, quæ sacris  
conviciatur. Sunt qui Herculem bis integrum  
devorasse bovem scribunt, semel apud Lindum  
urbem, & iterum apud Dryopas Thiodaman-  
tis bovem. Callimachus hymno εἰς ἀρτεμιν  
fabulatur Herculem jam in Deos relatum ni-

hilominus inexplicabilis edacitatis esse & gurgitem insignem ; & γαγ, inquit,

Πάνσατ' ἀδηφαγίνς, ἔτι οἱ πάρεχονδὺς ἐκένη.

Τῷ πότεροντι συνήντετο Θιοδάμαντι.

*Manserat ingluvies, necdum placata quierat,*

*Qua quondam occurrit sulcanti vomere terram*

*Thiodamanti. Ubi interpres in commentariis*

Græcis annotat Thiodamantem fuisse Dryopum regem : cui subscribere videtur & Lucilius Tarrhæus ex Archilocho & Pherecyde scribens, Herculem, esuriente Hyla puero, reliquoque à tergo pædagogo Licha, fortem obvium Thiodamanti, poposcisse aliquantum cibi; cuius quum repulsam tulisset, ira succensum diripuisse è bobus alterum, eoque magno epulatum fuisse: qua accepta iuria Thiodamantem in urbem regressum compulisse oppidanos ad arma adversus Herculem : ibi tum necessitate extrema circumventum Herculem etiam uxorem Deianiram armasse, prælioque superiorem Thiodamantem neci dedisse, gentemque omnem in alias sedes transportasse. Hæc ille.. Legitur autem non semel alias bovem totum absumpsisse helluo insignis Hercules : nam refert Pindarus illum Coronæ aedes ingressum integrum bovem, ut ne reliquum quidem os ullum relinqueret, abligurivisse: quod & Philostratus repetit loco antea citato. Quin & Ælianus variæ historiæ lib. 1. & Athenæus lib.

10. scribunt illum in contentionem venisse cum Leprea Cauconi, vel ut Ælianus, Glauconis filio, uter prior taurum devoraret.

## C A P U T III.

*Locus apud Athenæum & apud Jo. Zezen lectioni genuinæ restitutus, de Luyerse gulone.*

**I**Nexplebilis ista Herculis & prodigiosa voracitas admonet me quasi dedita occasione, ut sanare insistam verius Sosithei Tragici scriptoris de simili gulone Lityerse, qui nothus Midæ regis filius Celænis in Phrygia regnavit, homo vultu effero & truculento, sed bibo glutoque supra fidem maximus, qui totum vini dolium uno die ebibendo vacuabat, triumque cliteillariorum asinorum onus panes devorabat. Sed præstat autoris ipsius verba ex fabula Daphnis sive Lityerse inscripta referre: perperam enim apud Zezen Sosibius nominatur versuum autor, ut & fabulæ titulus Daphthis pro Daphnis. Adscribam autem prius lectionem, quæ videtur mihi sanior, emendaturus postea corruptam utrobique, apud Athenæum in decimo, & Zezen Chilidae 2. Versus sunt senarii trimetri:

Ἐτῷ δὲ ἐκένεις πᾶς παρεγίσθαστῷ νόθῳ,  
μητρὸς δὲ ὅποιας ή τεκχού εἰσταται,  
ἔσθει μὲν ὀρτυγες τρεις ὄλγες κανθηλίες  
τρεις τῆς βραχέιας ἡμέρας, πίνει δὲ ἀμά

καλὸν μετρητὴν, τὸν δεκάμφορον πίθον,  
ἔργαζεται δὲ ἐλαφρῷ πέδῳ τὰ φορτία.

Versum versu pro viribus conabor reddere:

*At filius Mida Celanæi nothus,  
Qua matre, dubium est, ipsa noverit parens,  
Treas quantum asellos prægravet, panes vorat,  
Brevi die, simulque deterget bibens  
Justum cadum, decem amphorarum dolium,  
Redditque jumentis onus portatile.*

Apud Athenæum loco præallegato tres soli jambici leguntur ad Polycletæam illam normam emendandi :

*Ἐσθει μὲν αὐτὸς τρεῖς ὅλγες κανθηλίες,  
τρὶς τῆς Βεργχίας ἡμέρες. πίνει δὲ ἐνα  
καλὸν μετρητὴν; τόνδε καρποφόρον πίθον.*

Posteriores duo apud Zezen male quoque scribuntur hoc modo:

*τῆς δὲ Βεργχίας ἡμέρες πίνει δὲ ἀμά  
καλῶν μετρητὴν. In his pro τῆς δὲ lege τρὶς τῆς.  
& loco καλῶν καλὸν, nisi velis ex Lityersæ  
æstimatione istud dici, quidolium vini decem  
amphorarum capax cadi sive meiretæ no-  
mine extenuando, velut rem nihili & pota-  
tu facilem vocitarit, quum tamen in mensura  
ingens sit discriminē: nam metretes seu cadus  
(idem enim sunt) sextarios duos & septuaginta  
complet teste Nicandri interprete: tantun-  
dem enim continent amphoræ duæ, quod do-  
ctissimè collegit Georg. Agricola. At dolium  
de-*

decem amphorarum qui e potarit , isti trecentos sexaginta sextarios in inexhaustam alvi voraginem demerserit ; cuius rei fidem penes autem deposuero. Illud verò de hoc Lityerse proditum quoque memoriæ est , quod viatores compellere consueverit ad resecandam falce colligendamve messem , quorum truncatis capitibus lacera corpora intra manipulos illigabat : occisus ab Hercule postea justissimas immanitatis suæ pœnas , graviores meritus , dedit.

## C A P U T I V .

*Apud Galenum locus emendatus in Græcis codicibus.*

Incredibilis illa & extra controversiam potentissima Romani Imperii majestas compellit meminisse me Polemonis Laodicæi rhetoris dicti , ne vitio scriptorum ut est corruptum latèrē possit. Ejus Polemonis complura memorantur à Philostrato in Sophistis egregiè dicta : at illud concinnum , & festiva brevitate memorabile est dicterium , quo Romam orbis compendium nominavit , quod à Galeno lib. i. commentariorum ἀπλούστερων in scripta relatum est , sed corrupta Græcorum codicum fide , ubi de sua profectione ita loquitur : Postquam diu multumque Smyrnæ egi , Romam absoluto secundo & tricesimo ætatis anno perrexī ,

rex, urbem tanta hominum copia inundantem, ut laborasse putandus sit rhetor Polemon, dum eam orbis compendium appellat. Græcè legendum est, ὡς εἰνέσθαι πολέμωνα τὸν ἀντρόεργον οἰκουμένην ἐπιτομὴν αὐτὴν εἰπόντες. perpetram enim in expletivas voculas soluta est distinctionis compages, in ἐπὶ τῷ μήνι. Huc adierit bere libet elogium ejusdem urbis Dionysii Halicarnassæ vocantis eam ἡγεμόνα γῆς καὶ θαλάσσης αἰτίας τολμίαν, principem terra marique urbem. & alterum Julii Frontini ex libello de aqueductibus in hæc verba: Regina & domina orbis indies, quæ terrarum dea consistit, cui par nihil, & nihil secundum: quod postremum ex Martiali in epigram. 12. mutuatus est ille, ubi sic ait:

*Terrarum Dea gentiumque Roma,  
Cui par est nihil, & nihil secundum.*

### C A P U T V.

#### *Juvenalis locus explicatus.*

**J**Uvenalis satyra duodecima inter cætera, quæ refert, Catullum naufragii metuentem in mare præcipitasse, enumerat,

*Urna cratera capacem, Et dignum sitiente Phola.  
vastæ magnitudinis & ingentem designans :  
quod illum mutuatum esse ex Stesichoro Ly-  
rico poëta arbitror, qui Centaurorum & La-  
pitharum convivium describens ait Pholum  
(quem*

(quem propterea hospitem Alcidæ nuncupat Lucanus) implevisse Herculi craterem trium lagenarum capacem, quem prior ipse obbibisset: amplum autem fuisse oportuit, qui urnam, hoc est, quatuor & viginti sextarios caperet, ut & τετλάγυνον. Est autem lagenarium vas, sed fictile, in quo vinum asservabatur in conviviis deplendum. Verba autem Stesichori ista sunt:

**Σκυφίον γέλαθών δέπτας ἔμμετρον ως τετλάγυνον**

**Πίεν ἐπισχόμενον, τὸ ράοι παρέθηκε φόλον κεράσας.**

Hercules (de eo enim loquitur) acceptum in manus scyphum plenum, trium lagenarum capacem, ori admoveens obbabit, quem Pholus ipsi infuderat. Meminit & Herculei crateris Statius, quem duo juvenes vix portabant.

### C A P U T VI.

*Vox quassabundus interpolata apud Macrobius.*

**Q**UATIENDI vocabulum ad temulentiam largioremque potationem traduxisse Horatium in Odis, exemplo Menandri in Adelphis, qui *κατασένειν* eo sensu usurparit, & Philemonis Comici, annotatum est à me in commentariis, quos in eum autorem scripsi: atque ab ea voce quassabundum dici videri pro ebrio apud Macrobius in saturnal. 5. cap. 21. ubi ait, Herculem factores veteres non

non sine causa cum poculo fecerunt, & non-nunquam quassabundum & ebrium. sed locum majore cum retractatione diligentius examinans, non sectionis ustionisve illum indigere, sed molli tantum malagmate opus esse judicavi, uti sanaretur: quod futurum est, si pro quassabundum (quæ vox in prædicta significatione Latinis auribus satis peregrina est) reponas cassabundum, quod vocabulum crebrò cadentem notat Sex. Pompejo teste, apud quem tamen male geminato scriptum invenio, deductum à verbo casare, ex iterativorum sive frequentativorum classe: pro quo receptius est aliud casitare.

## C A P U T VII.

*Locus Horatii expositus ex Sermonibus. Cur insani porcum Laribus immolarent.*

**D**E eo, qui insania non vexetur, dictum est ab Horatio lib. 2. Sermo. sat. 3.

*Immolet æquis Hic porcum Laribus.*

Cujus dicti rationem ab interpretibus non expendi demiror. Constat quidem ex Varrone de re rustica lib. 2. & ex aliis, porco immolato expiari insanos, quod vel ex joco Plautino in Menæchmis liquidò ostenditur, ubi ait: *Quibus hinc preciis vaneunt porci synceri? nummum à me accipe, jube te piari de mea pecunia, nam equidem insanum te esse certò scio.*

Et

Et iterum : Jube , si sapis , porculum afferri tibi : id quod dicitur homini insani cerebri & emotæ mentis. Cur verò id piaculi genus antiquis usitatum fuerit , dicam ego quod ex arcanis illorum sacris erutum opinor. Maniam Græci insipientiam insaniamve dicunt , sive , quòd mentem ultra modum laxet , à μανίᾳ , quod remissum & molle significat : sive , quòd pertinacius corpus teneat , & difficulter expellatur , quasi μονιάς dicas : sive , quòd ea capti solitudinem appetant , τὸ μονοθαυ , uti à Cælio Aureliano scriptis est proditum. Atenim Maniam hanc , undecunque appellationem sortita sit , Larum matrem fuisse cognominatam pronunciavit Varro lib. de analogia 2. & ex eo repetiit Arnobius lib. adversus gentes tertio. quin & Sex. Pompejus Maniam Manium deorum , qui iidem & Lares dicuntur , aviam matremve fuisse scribit : utriusque enim opinionis esse autores. Hinc factum sanè puto , ut vecordes homines & insani Laribus sacrificarent , ut qui ejusdem cum matre potestatis essent participes , aut qui propitio numine Maniam genitricem συμβωμὸν καὶ σύνταον placarent , insaniaeque asperginem detergerent. Meritò autem videtur immolari porcus Laribus , qui & Grundiles à grunniendi appellatione denominantur.

## C A P U T VIII.

*De nepotino luxu Chiesi cuiusdam Romani  
civis.*

**N**e potinis sumptibus superasse prodigiorum omnium ingenia Caius Caligula memoratur à Suetonio Tranquillo. Cleopatrae luxum immanem cœna unica refert Plinius. Sed reginæ potentissimæ & Imperatoris maximæ ista exempla sunt, & quidem rara: at privatum hominem ad prodigiōsi luxus enormem licitationem, non macelli unius, sed peregrini quoque orbis conturbatricem, aspirasse quis non merito maximo demiretur? Is fuit Augustinus quidam Chiesius Rom. trapezites, qui Leoni x. Pontifici Max. totique purpurei senatus cœtui, exterorumque Regum Legatis ob filium ab illo baptismi lavacro tinctum splendidissima (ut ita dicam) repotia conslituit; in quibus non satis fuit eduliorum omnis generis missuumque exquisitissimorum apparatu modum omnem ademisse, nisi etiam lances, pinaces, cæteraque cum escaria vasa, tum potus instrumenta ex argento affabré facta omnia in Tyberis præterlabentis alveum, inani luxus ostento, præcipitarentur, idque non una modo, sed pluribus quoque vicibus, quotiescumque scenicum illud ferculorum & mensarum choragium mutandum foret: atque ista parvo con-

constitisse æstimandum erat , nisi & alieno ex orbe petitarum immani precio avium (quas Psittacos nominamus) solæ linguæ variis in patinis conditæ , ultimo ferculo omnem luxus ostentationem longè superassent.

## C A P U T IX.

*De luxu temporum præpostero apud Rom. Item Pacati Drepani locus expensus.*

F Amosus istius hominis luxus refricat mihi memoriam planè similis luxuriæ Romanorum , in qua describenda quasi ex dicto certasse duo magni nominis Panegyristæ , qui ex vetustate nobis reliqui sunt , videntur , Mamertinus Promertinus Juliani prætorio præfetus , & Latinus Pacatus Drepanus : ille in Panegyrico Juliano , hic Theodosio Impp. dicto. Prioris verba sunt : Quin etiam prandiorum ac cœnarum magnitudes R. P. sanciebat , cum quæsitissimæ dapes non gustu , sed difficultatibus æstimarentur ; miracula avium , longinqui maris pisces , alieni temporis poma , æstivæ nives , hybernæ rosæ. Hæc ille : quæ æmulatione quadam ductus alter exprimere voluisse videtur in hæc verba : Neminem unum inveniri , qui auderet ad penum regiam flagitare remotorum littorum piscem , peregrini aëris volucrem , alieni temporis florem. Nam de-

P

licati

licati illi ac fluentes , quales tulit s<sup>e</sup>pe respub.  
parum se lautos putabant , nisi luxuria ver-  
tisset annum , nisi hybernæ poculis rosæ in-  
nataissent , nisi æstivam in gemmis capacibus  
glaciem Falerna fregissent . horum gulæ angu-  
stus erat noster orbis , nanque appositas da-  
pes non sapore , sed sumptu . Illis demum  
cibis acquiescebant , quos extremus oriens ,  
aut positus extra Rom. imperium Colchus ,  
aut famosa naufragiis maria misissent , quos  
invitæ quodammodo reluctantique naturæ  
hominum pericla rapuissent . Quæ verbosius  
adscripsi propterea , ut studiosi loca commit-  
terent inter se atque conferrent , quanta bre-  
vitas , quanta item exornatio utrinque hau-  
riri queat ad scribendi usum . Illud verò , quod  
sequitur in eodem autore , expensu dignissi-  
mum puto , ubi ait : Nonne cognovimus ,  
cujusdam retro principis non prandia s<sup>e</sup>pe ,  
sed fercula festertiū millies æstimata patri-  
moniorum equestrium precia traxisse ? Quis  
enim aut festertium millies , hoc est , vicies  
quinquies centena Coronatorum millia , uni-  
co prandio , ne dicam nunc ferculo , absuri  
posse crediderit ? aut ad eam summam ascen-  
disse censum euestrem ? fidem enim omnem  
transcendere magno discrimine videtur utru-  
que : siquidem lautitiae magnificientiaeque  
unicum exemplum , quod Cleopatra edidit ,  
cui

cui nihil astrui ulterius posset, centies se-  
stertiūm collegit, hoc est, ducenta quin-  
quaginta aureorum millia: & censum eque-  
streim sub Julio Cæs. quadringenta festertia,  
hoc est, decem coronatorum millia pepen-  
disse constat. Interpolandum igitur nonni-  
hil locum dubiæ fidei autumo, & legendum  
~~αξιοπιστέρως~~ festertiis mille, quæ summa  
etiamnum immanis est, quippe quæ ad vi-  
ginti quinque aureorum Coronatorum millia  
ascendat, & propiore aliquanto confinio at-  
tingat equestris census limites, quos cum  
imperio excreuisse verisimile est: ut ita le-  
gatur, non prandia sæpe, sed fercula festera-  
tiis mille æstimata &c. Sentire autem illum  
puto de Vero Antonino Cæs. qui convivium  
opulentissimum dedit, quod æstimatum fue-  
rit sexages centenis millibus festertiorum,  
ut id verbis Julii Capitolini repetam, sive  
quod idem est, sexages festertium: qua ta-  
xatione audita M. Antoninus Imp. ingemuisse  
dicitur, & publicum fatum doluisse: quæ  
summa in caput collecta, centena quinqua-  
gena Coronatorum millia constituit: ut inde  
colligere liceat, fercula nonnulla ad mille  
festertia pervenisse, hoc est, viginti quin-  
que millium aureorum summam. Evidem  
non detrecto, quin penes Budæum ejusmo-  
di locorum ~~επιστάτων~~ æstimatorem, aliosque

## C A P U T X.

*Locus ex Vellejo Paterno ad examen re-  
vocatus.*

**U**ti Cæcias nubes , ferrum Adamas , succinum aceres , catena suos nexus dicit , ita trahit loci unius occasio alterum : controversia enim illa supputationis iniquioris in apparatu cœnæ extrahit hanc , quæ in rationem repetundarum cadere posse videatur , quæ talis est . Nocte , quæ nefariam necem Julii Cæs. conjuratorum manibus interfecti secuta est , constat ex Appiano lib. 2. ejus pecunias cum imperii codicillis , sive Antonii , sive Calphurniæ uxoris jussu , quo à minus secura in tutiorem Antonii domum deferrentur , fuisse transportatas , quarum summa immensum discrepare invenitur , nisi , immutata paululum codicis Vellejani fide , concilietur inter se autorum consensus mutuus . Velleii verba sunt : H. s. septies milles depositum à C. Cæfare ad ædem Opis occupatum ab Antonio , actorum ejusdem , insertis falsis , civitatibusque corruptis , commentariis . Quæ summa nimis quam imensa est , ut quæ ad Gallicanæ monetæ rationem rem revocando contineat centies septuagies quinquies centena Coronatorum millia .

millia. Cui tamen nihil derogandum putarem , quum longè majora coëgisse Tiberius dicatur , nisi obstaret Plutarchi autoritas non uno in loco , quæ ad h̄ s millies hanc summam deducit : sic enim ait in Cicerone ; Donec Cæsar Augustus ex Apollonia veniens hæreditatem C. Cæsaris accepit , & cum Antonio in contentionem descendit ob bis mille quingentas myriades , quas ille è substantia Cæsaris occupabat. Hæc summa , si Romano more loqui insistamus , efficit h̄ s millies , hoc est , vicies & quinquies centena coronatorum millia , eademque fuerit cum Paterculi , si inducas expungasve vocem illam septies : inciditque fermè cum altera , quam idem Plut. in Antonio ad quatuor talenta deduxit , quæ vicies & quater centena Coronat. millia constituunt paululo minore summa , quam h̄ s millies complectatur . sic enim sonant ejus verba : ἡτε γυνη καλπερνία τισεύσασα τῶν χρημάτων τὰ πλεῖστα κατέθετο ἀρρώστον ἐκ τῆς οἰκίας , εἰς λόγον τὰ σύμπαντα τετρακισχιλίων ταλάντων. id est : Uxor Cæs. Calphurnia maximam pecuniarum partem in ædes Antonii deposita illius fidei eas credens ad summam in universum quater milie talentorum. Consensus horum locorum efficit , ut apud Paterculum legendum contendam seftertium millies , non autem se-  
pties

## C A P U T X I .

*De Batavia locus in Panegyrista resti-  
tutus.*

**I**N Panegyrico Maximiano Augusto dicto, de cuius autore dubia lis est, sive is Mamerinus fuerit, sive Belga, ita scriptum de Batavorum insula invenio. Quanquam illa regio divinis expeditionibus tuis, Cæsar, vendicata atque purgata, quam obliquis meatibus callidis interfluit, quanquam divortio sui Rhenus amplectitur, penè, ut cum verbi periculo loquar, terra non est, ita penitus aquis imbuta permaduit, ut non solum qua manifestè plaustris est cedat ad nixum, & hauriat pressa vestigium, sed etiam ubi paullò videtur firmior pedum pulsu tentata quantatur, & sentire se procul mota pondus testetur, ita ut res est, subjacentibus innata, & suspensa latè vacillat. Quibus verbis ita graphicè & ad amissim Bataviæ solum depinxit, ut nullus pictor melius, nullus rector ornatius magisve appositè dicendo assequi queat: nisi quod subesse mendas suspicio est, ita ut restituendam hunc in modum lectio- nem existimem. Quanquam illa regio divi- nis expeditionibus tuis, Cæsar, vindicata atque purgata, quam obliquis meatibus Scaldis in- ter

terfluit, quamque divertio sui Rhenus amplectitur, penè (ut cum verbi periculo loquar) terra non est, ita penitus aquis imbuta permaduit, ut non solum qua manifestè palustris est cedat ad nixum, & reliqua. Nam quodd pro callidis reposuerim Scaldis, non temerè nec sine autore facio. quid enim acervata bina epitheta præter Latinorum fermè autorum usum sibi volunt? quid callidi significatio huic loco aliena huc facit? Atenim ego facilem fuisse lapsum in duobus verbis non ita multum absimilis soni, ignorante scriptore, quid Scaldis esset, contenderim: nisi quis pugnet legendum esse Vahalis, quod alterius cornu Rheni nomen fuit, vel Cornelio Tacito teste, qui lib. 2. ita scribit: Rhenus uno alveo continuus, aut modicas insulas circumveniens, apud principium agri Batavi, velut in duos amnes dividitur, servatque nomen & violentiam cursu, quà Germaniam prævehitur, donec Oceano misceatur, ad Gallicam ripam latior & placidior adfluens, verso cognomento Vahalem accolæ dicunt: mox id quoque vocabulum mutat Mosa flumine, ejusque immenso ore eundem in Oceanum effunditur. Quibus ex verbis facilè liquet, alterum Rheni ostium, quod Belgicæ oram prævehitur, Mosæ nomine hodie clarum Vahalim super-

rioribus locis , ubi divertii initium est , di-  
ctum fuisse , fortassis ab arenæ , qua tingitur ,  
subruffo colore , quem Valum vocant , quo  
nomine equum ( quo Belisarius fortissimus  
dux in vectus fuisse legitur in Gothorum exer-  
citum ): subruffi coloris designabant Gothi ,  
jaculis solum illum appetentes , uti apud Pro-  
copium legitur . Quoniam autem Bataviæ  
solum ita ad ingressum intremit , & pressum  
fudit , concutiturque , quod de hac insula ut  
elegantissimè , ita verissimè dixit , hinc ego  
factum puto , ut Hollandiæ , quæ Bataviæ  
pars est , nomen à cavitate creatum sit : si  
quidem ad pedum pulsum concuti eam cer-  
tum est , & procul etiam pondus videri sen-  
tire , atque vacillare , velut aquis innatan-  
tem , rideat licet Martinus Dorpius hanc no-  
minis rationem . Addit & suam conjecturam  
de insulæ hujus nomine Petrus Nannius no-  
ster in suis symmictis , illum legat , si quem  
juvat ista cognitio .

## C A P U T X I I .

*Quod ethnici singulas corporis partes peculiaribus  
eternis super suis diis deputarint.*

**A** Nilis & frivolæ gentilium superstitionis  
plenissimi sunt libri omnes : at illud in-  
signiter ridiculam eorum opinionem testatam  
facit , quod singulas humani corporis parti-  
culas ,

culas singulos deos obtinere existimarent: quod Tiberianus in Prometheus ita extulit, ut dicat deos singulares sui partes homini contribuisse, quas sibi vindicent, suæque tutæ proprias agnoscant. Caput nanque Jovi deferunt, Neptuno pectus, cinctum Marti, quo spectasse Homerum putant in Agamemnone describendo:

ὅμματες οἳ τε κεφαλὴν ἵκελος διὰ τερπίκεραύνω,  
ἀρεὶς δὲ ζωνὴν, σέργον δὲ ποσειδάνων.

Frontem Genio sacram facit Servius; unde, inquit, deum venerantes frontem tangimus. Supercilia in Junonis tutela fuisse ait Sextus Pompejus, quod iis protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam à Junone tribui putabant, Lucina inde dicta. Oculos Cupidini Veneris filio, in quibus excubet, ceu specula quadam, tribuit Philostratus: Minervæ eos sacros tradit Fulgentius. Aurem Memoriæ consecratam refert Servius, quo respexit & Plinius lib. II. ita scribens: Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes attestamur. Et Virgilius:

*Cynthus aurem Vellit & admonuit.*

Locus item retro aurem dextram Nemesis attributus fuit, quo referimus, ut Plinii verbis dicam, tacto ore proximum à minimo digitum, veniam sermonis à diis ibi recon-dentes. Dextra Fidei sacra est, nam in fide

porrigitur, de qua alibi à nobis dictum abs  
undè est. Dorsum & posticæ partēs Plu-  
ni propriæ adscribuntur ab Artemidoro lib.  
1. Onirocrit. ubi ait : νῶτα ἡγε τὰ ὄπισθια πάν-  
τες πλέτωνται αὐτὰ καλόσιν ιδίᾳ Renes & in-  
guina Veneri adjudicantur. Pedes Mercurio,  
uti in libris τῶν φυσιολογημένον scripto  
proditum est à Democrito. Genua Misericordiæ consignavit antiquitas, quod ea sup-  
plices attingant, ad hæc manus tendant,  
hæc ut aras adorent, ut inquit Plinius. Mi-  
sericordiam autem in dearum numero fuisse  
olim, testatur ejus apud Athenienses ara,  
teste Pausania & Philostrato. Tali plantæ-  
ve pedum in Thetidis potestate fuerunt.  
Digiti Minervæ consecrati, Servio teste:  
quò referri potest illud Epigrammatarii Ru-  
fini :

ὅμιματ' ἔχεις ἥρης, μελίτη, τὰς χεῖρας αἴθηντος,  
τὰς μαζίς ταφίης, τὰς σφυρήτης θετίδος. id est:  
Lumina Junonis tibi sunt, dignique Minerva,  
Cum Thetidis talis, ubera Cyprigenæ.

### C A P U T . XIII.

*De talis mirum. Item Fulgentii locus à mendacibus assertus.*

**I**llud verò mirum mihi videtur, & feria-  
tis ingeniis altiore indagine exquirendum,  
an talorum ratio ad libidinis pruriginem ali-  
quid

quid faciat, quod à Fulgentio Placiade annotatum est: ait enim in talo venas esse, quæ ad renum, femorum, atque virilium rationem pertineant, unde & venæ aliquæ ad pollicem usque tendant, quod tractantes & physici & mulieres ad obtainendos partus, & ischiadicos eodem, ut inquit, phlebotomant loco, & emplastron entaticon (peperam enim ibi scribitur emplastromentaticum una voce) quem stysiden vocavit, Africanus in Astrosophiis pollici & talo imponendum præcepit. Quin & Orphei testimonio affirmat illum locum principalem esse libidinis. Emplastron autem ἐντάσσων vocavit, quod appositum tentiginem virilium concitat, αἰπεῖς ἐντάσσεως: quod & alio vocabulo obscuriore dixit Aphricanus συσίδην ab arreptionis facultate, καὶ τὸ σύειν. Ad quod verbum alludens veterum quispiam Comico sale seipsum appellat αἰσυάνακτον, non arrigentem, οὐ μὴ σύοντα, τατέσι μὴ πεφυκότα ἐντέινειν τὸ αἰδοῖον καλὰ ἔρωτα, quod in Iliados 6. apud Eu-stathium invenias. Et apud Athenæum Diana virgo σύμμαχος μισεῖ dicitur. Itaque mirari satis non potui, qua fronte indectus quidam, qui tamen Philomusi nomine gloria-tur, in annotationibus illic suis scribere ve-ritus non fuerit, Emplastromentaticum vo-cari omne id, quod ad emplastrationem faciat:

ac potius legendum contendit emplastron  
mentaticum , quod è menta herba fieret . &  
Steriden pro Steside esse tanquam fulci-  
mentum & columen valetudinis fidelioris à  
sneīzω. Dispeream , si quid unquam in vita  
legi ineptius frigidiusque , quod vel Nero-  
nianas thermas refrigerare queat.

## C A P U T X I V.

*De Scytale Laconica.*

**A**Chæus Eretriensis poëta , qui pleraque  
studio obtenebrare dictus fuit , in Iride  
Satyrica , ænigmaticè Laconicam Scytalen  
vocat  $\pi\lambda\epsilon\kappa\tau\circ\sigma\pi\alpha\pi\tau\circ\gamma\epsilon\pi\pi\circ\kappa\pi\beta\circ$ . ac  $\kappa\pi\beta\circ$   
quidem , quòd ut in  $\kappa\pi\beta\circ\sigma$  publicis vide-  
licet tabulis leges exaratæ erant , ita in Scy-  
tale præcepta ad duces & imperatores militiæ  
inscribebantur. Spartanam verò à civitate ,  
cui uni recepta in usu missitandarum scytala-  
rum ratio fuisse legitur. Implexam verò  
scriptamque , quoniam Scytalen circumvol-  
ventes candido loro Lacones quæ volebant  
scribere consueverant , ut Athenæus lib. 10.  
exponit. Elegantissimè verò præter Suidam  
& Au. Gellium describit Scytalen Auso-  
nius in quadam ad Paulinum epistola , ubi  
varios enumerat occultè scribendi modos : sic  
enim canit ,

Vel

*Nel Lacedæmoniam Scytalen imitare, libelli  
Segmina Pergamei tereti circundata ligno  
Perpetuo inscribens versu, qui deinde solutus  
Non respondentes sparse dabit ordine formas;  
Donec consimilis ligni replicetur in orbes.*

In quibus versibus clarissimè nominat Pergameum libellum chartam Pergamenam designans, quod candidum lorum, ἵμαντα λευκὸν vocant Athenæus & Suidas: Aul Gellius simpliciter lorum obscuriore sensu. Meminit Scytales Laconicæ Basilius in epistola ad Candidianum, ἐφοβόμην προσβλέπων, ὡς γδεὶς ἐν αὐτίαις ὡν σπαριάτης λακωνικὴν σκυτάλην. hoc est: Quo tempore ceram solvebam, expavi literas intuens, non minore metu percussus, quam solet Spartanus criminis fibi conscius, inspecta Laconica Scytale: „ D. „ Clemens lib. 2. stromatum, ἵσσοι δὲ Ἑλλη „ νες τὰς τῶν ἐν λακεδαίμονι Ἐφόρων σκυτάλας, νό „ μῳ ἐπὶ ξύλων αναγεγερμένας. I. e. Norunt „ Græci Lacedæmoniorum Tribunorum „ Scytalas in ligneis taleis rite descriptas.

## C A P U T X V .

*Aufonii versus de Mida rege expositi, & Pe-  
tronii Arbitri.*

**I**N eadem Aufonii epistola de Mida Lydiæ rege asinini auriculis deformato, ejusque rei indicio occulte à tonsore manife-

festato ; intelligendi sunt versus illi :

*Depressis scrobibus vitium regale minister  
Credidit, idque diu texit fidissima tellus,  
Inspirata dehinc vento cantavit arundo.*

Quam fabulam quia cultissimis versibus redidit Petronius Arbiter , non perinde omnium manibus extritus autor , lubet h̄ic adscribere ejus verbis :

*Sic commissi ferens, avidus reserare minister,  
Fodit humum, regisque latentes prodiit aures.  
Concepit nam terra sonum, calamique loquentes  
Invenere Midam, qualem conceperat index.*

Latius ista pertractat Metamorphoseos undecimo Ovidius.

## C A P U T XVI.

*Celeritatem illaudatam esse in scribendo, exemplis aliquot docetur.*

**M**Ultis placet extemporalis quædam scriptandi ratio , & in conficiendis libris celeritas , velut exprompti atque in numerato positi ingenii argumentum : at mihi secus videtur , probaturque impensis diligentia accurata & longiore tempore judicii confirmatore expressa . illic verba velut primis in labris nata , aut superficiario ingenii æquore natantia eduntur : h̄ic lectio- nis multifariæ opes tanquam è sanctiore quo- dam ærario reconditæ promuntur : illic su- spe-

specta facit omnia & cicatricosa scribendi  
facilitas & cursus: hic habitu delectu rerum  
verborumque pondera examinantur felicius,  
& exhibentur. Quid, quod celeriter nata,  
celeriter etiam intereunt? & Horatius etiam  
in nonum annum premi, quo feliciter sub  
incude retractentur, opera monet. Idem re-  
prehendendum carmen ait, quod non coër-  
cuerit multa dies & multa litura. ι γάρ εν τῷ  
ποιεῖν εὐχέρεια, καὶ ταχύτης, ἐκ ἐντίθησι. Σαρόξεγω  
μόνιμον, δέκανάλλας αἰκείθειαν. οὐδὲ εἰς τὴν γένεσιν τῷ  
πόνῳ προσδέσαιεσθεὶς χρόνον, εν τῇ σωτηρίᾳ τῶν γε-  
νερούντων τὴν ἴσχυν αἴποδίδωσιν, ut in Pericle in-  
quit Plutarchus: nam operis facilitas celeri-  
tasque non addit illi pondus solidum aut du-  
raturum, neque exactam pulchritudinem:  
at temporis longinquitas labori velut fœne-  
ratò accedens, ei, quod nascitur, robur fir-  
mitatemque adjicit. Seneca nihil ordinatum  
esse dicit, quod præcipitatur & properat.  
Agatharchus pictor magnos sibi spiritus su-  
mebat de pingendi celeritate: quod quum  
intellexisset Zeuxis, Diu, inquit, ego pin-  
go, quia pingo æternitati, uti refert Vale-  
rius Maximus. Similiter pictori parum pe-  
rito de celeritate glorianti, demonstrataque  
pinace illam modo à se pictam dictitanti, re-  
spondit nobilissimus pictor Apelles: Etiam  
tacente te res loquitur, ex tempore pictam.

Lau-

Laudatur Lysiae oratoris exemplum , negantis se scripturum festinatò & præcipitanter composita , velut musteo quodam calore nata : ἐγένετο γένεσις , inquit , βρεφόμενος συντάτεται επενδύενα . Virgilium paucissimos die composuisse versus , autor est Varus : immo ursa more parere se versus , ac lambendo fingere gloriatum ipsum fuisse , refert Donatus . Sic scripsisse & Sallustium accepimus , ut inquit Fabius : & sanè manifestus est etiam ex ipso opere labor . Isocratem decennium propè absumpsisse in editione orationis Panathenaiæ commemorant Lysias , Fabius . Plutarchus tres propemodum Olympiadas insumpatas refert . Convenientissimum huic loco est illud Aristidæ sophistæ dictum , à Philostrato lib. 2. in scripta relatum , quo Marco Imper. sciscitanti , quando ipsum auditurus foret , respondit : Hodiernum diem exime , at cras audies : neque enim vomentium è numero sumus , sed elaborantium . οὐ γένεται τῶν ἐμέντων , ἀλλὰ τῶν ἀκελθέντων . Ita Mar. Antonius librum de ebrietate à se scriptum , evomuisse alicubi legitur in probri loco . Scriptorum itaque præcipitatio ista & veluti abortus nunquam in laudis loco ponenda est , quod ex tam multis clarorum virorum exemplis abundè colligitur . Eat nunc Alcidamas , & extempore dicendi ratio-  
,, nem ,

„ nem styli exercitationi anteponat : quasi  
 „ vero plus sapere , majusque ingenii lumen  
 „ ostendere existimandi sint , qui temere &  
 „ fortuitò quicquid in buccam venerit pro-  
 „ ferunt , quam qui operose & cum apparatu  
 „ scribant ; quasique fortuita oratio præme-  
 „ ditata sit præstabilior , quod Græcè suavius  
 „ sonat , προνηγιάτερον ήγεισθαι τὴν τύχην τῆς προ-  
 „ volas.

## C A P U T XVII.

*Quis extemporalis dictionis monstrator & au-  
tor fuerit.*

**E**Xtemporalis orationis , quam αὐτοσχέδιον & σχέδιον λόγον Græci vocant , princeps videtur fuisse Gorgias Leontinus patre Carmantida natus , negleclum cultus in orationibus approbans , ut in Eliacōn 2. scribit Pausanias : is enim Athenis in theatrum progressus , primus ausus fuit dicere , προβάλλετε , id est , proponite ; innuens , nihil omnium latere se , & quavis de re proposita paratum differere , ut Flavius Philostratus commemorat . quod & Cicero non uno in loco repetit his verbis : Is princeps ex omnibus ausus est in conventu poscere , qua de re quisque vellet audire . Quia apud Platonem Gorgias de omni re , quæcunque in disceptationem quæstionemque vocatur , copiosissimè se dicturum profitetur . hinc

Q

2063

$\gamma\omega\gamma\iota\alpha\omega\nu$  apud Synesium proverbialiter accipi videtur pro eo , quod affectatum est & turgidum. & ab hujus viri studio Thessali  $\gamma\omega\gamma\iota\alpha\zeta\epsilon\nu$  dicebant  $\tau\delta\ \rho\eta\tau\omega\gamma\epsilon\nu\epsilon\nu$  oratorem agere , quod in Philostrati epistolis lectum est. Alii Æschinem Atrometi filium invenisse  $\tau\delta\ \sigma\chi\epsilon\delta\iota\alpha\zeta\epsilon\nu$  , hoc est , ex tempore orare , scribunt , qui tempore Mausoli Cariæ regis Rhodum profectus extemporanea oratione illum celebravit. Sunt qui à Pericle fluxisse  $\sigma\chi\epsilon\delta\iota\omega\nu\ \lambda\omega\gamma\omega\nu$  fontes memorant . neque desunt qui ad Pythonem Byzantium hujus inventionis gloriam trahunt. Pausanias Anaximenem primū  $\alpha\upsilon\tau\omega\sigma\chi\epsilon\delta\iota\omega\varsigma$   $\epsilon\pi\epsilon\nu$  , id est , ex tempore dicere invenisse scribit.

## C A P U T XVIII.

*Erasmi lapsus in apophtheg.*

**P**Olycleti statuarii dictum est elegantiore & argutiore sensu , quàm ut conniventer præteriri debeat , quod Erasmus ita reddidit : Polycletus statuarius dicere solet , eorum opificium esse molestissimum , quibuscunque lutum perveniret ad ungues , plastras opinor ac figulos notans. Hæc ille , sed toto cœlo à genuina dicentis sententia aberrans : quid enim gratiæ habet aut veneris ; aut quàm neutiquam verum est dicterium illud , quòd figulorum molestissimum sit opificium ? Longè aliud in-

di-

dicare voluit ejus dicti autor, nempe tunc maxima in difficultate versari opificem, & quemcunque alium operis autorem, quando summa illi opera imponenda est, quando ad unguem perpoliendum est illud & elimandum, ne quid hiet, ne quid asperius resultet, neve quid protuberet: ars enim omnis à rudimento informi *καὶ απωτώ* incipit, deinde paulatim formam addit cuique rei suam & articulatim effigiat, perfecto demum opere & absoluto ultima manus accedit, quo tempore maximus autorem manet labor: propterea inquit, *χαλεπῶτον* ἔναι τὸ ἐργον, ὅταν ἐν ὄνυχι ὁ πηλὸς γένηται. hoc est, Difficillimum esse opus, quando in ungue versatur lutum. Huc spectat parœmiacus ille loquendi modus, quo ut quidque est absolutum maximè, & exquisitissima diligentia curaque elaboratum, ita ad unguem illud esse factum dicimus. Illud verò addendum est obiter in Plutarcho libro symposiac. 2. ubi hujus apophthegmatis fit mentio, vitiouse legi *ἢ χι* pro *ὄνυχι*.

## C A P U T X I X.

*Ammiani Marcellini loci aliquot emendati. Item Morilloni doctissimi hominis judicium de oratione Juliani.*

**E**X Nazianzeno constat Julianum Imperat. quem *αποσάτην* nonnulli, ut Christianis-

mi desertorem, Eustathius semper τριχοβάτην transgressorem nominat, orationem scripsisse duplii titulo inscriptam, Αντιοχινὸν ἡ μισοπόγωνα: ac Antiochicam quidem ab Orientis apice Antiochia, erga quam civitatem mirifice affectus fuit ob applausus & lætas acclamations hominum salutare fidus illum nominantium: vel quod in ea urbe Christum profitentium ingens esset numerus. Misopogona verò quasi barbæ insectatricem à gente Christum profitente, quæ magistri sui exemplo ea tempestate barbam alere consuerat. Istud apud Ammianum quoque legitur lib. 22. sed corrupto altero titulo. locum, ut est vitiosus, adscribam. Quocirca in eos deinceps sæviens, ut obtrectatores & contumaces, volumen compicere: invectivum, quod Antiochiense, vel misso Pagonem appellavit, probra civitatis infensamenta annumerans. Ubi pro misso Pagonem constanter legendum esse Misopogonem, indubitatum ex antedictis fit: rursus pro infensamenta divulsim lege infensa mente. Eodem lib. ubi legitur vipereis, ut ita dixerim, morsib. ab eo sæpius appetitus, infullionatus; ut ferebatur: scribendum est in fullonia natus. Et iterum: Ubique propinquans in speciem alicujus nominis votis excipitur: reponere numinis loco nominis. Apud eundem lib. 25. sic lege: Recolebat sæpe dictum Lyrichi

rici Bacchylidis, quem legebat jucundè id asserentis: vitiōse nanque illic scriptum invenies Basiliidis. Illud verò ut accessorium, sed minimè ociosum aut  $\pi\alpha\rho\epsilon\gamma\sigma\nu$ , adscribendum est de judicio Antonii Morilloni super inscriptio-  
ne libri Juliani modò citati: est enim is vir multijuga doctrina, & omnifaria, si quis alius, lectione, quemque humanitatis & philosophiæ omnis  $\alpha\varphi\rho\delta\tau\eta\pi\eta\chi\eta\chi\alpha\epsilon\tau\zeta$  voces, quod de Por-  
phyrio Eunapius dixit: is ergo retulit mihi ex oculata manuscriptorum codicum fide, oratio-  
nem illam inscribi non  $\Lambda\pi\tau\iota\chi\eta\kappa\delta\eta\pi$  denominati-  
vè, sed  $\Lambda\pi\tau\iota\chi\eta\sigma\nu$  dentato titulo ab Antiocho truculento & aspero tonsore, de quo mentio-  
nem fecerit Martialis alicubi, ubi ait: Solus habet cor, tonsorem qui timet Antiochum. Sed an Græculo homini tanta fuerit rerum Roma-  
narum sua ætate longè priorum cognitio, ut in Græcæ orationis inscriptione mordaci aceto condienda Latini nominis ex hominum me-  
moria præ vetustate propè aboliti usucapione famam libri titulo acquirere sategerit, curiose excutiendum aliis omitto.

## C A P U T X X .

*Locus unus & alter ex Ciceronis libris de Deorum natura germanæ lectioni restituuntur.*

**C**astigationes nobilis cuiusdam grammati-  
ci longè eruditissimæ in Ciceronis dia-

logum de claris oratoribus à me nuper lectæ concitarunt me atque adeo inflamarunt, ut industria simili, licet impari, pulcherrimo parentis linguæ Romanæ operi ipse quoque manus admoverem, palmam in medio omnibus propositam, si modò feliciter res pro votis caderet, cum aliis participaturus. Evidem restitutioñ gloriā nullus mihi arrogo: sed ob diligentiam fortasse aliquantam in observando, & inventa candidè communicando præstitam venire in gloriæ partem invidebit, uti spero, nemo. Primùm igitur ubi lib. 2. de natura Deorum in vulgatis codicibus legitur: Aér autem (ut Stoici disputant) interjectus inter cœlum & mare Junonis nomine consecratur, quæ est soror & conjunx Jovis, quod & similitudo est ætheris, & cum eo summa conjunctio: lege ex Probo Valerio grammatico vetustissimo, quòd ei similitudo est ætheris. Rursus paulò pòst quæ sequuntur de Dianæ nomine: Itaque ut apud Græcos Dianam, eamque luciferam, sic apud nostros Junonem Lucinam in pariendo invocant, quæ eadem Diana omnivaga dicitur, non à venando, sed quòd in septem numeratur tanquam vagantibus. Ista lectione multum interpolata apud eundem grammaticum hunc in modum scribuntur, & quidem meo judicio scitius: Itaque ut apud Græcos Dianam, eandemque Luciferam, sic apud

apud nos Junonem in pariendo invocant, quæ eadem Diana annivaga dicitur, non à venando, sed quòd in septem vagatur, tanquam venatibus, id est, quòd inter septem inerrantes stellas vaga celeritate cursus, velut ventioni operam dare videatur. Eodem in libro pòst: Principiò enim terra sita in media parte mundi circumfusa undique est hac animabili spirabilique natura, cui nomen est aér. Probus híc legit animali. Servius etiam spirabili legiſſe videtur, sic enim in tertium Æneidos annotat, ibi: Per hoc cœli spirabile lumen. Spirabile, inquit, vitale, quo spiramus: & est sermo Ciceronis, quanquam ille spiritabile dixerit in libris de Deorum natura. Aliquanto pòst qui sequitur locus, totus ex illius lectione annotabitur à me: qui librum illum lectu dignissimum ad manum habuerit, discrimin obſervet. Quem complexa summa pars cœli, quæ æther dicitur, & suum retinet ardorem tenuem, & nulla admitione concretum, & cum aëris extremitate conjungitur. In æthere autem astra volvuntur, quæ se & nixu suo conglobata continent, & forma ipsa figuraque sua momenta sustentant: sunt enim rotunda, quibus formis, ut antè dixisse videor, minimè noceri potest. Sunt autem stellæ natura flammeæ, quocirca terræ, maris, aquarum vaporibus alantur iis, qui à sole ex agris

tepefactis, & ex aquis excitantur, quibus altæ renovatæque stellæ atque omnis æther effundant eadem, & rursum trahant indidem, nihil ut ferè intereat, aut admodum paulum, quod astrorum ignes & ætheris flamma consumant. Ex quo eventurum nostri putant id, de quo Panætium addubitare dicebant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret, quum humore consumpto, neque terra ali posset, neque remaneret aër, cuius ortus aqua omni exhausta esse non posset. Itaque relinquí nihil præter ignem, à quo rursum animante, ac de eo renovatio mundi fieret, denique ornatus oriretur. Quod ultimum eo sensu dictum videtur, quòd ignis esset & efficiens & materialis causa renovati mundi.

## C A P U T XXI.

*Versus Callimachi apud Plutarchum à mendis vindicati.*

**A**rium coronam fuisse Isthmiaci certaminis victoribus, certum est, translata à Nemæis consuetudine, qui victores suos apio coronabant, more ab Hercule prius monstrato. quod & Plinius testatur lib. 19 Honos, inquiens, apio in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeæ. Illud tamen discri-  
men ponit scholiares Pindari annotans, in Isthmiis victori coronam fieri ex arente apio,  
in

in Nemæis ex virente vivoque. Hac de re leguntur elegantissimi versus Callimachi apud Plutarchum in §. symposiacōn, sed corruptissimi, quibus ille inducit Herculem clarius exponentem de apii corona, quam abolito pineæ usu autoravit ipse, sacramque coronamentum constituit, qui ita legendi sunt :

κάι μιν ἀλητίδαι παλὺ γεγειότερον  
πάθε, πάρε Αἰγαῖωνι θεῷ τελέοντε αὐγῶνα,  
Θήσεσιν νίκης σύμβολον ισθμιάδῃ,  
ζῆλω τῶν νεμένθε, πίτυν δὲ ἀποτιμήσεσιν,  
ἥ πελν αὐγῶνισάς ἔτεφε τὰς ΕΦύρη.

Malè enim & παλὺ, & πολὺ γεῶντι, & ζηλωτῶν  
ξμένθεν, & ᾧ pro ᾧ ibi legitur. quos versus te-  
trastico inclusi :

*Ante etiam multò ludos, Neptune, Corinthus  
Magne, tibi celebrans, æmula jam Nemees,  
Symbolon Isthmiaca hoc palmæ dabit, abque rogabit  
Pinum, victori quam dedit antè Ephyre.*

### C A P U T   X X I I .

*Inscriptio sive Epigraphe Odes Horatianæ defensa  
contra Glareanum : Virgilii item locus illustra-  
tus, & Sophoclis Scholia restitutus.*

**E**pigraphe decimæ quintæ odæ primi libri Horat. præfert Nerei vaticinium, quod in controversiam ponit grammaticus Porphyrius, quippe in cuius commentario pro Nereo Proteus legitur. Sed Henricus Glareanus

vir literatus testimonii & Herodoti & Statii innixus (apud hunc enim Thetis agnoscere se veritatem dictorum Protei loquitur: illo etiam Paridi futura mala vaticinantem Proteum memorante) discedit pedibus in eam sententiam, ut pro Nereo Proteus substituatur, addens disertè, nihil tale de Nereo apud autores inventari. Sed manifesto in errore versari mihi deprehenditur: nam præterquam quod Pherecydes Syrius Nereum in varias formas mutationem describit, ac vinculis impeditum ab Hercule instinctu filiarum Themidis illud faciente fuisse compulsum, ut per responsa futurorum eventus panderet: tueri hanc inscriptionem potest & Euripides, qui in Oreste fabula inducit Glaucum Anthedonium ex Nerei vaticinio prædicentem Menelao, quid suis acciderit; ubi istum appellat νῆρεως προφήτην. Pro quo sciendum, fingi illic Nereum per os Glauci oracula enunciantis futura aperire, quemadmodum apud Virgilium Phœbus ex oraculo Jovis venturorum cognitionem illi dictantis prædicere hominibus inducitur, quum ait:

*Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo  
Prædixit. Istud Græcis sonat υποφήτης &  
προφήτης, hoc est, effator & oraculorum enun-  
ciator, quemadmodum de Apolline dixit Æ-  
schylus:*

*πατρὸς προφήτης ἐστι λογίας διός. id est:*

*Apollo*

*Apollo dicta patris effatur Jovis.*

Quod autem ita sit, attestatur idem clarius in  
iherētis sive fæcerdotibus, est hoc tragœdiæ  
nomen, sic inquiens:

σέλλειν ὅπως τάχισα, ταῦτα γὰρ πατήσ  
ζεὺς ἐγκαθίει λοξίᾳ θεοπλοματίᾳ.

Quæ senarii clausula desideratur in Sophocleis  
commentariis in Oedipo Colonæo. Latinè ita  
sonat:

*Quam celerrime permittere,*

*Inspirat ista Juppiter Phæbo pater Oracula.*

Item Sophocles in fabula modò citata:

ὅσω περ καὶ σαφέσερον κλύω

Φοίβετε καὶ αυτὸς ζηνὸς, ὃς κέινος πατήσ. id est:

*Quo clarius mentem hauriam*

*Phæbi, Jovisque ipsius, est huic qui pater.*

Sicut igitur Jovis oraculum dicitur, quod per Apollinem effatorem suum ediderit: ita & Nerei vaticinium dicetur, quod per Glaucum ὑποφῆτην responderit juxta Euripidem: vel simplicius ex Pherecydis historia, quod inje-  
ctis vinculis, uti Proteus Homericus, redde-  
re coactus fuerit. Alioqui quid obliterit, quo  
minus eodem poëticæ ἔξοδοι jure liceat Hora-  
tio Nereum vaticinantem inducere, quo &  
apud Homerum Proteus, & apud Pindarum  
Triton Argonautis vaticinatus fuerit?

## CAPUT XXIII.

*Ammiani locus assertus de Diana Orsilochia.*

**D**Ianam apud Latinos Lucinæ cognomen-to nuncupatam ignorat nemo, qui vel Terentium triverit, quanquam in vōcīs ety-mo variari video: nam à luco Plinius: quod luci oculisque præsit, Varro: à producendo in lucem fœtu, quo nomine à parentibus in-vocetur, major turba deduci volunt. Ego po-stremæ sententiæ eo libentius accedo, quo constantius veteres in eo consentire animad-verto, quod Diana cum luna eadem sit, quam constat ex philosophorum pariter & medico-rum placitis in pariendi ratione multum ad-ferre momenti vel ad facilitatem, vel secus: Luna etenim sui sideris humiditate laxat & di-stendit corporis meatus, rimasque aperit, id quod celerando partui salutare cum primis est. Hinc fit quod communiter tam Græci quām Latini eam ἐφορον τῆς λοχέιας, velut tutelarem parentibus deam statuerunt: sciteque à Timo-theo poëta ὠκυτόκῳ epitheto dicta est à pro-movendo partu in eo versu: Διὰ κυάνεων (alii legunt λαμπρῶν) πόλες ἀσέων, διὰ τὸ ὠκυτόκοιο σε-λανας. id est:

*Per cœrulea cœli sidera, & citiparam Lunam.*  
Quanquam is versus paululum corruptus legi-tur apud Macrobius libro septimo, & Plutar-chum

chum in symposiac. 3. Huc spectat quòd Græci eam & ἐιλέιθυαν & λοχέιαν nominant, non aliam quam Lunam innui volentes. Qua occasione apud Ammianum Marcellinum lib. 22. Dianæ epitheton germanæ lectioni restitutum iri putarim, si pro Orsilodia Orsilochiam reponamus, Græcè ὄρσιλοχέιαν τῷ δὲ τὸ ὄργειν τὴν λοχέιαν, à promovendo partus labore, ubi sic legitur: Diis enim hostiis litantes humanis, & immolantes advenas Dianæ, quæ apud illos dicitur Orsilodia, cæforum capita fani parietibus præfigebant. Lilius Gyraldus Arsilochen alicubi, & alio item loco Orsilochen citat, nullam tamen nomenclaturæ rationem adducit.

## C A P U T XXIV.

*Qui serò quidem, sed cum profectu literas attigerint.*

**N**Ullam ætatem quamvis grandem ad discendas literas seram esse, ut inertiae patrocinium hinc excludatur, exemplorum abundè conquiri potest: sed tribus quatuorve contentus ero, ubi primo loco occurrit Eurydice Illyrica fœmina, quæ quamvis barbata adulorum jam liberorum parens ad literas animum applicuit, cuius ardens discendi desiderium epigrammate Musis posito consignatum est, quod commemorat Plutarchus:

γράμ-

γεάμματα γὰρ μνημεῖα λόγων μητῆρε γεγαῖα  
 πάιδων οἰθῶντων ἐξεπόνησε μαθεῖν. hoc est,  
 Eurydice grandæva pubentium jam prolium  
 mater fategit discere literas eruditionis mo-  
 numenta. Secundo loco offert se M. Censo-  
 riū Cato, qui rudi seculo, ætate jam declina-  
 ta, ut Fabius inquit, literas Græcas didicit,  
 ut esset hominibus documento, ea quoque  
 percipi posse, quæ senes concupissent. Addam  
 tertio Superianum sophistam genere Isaurum,  
 qui, quum natura tardiore ingenio esset, tan-  
 tum profecit industria & labore, ut tricena-  
 rio major jam tum primùm lecitare libros in-  
 ceperit, & liberalibus disciplinis animum ap-  
 pellere, identidem à se reposcendo, quæ didi-  
 cerat, neque verberibus, neque increpationi-  
 bus parcendo in ea ætate, quod in pueris so-  
 let: etenim in balneis visebatur sæpe à se dif-  
 flagellatus, vibicibus injuriam in seipsum exer-  
 citam etiamnum testantibus: neque spe sua  
 falsus fuit, nam ad summum eruditionis cul-  
 men pertendit, uti refert Eunapius, qui So-  
 phistarum vitas scripsit. „ Addatur & Clito-  
 „ machus Diognoti filius Carthaginensis, co-  
 „ gnomento Asdrubal, Academicus philo-  
 „ sophus, qui duodetrigesimo ætatis anno  
 „ etiamnum primorum elementorum rudis  
 „ Athenas profectus, primas literas didicit,  
 „ eoque profecit, ut Carneadi Cyrenæo summa  
 „ do-

„ doctrina philosopho in schola successerit , ut  
 „ a Stephano Ethnographo perscriptum est:  
 „ auget miraculum rei Laertius , qui quadrage-  
 „ nario id accidisse scribit . ” Nostra verò æta-  
 te , aut paulò superiore , Aretinus , qui apud  
 Jurisperitos subtilissimus Doctor audit , quum  
 quadragenarius tyrocinium ejus scientiæ cape-  
 ret , aspersus fuit à quodam scommate tali ,  
 quòd videretur sibi ille futurus advocatus in al-  
 tero sæculo : nihilominus in ea scientia valde  
 claruit . Accursius quoque , ut ferunt , inter-  
 rogatus simili in re , jam gravis ætate , re-  
 spondit se tardè quidem incipere , sed eo ma-  
 turius se absoluturum : id quod & præstítit in  
 sæculo barbaro , silentibus literis & meliori-  
 bus artibus . Alii tamen istud Aretino quoque  
 tribuunt , ac nescio an constantiore fama .

## C A P U T   X X V .

*Quæ dicantur Barbara nomina apud Fam-  
blichum.*

**A**mblichus Chalcidensis nobilissimus san-  
 ctissimusque inter Platonicos philosophus,  
 à divinarum rerum cognitione non alien-  
 us , barbaras voces plerunque nominat He-  
 bræas , aut saltem gentis vicinæ Ægyptiorum;  
 & Barbaros ipsam gentem , quomodo & Ame-  
 lius Plotini discipulus . Sed præstat ipsius ver-  
 ba Græcè adscribere , eo magis , quòd is au-  
 tor

tor sua lingua non sit evulgatus: sic enim inquit in Theologia Phœnicum, ubi negat eandem servare vel vim vel sensum translata verba: γάρ γαὶς πάντως τὴν αὐτὴν διασώζει διάνοιαν μεθερμηνεύμενα τὰ ὄνόματα, ἀλλ' ἔσι τινὰ καθ' ἔκαστον ἔθνος ιδιώματα, ἀδύνατα εἰς ἄλλο ἔθνος διαφωνῆς σημαίνεσθαι, ἐπειτα κανὸν εἰς οἶν τε αὐτὰ μεθερμηνεύειν, ἀλλὰ τήντε δύναμιν γὰρ ἔτι φυλάττει τὴν αὐτήν. ἔχει δὲ καὶ τὰ βάρβαρα ὄνόματα πολλὴν ἐμφασιν, πολλὴν δὲ συντομίαν, αἱμφιβολίας τε ἐλάτην μετέσχυκε καὶ ποικιλίας καὶ τῆς πληθύς τῶν λέξεων. quod latine ita sonat: Neque vero eandem omnino sententiam servant nomina in aliam linguam transfusa, sed sunt peculiares suae cuique genti proprietates, quae nequeunt voce alteri genti significari: deinde si vel maximè transferantur, non tamen eandem vim obtinent. Habent autem barbaræ voces magnam efficaciam, & brevitatis gratiam, minusque habent ambiguitatis, minus variationis, neque tanta verborum copia redundant. Quae postrema de Hebræis vocibus dicuntur, quibus mirificam inesse emphasis non magices modò periti, sed ex professo omnes fatentur, usque adeo ut & Origenes adversus Celsum scribens Hebræas voces transfundi aliam in linguam vetet, sed suis characteribus exaratas conservari. „, easdem & debita contextus serie „, pronunciatas efficaciam miram obtinere af- „, fir-

„ firmat : nec significationibus rerum , sed  
 „ ipsis vocis qualitatibus & proprietatibus ,  
 „ vim suam ostendere . ” Adde quòd brevi-  
 tas concisa , & quasi verborum inops , nul-  
 las variandi veneres præferens , nulla in lin-  
 gua major sit. Quòd itidem Barbaro nomi-  
 ne intelligat Hebræos , facile ostendit in eo-  
 dem libro , ubi Græcorum levitatem cum  
 Hebræorum constantia committit his ver-  
 bis : φύσει γὰρ ἔλληνες ἐισὶ νεώτεροιοι , καὶ οὐ πο-  
 νεῖς φέρονται πάνταχῇ , γδὲν ἔχοντες ἔρμα ἐν ἑαυτοῖς ,  
 γδὲ οἶπερ αὖ δέξονται πᾶν τίνων διαφυλάτοντες .  
 ἀλλὰ καὶ τῷτο ὀξέως ἀφίεντες , πάντα κατὰ τὴν ἀσα-  
 τον εὔρεσιλογίαν μεταπλάτεσθαι . Βάρβαροι δὲ μόνιμοι  
 τοῖς οὐδεσιν ὄντες , καὶ τοῖς λόγοις βεβαίως τοῖς αὐ-  
 τοῖς ἐμμένεσθαι , διόπερ αὐτοίτε ἐισὶ προσφιλεῖς τοῖς  
 Θεοῖς , καὶ τὸς λόγυς αὐτοῖς προσφέρεσθαι κεχαρισμέ-  
 νεις . διαμένειτεν δὲ αὐτὸς κατ’ γδένα τρόπον , γδένι αὐ-  
 θρώπῳ θεμιτόν ἐστι . id est : Græci natura nova  
 appetunt , levique momento quovis feruntur ,  
 nihil stabilis in se habentes , acceptaque ab  
 aliis non continentes , sed id ipsum amitten-  
 tes , cuncta refingunt , instabili verborum  
 copia fluctuantes . At Barbari stabiles in af-  
 fectionibus , etiam in verbis iisdem constan-  
 ter perseverant : quapropter Deo chari sunt ,  
 eique verba grata offerunt , quæ nulli homi-  
 num fas est quovis modo commutare . Quæ  
 rursus de Hebræa gente dicta esse , non ne-

mo intelligit, qui aut sacra Biblia lectione vel perfuntoria salutarit, aut ejus linguae vel tenuem gustum saliva attraxerit. „ Aut „ Origenicum illud legerit, si quis adjuret „ per Deum Abraham, Deum Isaac, Deum „ Jacob, efficiet nonnihil vi innata nomi- „ num, cessuris dæmonibus, & imperata „ facturis: idem si adjuret per Deum Patris „ electi, per Deum risus, per Deum sup- „ plantatoris (hæc enim vocibus illis aliena „ in lingua significantur) tantamē efficiet, „ quantum qui otiosissima quæque verba ad- „ hibuerit. ” Amelius quoque Platonicus philosophus Apamensis, qui cum Plotino præceptore & Geminiano Romæ clari nōminis fuit, & quem Proclus sæpius τὸν γενναῖον Αμέλιον appellat, de Euangeliō Johannis sentiens Barbarum nominat Johannem, quoniam Hebræus esset ex Hebræis, ἐβραῖος ὁ εἰς ἐβραίων, ut Eusebius exponit. Sic autem sonant Amelii verba: καὶ νῦν δέ ὅν ὁ βάπτιστας αἴσιος ἐν τῇ τῆς αρχῆς ταξιτε καὶ αἰτεῖται παθεσηκότα πρὸς θεὸν εἶναι, καὶ θεὸν εἶναι, διὸ πάντας απλῶς γεγενῆσθαι, & quæ sequuntur. id est: Ecclæstor Barbarus ille censet sermonem in principii ordine & confusione constitutum apud Deum esse, & Deum esse, per quem cuncta absolutè creata sunt. Confirmat id lib. 8 adversus Julianum Cyrillus, βάπτιστας, ὡς οἶμαι, τὸν θεῖον

ιωάννην

ἰωάννην καλεῖ, διὰ τὸ ἄλλοθρον ἵσως. Barbarum, inquit (ni fallor) divum Johannem vocat, eò quòd externæ linguae fuerat fortassis, Hebræus enim ex Hebræis fuit. „ Quin & Cel- „ sus Africanus, in quem stylum distrinxit „ Origenes, Christianorum sectam ab ori- „ gine barbaram esse dicit, conjunctionem „ ejus cum Judaismo innuens.

## C A P U T   XXVI.

*Fabii Quintiliani locus, qui diversimodè legitur,  
expensis.*

**Q**uintilianus lib. i. Institutionum orationarum cap. 3. agens de diversitate ingeniorum in pueris, quorum aliqui calcaribus urgeri, aliqui frenis revocari volunt, quod de Ephoro & Theopompo magister Isocrates pronunciavit, quidam pavonis servili obsequio in officio continentur, quidam animum dejiciunt, hunc in modum loquitur: Quosdam, inquit, continet metus, quosdam debilitat, alios continuatio extundit (ita enim habet Lugdunense exemplar eo sensu) in quibusdam nihil accedere profectus videoas, nisi continuo multum ac saepe legendi usu, cum alii solo impetu, & quod dicitur, prima coitione, id omne confiant: illud in hebete ac stupido ingenio, hoc in industrio & sagace existit. Coloniense

legit, continuatio contundit, hoc est, adobruit, atque prægravat, velut fathiscentia ingenia. In manuscripto exemplari scriptum inveni, retundit, id est, absterret. At fortassis haud absurdè legetur comminatio extundit, facili lapsu in illa perpetua crate literarum eodem ductu cadentium, ut sit ista sententia autoris: *Quidam alacrius studia capessunt, non sponte, sed quasi minis ad id adacti, quum alii suoptè impetu ad id ferantur; præsertim quum de animorum diversitate loquatur, non de studiis, alioqui prima ex omnibus lectio integrior fuerit.*

## C A P U T   XXVII.

*Ammiani Marcellini locus vindicatus.*

**N**on est prætermittendus silentio Ammiani locus lib. 19. ubi refert fœminas luxisse immaturum obitum adolescentis Cynomolgorum regis filii, corruptus & ημιπλεώς, Fœminæ, inquit, miserabili planctu in primævo flore succisam spem gentis solitis fletibus conclamabant, ut lachrymare cultrices Venereæ sæpe spectantur in solennibus Adonidis sacris, quod simulacrum aliquod esse Phrygum \* adultarum religiones mysticæ docent. Quem locum saucium esse & hiulcum loquitur vel adjecta asterisci nota: *cum tamen sanari aliquo pacto posse*

posse existimo ex ejusdem autoris verbis lib.  
**22.** ubi ritum Adoniorum exponens sic in-  
 quit : Evenerat hisdem diebus annuo cursu  
 completo Adonia ritu veteri celebrari , ama-  
 to Veneris , ut fabulæ fingunt , apri dente  
 ferali deleto , quod in adulto flore sectarum  
 est indicium frugum. Ex his verbis manife-  
 stum fieri potest , priore illo loco legendum  
 esse non Phrygum , sed frugum : & vice  
 adultarum , si id minus pleno sensu prola-  
 tum est , adulto flore sectarum. Amat ete-  
 nim is autor certas quasdam phrases , veluti  
 flosculos , aspergere suæ dictioni iteratis vi-  
 cibus , quod ex ipsius lectione facilius obser-  
 varit quis , quam ut in eo demonstrando pre-  
 cium operæ sumatur. Porrò ad superioris  
 allegoriæ confirmationem facit quod apud  
 Theocriti scholia sten lectum est , Adonidem  
 mortuum sex mensium spacio perstitisse in  
 Veneris complexu , totidemque in Proser-  
 pinæ : qua fabula significetur frumentum à  
 satione sex menses telluri adhærere ; toti-  
 dem etiam Veneri addictum , nempe aëris  
 temperiei , hominumque usibus.

## C A P U T   X X V I I I .

*Gratii poëtæ locus restitutus.*

**A** Pud Gratium poëtam Maroni æqualem ,  
 qui Augusti tempore Cynegetica , hoc  
 R 3 est ,

est, de venatione librum conscripsit, quo, ut Ovidius canit, apta venanti arma dat, inter lini genera texendis retibus accomoda enumerat Setabinum Hispanici generis ad alios usus, quam ad conficienda retia, propter nimiam exilitatem aptius; sed non sine menda codicis impressi, in quo ad hunc modum legitur:

*Hispanique alio spectantur Sutabes usu.*

Quo loco indubie legendum est Setabes: id enim oppidi editiore in monte siti nomen est, laudatissimi lini proventu celebris. quanquam Strabo & nonnulli alii fluvium esse dicant. Certè Plinius libro 19. capite primo, Setabino lino secundam palmam tribuit: nam de Retovino, quod in Italia crescit, loquens, ei à Setabi tertiam in Europa palmam dat. Quin & Silius Italicus lib. 3. principatum illi tribuit, ibi:

*Setabis & telas Arabum sprevisse superba,  
Et Pelusiaco filum componere lino.*

Commendat & Catullus sudaria Setaba, ob quæ per illiberalem jocum subrepta commotior, Asinio hendecasyllabos inuestorios minitatur.

## C A P U T XXIX.

*Sillii locus, & alter Gratii poëtæ explicati.*

**I**N versibus Sillianis modò citatis Pelusia-  
cum linum pro laudatissimi usus, te-  
nuitatisque raræ, & candoris eximii li-  
no ponitur, ut ex Plinio discas. Id verò  
sciendum est, fruticem illum, qui regno  
Neapolitano lætissimos proventus hodie dat,  
olim uni Ægypto familiarem, bombycem  
lanugininemve netilem dedisse, cuius candor  
inimitabilis, nec æmula usquam mollities  
fuisse prædicatur: gossypion xylonve nomi-  
nant; unde vestes sacerdotibus Ægypti gra-  
tissimæ conficiebantur. de quo lino intelli-  
gendi sunt Gratii *κυνηγετικῶν* autoris versus,  
qui sic habent:

*Vix operata suo sacra ad Bubastia lino  
Velatur sonipes æstivi turba Canopi.*

Quibus innuit ægrè tantum lini suppeditari  
in Ægypti arvis, quantum ad vestes & in-  
dumenta sacerdotum Isiacorum sufficiat, qui  
in morem Saliorum tripudiis per urbem fere-  
bantur, sistrisque personabant, quos pro-  
pterea sonipedem turbam appellat: uti sa-  
cra Isidis Bubastia ab oppido Ægypti specta-  
bili ejus Deæ templo nobilitato, quod Bu-  
bastin vocant, cuius & in primo meminit  
Diodorus: nam & Diana Bubastis dicebatur

Herodoto teste. Nicomachus Gerasinus in Theoreticis, καὶ Βεβάσειαν, διὰ τὸ ἐν βεβασῷ τῆς αἰγύπτις τιμᾶσθαι. Quòd verò lineis amicentur vestibus cultores Isidis sacerdotes, notum est ex Juvenali, qui eos linigerum & calvum gregem plangentis populi nuncupat in sexta satyra: & Plutarcho, ubi inquit: οὐτε φιλοσόφοις πωγωνοτροφίαι καὶ τειβωνοφορίαι τοιχτινοῖς, οὐτε ισιακοῖς αἱ λινοφορίαι καὶ ξύρησις. id est: Ut neque barba neque pallium philosophos facit, ita neque Isiacos linea amicula, aut rasura. Facit fidem & Philostratus in epistolis, πάντα με ἀιρει τὰ σα, καὶ οἱ λινῆς χιτῶν, οἱ τῆς ισιδός. id est: Omnia tua me delectant, tum lineum amiculum, quale est Isidis. Hinc est etiam quòd Jon Poëta dithyrambic peace in Phœnico seu Cæneo Ægyptum λίνιακον epitheto vocat, quòd vester linea longas trahat.

# HADRIANI JUNII ANIMADVERSORUM.

## LIBER QUINTUS.

### C A P U T I.

*De M. Antonio Bacchum mentiente. Item de eodem Minervam ducente in uxorem : deque doce ab Atheniensibus oblata inter Dionem & Senecam controversia.*

**M**Arcus Antonius eò vesaniæ processit ut se novum Liberum patrem appellari jussérit, Vellejo Paterno teste, quum redimitus hederis, coronaque velatus aurea, & thyrsum tenens, cothurnisque succinctus, curru velut Liber pater vectus fuit Alexandriæ: neque id spectaculi genus in regia tantum Ægypti urbe exhibuisse, sed Athenis quoque in medio Græciæ quasi theatro, legitur: si quidem Athenæus lib. 4. ex Socratis Rhodii de bellis civilibus historia refert, Antonium non semel deductum fuisse in arcem Athenarum, tota civitate faces illi de tectis accensas præferente: atque ab eo tem-

R 5

po-

pore Bacchum se nuncupari edicto præcepisse. Clarissimè verò hanc rem memoriæ consignavit Seneca suasoriarum lib. i hisce verbis : Antonius, quum vellet se Liberum patrem dici, & hoc nomen statuis subscribi, habitu quoque & comitatu Liberum patrem imitaretur, occurserunt venienti ei Athenienses cum conjugibus & liberis, & Διόνυσον salutaverunt : bene illis cesserat, si nasus Atticus ibi substitisset : dixerunt desponde-re ipsos in matrimonium illi Minervam Musam suam, & rogaverunt ut duceret : & Antonius ait ducturum, sed dotis nomine imperare se illis mille talenta. Hæc ille prolixius : at Dion brevius idem delibavit, sed in dotis nomine longè dissentit, cuius verba ex 48. historiarum libro à me Latinè ut cunque reddita adscribere est operæ pre-cium. Antonius novum se Liberum patrem & ipsus nominabat, & ab aliis nuncupari volebat: siquidem & Athenienses præter hoc & alia quum Minervam illi desponderent, recipere se nuptias ait, dotisque nomine myriadas centum ab ipsis exegit. Discriben τῶν κεφαλαίων observa : ille mille talenta pro dote imperata scribit, hic centum myriadas drachmarum. at posterior calculus non tran-scendit summam centum millium Coronato-rum aureorum : nam quum centum drachmæ de-

decem coronatos pendant , decem millia drachmarum ( quæ myriadis nomine Græcis notiore vocabulo dicuntur) ad mille Coron. excurrunt , quæ summa centies cumulata , quadragies sestertium efficit , hoc est , centena aureorum millia. quod ita esse , manifestum fit ex Plutarchi verbis in Antonio , qui vigintiquinque myriadas à Romanis decies sestertium dici affirmat , quæ istius capit is quarta pars est , viginti quinque aureorum millia constituens . At multò majus est pecuniarum caput , quod exactum in eadem re fuisse commemorat Seneca , nimirum sexcuplo majus , ad sexcenta aureorum Coron. millia sese extendens , quod Romano more ducenties quadragies sestertium dixeris . Quid certi ad committendas autores discordes habeam , haud facile dixero : quid verò suspicer , possem ; sed suspicionibus legentium aures onerare nolim . Eandem insaniam in cultu habituque Deos mentiendi , in aliis quoque principibus viris , lectione autorum comprehendere est . Etenim Antigonus rex in omnibus Liberum patrem imitatus hedera- ram capiti circumposuit loco causiæ & diadema tis Macedonici , thyrsum pro sceptro gerens , si Herodiano fidem habebimus . Et C. Caligula cognomento dictus à manipulario habitu , quo inter milites utebatur , non mo-

modò novus Dionysius sive Bacchus appellari voluit, sed & universum Dionysiacum habitum indutus incessit, in eo apparatu etiam judicia exercens, ut refert lib. 4. Athenæus: & latius Dion Coccejus lib. 58. in hæc ferè verba: Caligula interdum effeminator spectabatur, thyrsum & cratera tenens; interdum virili specie clavam & leoninam gestabat, subinde facie lævigata & erafa; mox barbata visebatur, tridentem fuscinam aut fulmen prætentans; nonnunquam Palladi bellicæ virginis assimilatus. Similiter & Commodus Imperat. Herculem se & Jovis filium nominari voluit, & deposito imperatorio cultu omni leonis exuvio indutus, clavam manu gestavit, quod de eo scribit Herod. oculatus testis, & lib. 12. Athen.

## C A P U T II.

*Hugonis Eteriani Theologi antiqui locus emaculatus.*

**P**Alma Ægypti, teste Dioscoride, πῶμα nuncupatur à nescio quo operculine an poculi usu: eadem & ἀδιψη à tollenda levandave sitis injuria, Plinio lib. 12. cap. 22. vocatur, quam mali cotonei odore esse dicit. De hac loqui Hugonem Eterianum theologum vetustum, qui de spiritu sancto tres

tres adversum Græcos libros edidit ; certum est , mendosis licet codicibus , quum sic ait libri i. initio : Atqui dum supremæ philosophiæ principium delibare aggredior , aquatili videor mihi testudini esse similis , quæ freta tranare cupiat : stupore cogitatus obserdetur , mens tabescit , lingua , tanquam Ægyptiam palmam (quæ apud Græcos ἀδίπτης vocatur) gustaverit , retardatur. Quo loco ἀδιψης repone , vel ex Solino Polyhistore , ex quo locum totum transumpsit iste , cuius verba non pigebit ascribere è 35. capite : Palma quoque Ægyptia dicenda. Res est , propriè adipsos (malè in quibusdam legitur , ad ipsam) vocatur , ut dici oportuit , ea que gustata arcet sitim. Odor idem , qui & malis cydoniis. Sed demum sitim sedat , si priusquam maturuerit , decerpatur : nam si matura sumatur , sensum intercipit , gressum præpedit , linguam retardat , obseßisque officiis mentis & corporis , imitatur vitium ebrietatis. Non est opus ostendere , quam feliciter παρωδεῖ aut alludit theologus ille non contemnendus ad Solini verba ; cuivis enim patet conferenti.

## C A P U T III.

*Senecæ locus restitutus.*

**A** Pud Senecam libro de ira hunc in modum scriptum invenias: Sicut rex Persarum totius populi nares recidit in Syria Tindentio Colura loci nomen est. Evidem locum sanandum puto, si legas, in Syria, inde Rhinocolura loci nomen est, nisi & Rhinocorura cum Stephano ethnographo legere mavis. Est autem Rhinocolura sive Rhinocurara, & Rhinocera Diodoro Ægypti urbs, Plinio etiam Palæstinæ adnumerata, cuius incolæ trunci omnes & mutilati naribus fuere: ex talibus nanque deducta fuit colonia ab Æthiopum rege Artisane, aut quod Seneca maluit, Persarum rege, qui mitiore poena in fontes animadvertere putans, non gentem totam succidere, sed ad injuriam superstitem vivere voluit. Eventui attestatur nominis etymon, Græci enim πίνα nasum vocant, κόλερον, quicquid mutilum est, & parte truncatum. quod si Rhinocurara legas, ἀπὸ τῆς τῶν πίνων καρέσ: fin Rhinocera, ἀπὸ τᾶς πίνας κέρεσθαι, utrobius à demessis truncatisque naribus nominis rationem elicias. Sed præstat Diodori verba ex Bibliothecæ secundo subjicere, deinde Strabonis, quod in historia istorum magnus

nus sit consensus de Æthiopum rege, qui novi generis pœnæ delitias excogitarit: sic enim ille de Artisane Æthiope loquens scribit: Latrocinia novo more coërcuit, noxios neque capitali pœna tollens, neque inultos sinens: quo constituto judicio, coactos in unum reos miti sententia condemnavit, & amputatis narium spiraculis in deserta loca abire compulit, conditamque ibi civitatem, ab excisis nasis Rhinoceram dixit: ea in Ægypti Arabiæque confiniis sita haud procul mari cunctis vitæ adjumentis indiget. Hæc ille. Strabo verò in 16. ita: ἐπειδὴ πινοκόλαρες ἀπὸ τῶν ἐισωκισμένων τὰς ρίνας ὅτῳ καλλυμένη, τῶν γὰρ αἰθιόπων τις ἐπελθὼν ἐπὶ τὴν αἰγυπτίον, ἀντὶ τοῦ ἀναιρεῖν τὰς κακάργυρας, ἀπολέμων τὰς ρίνας, ἐν αὐτῷ καλώκισεν, ὡς ὃν ἂν ἔτι τολμήσοντας ἀναιρεῖν διὰ τὴν αἰσχύνην τῆς ὄψεως. hoc est: Sequitur Rhinocolura, ab incolis naribus truncatis nomen habens: Regum enim Æthiopum unus Ægyptum aggressus, in maleficos capitali pœna animadvertere nolens, præfectis naribus eo loco habitare jussit, ceu posthac à latrocinis temperaturos ob faciei fœditatem. Græcè videtur mihi locus esse mutilus, ut substituto participio κοπέντων aut simili hunc in modum legatur: ἀπὸ τῶν ἐισωκισμένων τὰς ρίνας κοπέντων ὅτῳ καλλυμένη: tale quid enim defiderari videtur.

## C A P U T IV.

*De Cereris ἐρμόχε cognomento à nemine explicata ratio.*

Polemon in nono ad Timaeum refert Delphis extitisse fanum Cereris ἐρμόχε cognomento, quasi si dicas Mercuriveham, cuius obscura admodum & à nemine, quod sciam, hactenus prodita ratio, ut mirari subeat, cur in operoso illo suo Syntagmate ejus ne meminerit quidem Lilius Gyraldus. Evidem quid hac de re sentiam, non gravabor in publicum proferre, modò germana sit lectio, & non corrupta, apud Athenaeum Dipnosoph. decimo. Itaque Cereris ἐρμόχε sive Mercurivehae simulachrum ab Eresiis (est autem Eresus Lesbi civitas Theophrasti patria) apud Delphicum Apollinem fuisse consecratum arbitror, uti pleræque omnes urbes votiva donaria Delphis deponebant, quod ager Eresius præstantissimum candidissimumque frumentum produceret, cuius pollinem Mercurius ad Deos, si quando pane vesci voluerint, subvehere fingebar: quod innuisse puto Archeastrum poëtam in opere, quod γασπορομίαν inscripsit, quo congesit, quicquid ipse deliciarum usquam viderit, orbem terrarum abdominalis gratia lustrans. Ejus hi sunt versus:

Ep

Ἐν λέσβῳ κλεινής ἐγέσσα περικύμονι μασῷ  
Δευκοτέρῃ χιόνῃ θερίᾳ, θεοὶ εἶπερ ἔδιστιν,  
ἄλφιτ', ἐκεῖθεν ιών ἐρμῆς αὐτοῖς ἀγοράζει. hoc est:  
Ubere agri dives Eresus circumflua ponto  
Fert nive candidius frumentum, atque inde fa-  
rinam,

*Si quando est usus superis, Cyllenius emptat.*

Fuit tamen, ne quid dissimulem, quando pro  
ἐρυόχος legendum suspicatus fuerim ἐρυόχος,  
à roscido & germino virore segetis in culmos  
assurgentis.

### C A P U T V.

*Quid sit recoctum apud Horatium.*

**A** Pud Horatium lib. 2. sermonum, satyra 5.  
legitur: *Plerunque recoctus*  
*Scriba ex quinqueviro corvum deludet biantem.*

Ubi per recoctum intelligo veterotorem insi-  
gnem, qui longo usu didicerit, quid distent  
æra lupinis: coctum nanque vocabant quic-  
quid vetus & multi temporis existat, vel Ser-  
vio teste, cuiusmodi illud Persianum est:

*Ut ramale vetus prægrandi subere coctum.*

Quomodo & Virgilii illud Æneidos undeci-  
mo accipi potest de telo dictum:

*Solidum nodis & robore cocto.*

quod ad roborationem artis ingenio quæsitam  
torquet Donatus. Similiter accipi puto & in-  
coctum apud Aul. Persium, ubi, quid potissi-

mum in sacris spectet Deus , ille expendens ,  
jubet nos è adferre sanctos mentis recessus ,  
& incoctum generoso pectus honesto : ac in-  
coctum quidem , hoc est , duratum & circa  
virtutum actiones diu multumque exercitum.  
Haud absimili fermè sensu dixit recoquere Fa-  
bius lib. 12. cap. 6. de M. Tullio loquens ,  
qui se Apollonio Moloni Rhodi rursus forman-  
dum ac velut recoquendum dederit. Acron  
recoctos dici ait scribas , qui sæpius pro con-  
sulibus ad provincias missi , exercitatores fa-  
cti essent ex ipsa frequentia & usu : qua ratio-  
ne veterator Donato exponitur , à multarum  
rerum gerendarum vetustate deducto nominis  
etymo.

## CAPUT VI.

*Vocabula aliquot Germanica è Græco fonte  
cadentia.*

**G**loriantur Bayfius & Budæus Gallos ab  
antiquo fuisse φιλέλληνες , argumento  
paucularum vocum ejus idiomatis , quæ græ-  
cæ linguae vestigia conservent. At quanto ju-  
stius nobis gloriari licebit Belgis , quorum in  
lingua aliquanto plura indubitatoriaque sym-  
bola ac documenta vocum ex uberrimis Græ-  
cæ linguae fontibus scaturientium extant : quo-  
rum aliquot enumerare juvat hoc capite : om-  
nes etenim recensere , infinitam ociosi feriati-  
que

que ingenii operam requirit. Primum enim quis dubitet nostrum tongue pro lingua & voce à Græcorum φθογγῷ manare? quam illi γλώσσαν λίσπαν vocant, lubricam & suaviter balbutientem linguam, nos in simili re, lispe tongue dicimus, quasi λίσπαν φθογγόν. fusus quo lanificæ utuntur in trahendo penso, nobis, Clos vocatur, illis κλωσῆς, & inde verbum clothen & clossen à κλώθειν: sic clounen pro filum torquere ab illorum κλονεῖν descendit. Nos graven pro sculpere efferimus, ut illi γερίφειν pro ξέειν teste Eustathio. melcken pro mulgere ab αἰμέλγειν fit: stroejin à σορεννύειν pro consternere: lapen pro sorbendo haurire à λάπτειν & λαπάζειν seu λάπτειν: crassen pro scarificare cutim à χαρέσσειν: gripen pro involare unguibus à γείφειν: huberden pro contumeliari & convicia facere ab ιβείζειν: calephaten pro consolidare & compingere hiulca à καλαφατής, qua voce naupegus vocatur, cuius munus est navis commissuras rimasque solidare stuppa aliave materia. stiven pro durare roborareve à σίβειν derivatur, ut stijf σίβαργος vocem exprimit. rursus in alia significatione stiven pro durare & constringere amylo lintea seu pepla dicunt fœminæ voce originem suam referente ad σύφειν, quod cogere ac constringere notat. Scheren pro tondere cæsariem originem suam debet

σχεῖν, quod tonsuræ genus est. crabbe à καρχέος ex cancrorum genere deducitur: strop pro fune intorto à σφόδραις: hulck pro nave oneraria ab ὀλκαῖς: burgum vocamus, quem illi πολεγοῦν, vicinia literarum b&p. nevele pro nebula à νεφέλῃ. plat pro lato à πλατύς. colp pro sinu aquæ à πολποῖς sic dicitur sinus maris. stribling pro refractario & perverso homine à σφεβλός fit: philum nominamus scurram, quem Græci φῆλον: rijm pro gelu & pruina refert se ad κρυμός: krebbe pro lecto pensili puerorum κρέβεστον sonat. kuiil pro specu concavo κοῖλον sapit: sic koii pro cavo loco à κώι manat, quæ vox κοιλώματα significat: kakken, quod (honos esto auribus) alvum dejicere notat, à voce κάκκη, quæ τὸ δύσοσμον ἀποπάτημα signat, ut Aristophanis interpres exponit, nascitur. vreesen pro metuere à φείξειν: coppen pro truncare capite ab ἀποκόπειν. doerrissen pro perfringere à ρήσσειν: an fissen pro incitare canes & in aliquem animare acclamationibus ab ὑθίσσειν: sticken à σίζειν pro notis signare, aut picturatis signis ornare aliquid: climmen pro scalis ascendere significationem κλίμακος includit: brimstich pro pruriginoso & salace homine spirat originem verbi βερμάζειν, quod est ὄργανὸν εὐ συνεστιαν: sic buzem pro comesfari poculisque indulgere videtur manare à βύζην,

βύζην, quod confertim denotat, quando vi-  
 delicet confertim *νεὶς αἴθρως* ingestum potum  
 significare volumus; cujus vocabuli apud Ar-  
 rianum usus est. Itidem & φεναχίζειν commu-  
 ni imposturæ nomine pro fuco fallere no-  
 strum vernissen fecit: nisi potius φοινικίζειν  
 in eam laudem vocemus, à quadam purpurissi-  
 significatione. Jam & βρέμειν pro sonitum ede-  
 re nobis produxit breimmen, duplicata  
 mugiente illa littera: bauven vel baffen à  
 βαύζειν fit pro latrare: flerien pro nugari à  
 φλυαρεῖν. clocken pro sonitum reddere, qua-  
 lem augusti oris vasculum solet, à κλώζειν, un-  
 de & κλώγυμος: stropen pro invertere à σπο-  
 φᾶν: gargelen à γαργαλίζειν. Neque illa si-  
 lentio prætereunda sunt, kniper pro homi-  
 ne præparco & fordido, quem & illi κνιπὸν ap-  
 pellant: lampe à λαμπάς: tombe à τύμβη:  
 style à σύλη pro columna: diinen & postea  
 duinen pro littoralis harenæ collibus à θῖνες:  
 „qua voce clarissime ita utitur Appianus in  
 „Parthico & Plutarchus in Crasso ἀνίσασαν ἐκ  
 „Βυθῶν θῖνας ἀμμῶν, velut alter habet ἀμμῶν.“  
 ancker ab ἄγκυρῃ. Brabanti mals vocant  
 quod tenellum est & molle voce μαλακῆ ve-  
 stigium servante: & aiboi ab αἰβοῖ abomi-  
 nantis aversantisque adverbio, quo & Aristophanes  
 utitur: quin & lampers tenue quoddam  
 & pellucidum velamen nominant fœminæ, re-

lucente in eo & λαμπεῖ voce : & nostrum  
 crachtich vicinitatem habet cum κράταιος,  
 & crolle cum κρόβυλος : lueren cum ληροι  
 pro nugis : & thranen à θρηνεῖν pro illachry-  
 mari , quod vir amplissimus Nicolaus Grudius  
 admonuit : & quam nos nacht , illi νυχθα poë-  
 ticè magis vocant. Annotavi olim in com-  
 mentario de Coma , scepescheren dici ab op-  
 ficiibus , qui panni lanei villos longis forficibus  
 detondent , quoties strictim ad ipsam usque  
 panni cutim , ut ita dicam , illos resecant ,  
 quod σκαφιοσχεξεῖν composita voce dicere liceat ,  
 à σκάφιον , quod ἐν χρῷ significat , & σχερῖη ton-  
 sura . „ Gras pro gramine a κράσις sive γέ-  
 „ sis : pat pro calle aut semita a πάτος im-  
 „ minutum est : quod illi κιβδηλον , ceu ad-  
 „ ulterinum , vocant , nos veluti controver-  
 „ sum kifdeelen illud dicimus : quem latini  
 „ callem , Græci πάτον vocant , nos pat , di-  
 „ cimus trunea voce. Scraffen pro scarificare  
 „ a χαράσσειν. σένειν & σεναγμὸς per ejulatu for-  
 „ mat nostrum stenen. nos wispeLEN dicimus  
 „ pro discursare τὴν μυὸς δίκην περιπολεῖν , id illi  
 „ μυσπολεῖν vocant . quod illi τωθάζειν pro sub-  
 „ fannare , nos die tootsetten dicimus. Se-  
 „ curis manubrium Græci σελεὸν , nos steele  
 „ dicimus . ” Quid plura recensere attinet ,  
 quum Germanicarum vocum immensum pe-  
 lagus totum penè ad Græcos fontes arcessi  
 posse

posse putet doctiss. unde quaque Ant. Morillo-nus.

## C A P U T VII.

*Tibulli versus explicatus. Cur Venus concha vehi dicatur.*

**L**egenti mihi apud Tibullum lib. 3. elegia 3. versum illum :

*Et faveas concha Cypria vecta tua.*

& apud Statium lib. 1. Sylvarum in Veneris oratione : *Et nostra potuit considere concha.*

non satis explicata primo occursu videbatur ratiō , cur Venerēm sua concha vectam uterque poëta dicat , præsertim nullis adjuto commentariis. itaque in altiorem cogitationem incubui , ut causam dicti exquirerem rimando , quod aperuit commodū Placiades , qui autoritate Jubæ Maurusii in Physiologis scribit concham marinam toto corpore simul ῥηθεόως aperto in coitu misceri , atque inde esse , quod Venus pingatur concha vehi. Adde huc quod conchyliacei generis èsus libidinis incentivum promoveat. Potest in causæ partem vocari & Cythera insula natalis Veneri concharum buccinarumque proventu copioso olim nobilis , unde & πορφυρίς antea dicta fuit ; quò facit versiculus ille Martialis :

*Lævior & conchis Galle Cytheriacis.*

Illud quoque considerare poterit feriatus lector,

cur apud Claudianum Venus exquiri mandat  
Tritonem marinum deum , quo vecta per al-  
tum deferatur , quum huic deo concham so-  
nantem , qua inspirare possit ; tribuat Ovid. lib.  
metamorp. i.

## C A P U T VIII.

*Immerito criminari nonnullos Græcorum librorum  
conversionem.*

**N**on subjacebit, ut puto, criminandi aleæ,  
si in ista miscellanea materia locum dem  
& diamastigosi nostræ, qua flagellare obiter  
libuit absurdam & præposteram quorundam  
eruditioñis nomine se venditantium morosita-  
tem atque invidiam, qui rem publicam litera-  
riam è versione Græcorum librorum insig-  
nem accipere calamitatem clamitant, doctos  
(seipso innuunt arbitror) sua messe fraudari,  
laborum fructus intercipi, ipsos in ordinem  
redigi, nihilque à Latinis hominibus Græcæ  
linguæ imperitis, quos isti pro numeris ha-  
bent, discrepare lectionis opibus criminantur:  
quos ego rogatos velim, ut paulisper æquis  
mea verba accipient auribus; quod si nolint,  
secum illos cornicari & dictoria mea motis la-  
bris trutinare libenter passurus sum. Nam quum  
(uti præclarè à Stoicis differitur) ad tuendam  
societatem humanam conjunctionemque ani-  
morum uniendam, qua sine in bellum fe-  
rita-

ritatem abire omnia necessum est , nihil sit prius , nihil fortius , nihil tenacius ratione atque oratione (quæ duo affinitate vocum parum diversa , re ipsa penè unum , Græci rectius quām nos uno verbo complectuntur) hæ autem in mutua institutione , communicatione , & judicio positæ sint : quid obsecro in mentem istis venit , ut lucem de rebus tollere contendant ? alios quibus aut non par ocium , aut non eadem discendi voluntas in teneris rudibus que annis fuit , doceri prohibeant , ut nondicam , livore perciti invideant ? Priscis temporibus quum adhuc nuda virtus placeret , vigeabant artes ingenuæ , summumque certamen inter homines erat , ne quid profuturum seculis diu latèret , ut cum Petronio Arbitro dicam : & nunc ista utilitatis publicæ ac juvandæ rei literariæ ratio exolescat , & in culpam vocabitur ? procul absit ista ab artibus non sine justa gravique causa ingenuis dictis macula . At demiror hos ipsos non videre , quām multa Cicero è Platone , Xenophonte , aliis , ad verbum penè transcriperit , illorum flosculis superbiat , ut etiam glorietur alicubi , myrothecion se omne Isocratis consumpsisse : sed occæcavit illorum oculos teterimum livoris virus . Sciunt Ennium libros Euhemeris de Græca in suam , hoc eit , Romanam linguam convertisse . Plautum , Terentium , quis nescit

suarum comœdiarum bonam partem è Menandro , Apollodoro , aliisque comicis haud dissimulanter convertisse ? Fatetur & Cicero appendisse se suis hominibus adversarias orationes duorum nobilissimorum oratorum Æschinis & Demosthenis : item Arati Phænomena , & Xenophontis Oeconomicum. Pythagoram à Zora Assyrio pleraque sua hausisse & ab Ægyptiis refert Alexander cognomento Polyhistor libro de Pythagoræ symbolis , quæ ille suis proculdubio communicavit . Quorsum magno memoriæ detrimento tempus teritur in perdescendis variis linguis , nisi ut audita , lecta , compertaque ad nostrum usum trahamus , aliis communicemus , non solis nobis sapiamus ? Quin igitur Pythagoræ , Zamolxi , Platonis , cæterisque Platonicæ scholæ sectatoribus , ut Plotino , Jamblichus , quotquot denique exoticam ab Ægyptiis & Hebræorum libris hausere philosophiam , & eam Græcis ac barbaris , hoc est , suis hominibus communicarunt , diem dicunt ? Cur non & Ptolemæum tantopere à scriptoribus laudatum in jus vocant , qui magna cura conquisitos undique etiam barbarorum libros in Græcum transfundi sermonem curaverit ? Monet sapienter Cicero , & identidem inculcat , non solis nobis natos nos esse . Et Aristoteles nebuloni stipem conferens humanitati illud sedare professus est . Quur non & nos

nos similiter , si quid Græcorum autorum lectione juvamur , in commune libenter id proferemus , ac promiscuum genus hominum tum eorum , qui nondum adamussim Græca perdiderunt , tum eorum , qui linguae illius prorsus rudes fuerint , eo munere , quod haud aimguo divini numinis beneficio obtinuimus , demereri satagemus? Scio Lysidem Pythagoreum publicari nolle præcepta magnis parta sudoribus , ut in quorumvis manus veniant , exemplo mysteriorum Eleusiniorum , quæ profanos excludebant. Scio insatiabile Alexandri Macedonis peccus commovisse editionem auscultatoriorum librorum Aristotelis. Nec me fugit Ægyptios δυσματότες apud Strabonem audire , quod difficulter sua dogmata peregrinis communicarent. Atenim isti non inviderunt discendi avidis suarum traditionum cognitionem , sed profanari eas & illotis pedibus proculari , aut sannionum materiam fieri noluerunt : quomodo & Plato , qui mysteria ex Hebræorum voluminibus altiora suis passim libris interspersit , Geometriæ imperitos , hoc est , primarum scientiarum cognitione non imbutos à sua schola excludendos censuit , dictante istud scholæ titulo. Enimvero Momo Ligurino hi mihi videntur iniquiores : ille namque in Venere calumniabatur sandalium stridulum nimisque loquax , cætera collaudabat :

at

at isti Venerem illam transmarinam è Græcia hospitem prorsus denegant & subtrahunt oculis profanè eruditorum , sic eos nuncupantes , qui Græca aut non salutarunt , aut non satis callent . Quorsum verò consumitur ista invidia ? an ut soli sciant , soli sapere existimenter ? atqui occinet illis lepidè Persius :

*Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc, sciatur alter.*  
 An verò ut in suis scriptis ascititio ex autoribus raris & quos nisi Græcè doctus legere nemo possit , cultu splendeant , atque exuberent ? Huc eorum si spectat ratio , quid culta illa & nobilia sua scripta cessant edere , agricolis similes , qui post labores multos subigendæ terræ impensos maturam messem colligere negligunt : nisi fortassis hoc consilio celandis furtis suis obicem strui posse credant , ne plagi arcessantur , neve juxta apogum graculi alienis coniecti plumis deprehendantur . At qui divus Hieronymus judicat satius esse alieni operis interpretem existere , quām informis corniculæ modo alienis se coloribus adornare . Verùm excusabunt forte pudorem ; quo minus edant : quin ergo aliis industria fortasse neutiquam inferioribus istam provinciam cedunt ? Sive etenim sua publicant , sive non publicent , utrobius peccant , & invidiæ suæ pœnas luunt : ut enim edant aliquid , eadem certè edunt , quæ è Græcis mutuati sunt ,  
quos

quos publicatos Latioque donatos calumniantur: sive non edant, socordiæ ista indubie est & malevolentiæ seges. At hîc supersedeo plura verba commutare cum irritabili genere.

## C A P U T IX.

*Euclidis Geometræ theorema ad Pythagoram relatum, & à Vitruvio explicatum, & dissensio autorum eodem pertinens. Item Laërtii locus emendatus, Ciceronis indicatus.*

**E**UCLIDIS Megarensis, quem *σοιχειωτὴν* appellat identidem Proclus, à tradendis Geometriæ elementis tyrociniisque, nobile legitur theorema, quod prima fronte obscurum multorum autorum testimonio ad Pythagoram Samium refertur, ordine quadragesimum septimum, quod ita Latinè sonat: In trigonis rectangulis quadratum lateris recto angulo subjacentis æquale est quadratis laterum rectum angulum circumscribentium. Cujus quidem obscuritatem ingeniose admodum discutit Vitruvius architecturæ lib. 9. cap. 2. & veluti dispulsa nube ob oculos clare exhibet, tres areas statuens, quarum prima sit trium, secunda quatuor, quinque pedum tertia, quæ tamen prioribus duabus par faciat spatiū: nam quum prima triplicatō novenarium numerum impleat; secunda quadrifariam increscens sedecim constitutat; tertia pari ratione

tione insurgens vigintiquinque æquabit, duabus illis quantitate respondens, atque æquale spatiū complens: quippe quum sedecim superaddita novenis in vigintiquinque incurant, quot pedes area tertia continet. Sed quid moror autoris ipsius verba adscribere? Nanque si sumantur regulæ tres, è quibus una sit pedes tres, altera pedes quatuor, tertia pedes quinque, hæque regulæ inter se compositæ tangant alia aliam suis cacuminibus extremis schema habentes trigoni deformabunt normam emendatam. Ad eas autem regularum singularum longitudines, si singula quadrata paribus lateribus describantur, quod erit pedum trium latus, areæ habebit pedes novem; quod erit quatuor, sexdecim; quod quinque erit, vigintiquinque. Itaque quantum areæ pedum numerum duo quadrata ex tribus pedibus longitudinis laterum & quatuor efficiunt, æquè tantum numerum reddit unum ex quinque descriptum. Id Pythagoras quum invenisset, non dubitans à Musis se in ea inventione monitum, maximas gratias agens hostias dicitur iis immolavisse. Hactenus ille. Quod autem iste Pythagoræ inventum vindicat, Thaleti tribuit Pamphila historica fœmina, quem primum trigoni orthogonion descriptissime afferit ab Ægyptiis edoctum. Sed à Vitruvio stant plures autores. Siquidem Proclus Diadochus lib.

lib. 4. Euclidis theorema istud demonstratione astruens sic inquit : Qui vetera perscrutari satagunt audire est , theorema istud relegantes ad Pythagoram inventorem , dictitantes eo invento bovem immolasse. Græcè est Βεθυτεῖν λεγόντων αὐτον ἐπὶ τῇ εὐρέσει. Istud dictum alii supra fidem extollunt , hecatomben , hoc est , boum centuriam immolasse illum scribentes : nam Apollodorus calculator , quem λογιστικὸν in Pythagora Laërtius , ἀριθμητικὸν appellat Athenæus lib. 10 scribit eum ἐκατόμβην θῦσαι εὑρόντα , ὅτι τῷ ὄρθογωνί τετράγωνῳ ὑπότεινεσσα πλευρῇ τοι δύναται ταῦς περιεχόσαις . id est , Hecatomben sacrificasse , quod invenisset , latus subjectum rectangulo trigono , tantundem valere , quantum ambientia. Quæ verba apud Laërtium & Athenæum paucis mutatis leguntur , nisi quod Epigramma eam rem contestans , vel potius Epigrammati pars corruptius legatur in Laërtio , hoc pacto ex Athenæi lectione restituendum :

ἡνίκα Πυθαγόρης τὸ περικλεῖς εὗρετο γεφύριο  
κλεῖνθε , ἐφ' ᾧ κλεινὴν ἡγαγε βεθυσίν.

vel ita ex Plutarcho , καίνο , ἐφ' ᾧ λαμπρὴν ἤγετο βεθυσίν. id est :

*Pythagoras quando invenit prænobile schema,*

*Multa hinc gratificans cœde boum superis.*

Unde elucescit , quidnam sit novum illud , ob cuius inventionem Cicero Pythagoram bovem im-

immolasse ait , sic scribens lib. de natura deorum tertio : Pythagoras quum in Geometria quiddam novi invenisset , Musis bovem immolasse dicitur . sed id quidem non credo , quoniam ille ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit , ne aram sanguine aspergeret . Sentit istic de ara Piorum dicta , de qua antea diximus nonnulla. Meminit hujus rei & Plutarchus in sympos. lib. 8. cap. 2. hunc in modum scribens : Inter maximè geometrica theoremeta , vel problemata potius , extat illud , Duabus formis datis alienam adjicere , partim æqualem , partim similem : quo invento Pythagoram sacrificare Diis perhibent : multò nanque subtilius istud est & concinnius illo theoremate , quod demonstrat latus subjectum idem valere quod latera circa rectum angulum constituta.

## C A P U T X.

*Qu. Septimii Florentis locus à mendis vindicatus.*

**E**XSTAT Septimii Florentis Tertulliani , vi-  
ri antiquitatis omnis scientissimi , sed la-  
bante simul cum imperio & Romani sermonis  
elegantia in stylo durioris , liber de Pallio  
monstrosissimè impressus , cui non possum non  
Pæoniam manum addere , quatenus datur ,  
fanando locum unum atque alterum : nam om-  
nia

nia mendarum portenta refecare non unus Hercules queat , vel multis Jolais adjutus. Ac primum ubi legitur : Quanquam Tullius quingentis millibus non unum orbem citri emit , qua bis tantum Afinius Gallus pro menda ejusdem Maufitanæ numerat. Hic ego loco non unum legendum autumo nummum ; pro citri cedri ; pro menda mensa : idque Plinii autoritate innixus , unde ista mutuatus est . is nanque lib. 13. cap. 15. loquens de cedri arbore apud Mauros plurima , ad mensarum insaniam expetita : Extat , inquit , hodie M. Ciceronis in illa paupertate , & quod magis mirum est , illo ævo empta h. s. decem. memoratur & Galli Afinii h. s. undecim. Qui locus , si summam precii species , longissimè exorbitat ab immanni precio quod Tertullianus repetit. Etenim Tulliana ista Plinii mensa decem festertiis æstimata , hoc est , decem millibus nummum , ducentorum quinquaginta coronatorum aureorum sortem implet : at illa Tertulliani quingentis festertiis , sive millibus nummum penditur , hoc est , duodecim millibus & quingentis aureis. Itaque propiore confinio capitum legendum in hoc autore putarim hoc pacto : Quanquam Tullius quindenies millibus nummum orbem cedri emit . tametsi alterius vel codicis vel scriptoris

toris fidem secutus, etiam bis tantum in men-  
sam cedrinam insumpsisse Asinium Gallum  
prædicat, ubi uno festertio plus insumptum  
refert Plinius. Sed transilio ad ea, quæ mox  
sequuntur. Item qua lances centenarii pon-  
deris Sylla molitur: vereor sanè ne parva sit  
ista trutina, quum Rusilianus equidem ser-  
vus Claudii quingenaria promulsidem ædifi-  
cat suprascriptis fortasse an mensis necessaria,  
cui si officina extructa est, debuit & tricli-  
nium in mergo æquè scalpellum acerbitat ei.  
Ego sic lego: Quum Drusillanus equidem  
servus Claudii quingenariam promulsidem  
ædificat, suprascriptis fortasse mensis neces-  
sariam, cui si officina extructa est, debuit  
& triclinium; nam quæ sequuntur verba,  
me non intelligere fateor ingenuè. Res no-  
ta est ex Plinio lib. 33, cap. 11. ubi sic lo-  
quitur: Nostra ætas fortior fuit Claudii prin-  
cipatu, servus ejus Drusillanus nomine Ro-  
tundus, dispensator Hispaniæ citerioris,  
quingenariam lancem habuit, cui fabrican-  
dæ officina prius exædificata fuerat. Quo  
loco obiter nota promulsidem à Tertulliano  
vocari, quam Plinius lancem dixit, diver-  
sa significatione quàm à grammaticis expona-  
tur, qui potionem ea voce notari annotant,  
convivis loco mulsi ad excitandam cibi avi-  
ditatem exhiberi solitam, quo sensu apud Ci-  
cero-

ceronem lib. epistolarum nono accipi vide-  
tur, ibi: Non eum, quem tu solitus es pro-  
mulside conficere. Redeo ad Tertulliani  
verba, quæ paulò pòst sequuntur. Qua Afinius  
Cetus mulli unius obsonium sexis detu-  
lit. Huic loco Plinius optimè medebitur,  
qui lib. 9. cap. 17. de pisce mullo verba fa-  
ciens ita scribit: Afinius Celer è consula-  
ribus, hoc pisce prodigus, Claudio princi-  
pe unum mercatus octo millibus nummum.  
E quibus verbis in Septimio ita reposuerim:  
Qua Afinius Celer mulli unius obsonium se-  
stertiis octo detulit. Sestertia enim octo,  
idem caput constituunt, quod octona millia  
nummum. Fuit autem proclivis lapsus, quum  
imperitus excriptor, ignarus quid sibi vel-  
lent hæ notæ sex. 8. quibus sestertia octo  
significabantur, imitatus rudem picturam,  
vocem æquè sibi ignotam sexis delineavit.  
Rursus in eodem sic legitur: Qua Æsopus  
histrio ex avibus ejusdem preciositatis ut ca-  
noris & loquacibus, quibusque centum mil-  
lium patinam confiscavit: fortè legendum  
rectius conflavit. Aliter Plinius lib. 10.  
cap. 51. patinam hanc sexcentis sestertiis ta-  
xatam ait, ut fortassis non centum, sed sex-  
centorum millium, Tertullianus ipse scrip-  
serit. Sed non minor in verbis continent  
serie annexis error est, ubi ita scriptum in-

venio : Qua filius ejus post tale pulpamen-  
tum potuit aliquid sumptuosius esurire mar-  
garita. Nanque vel ipso nomine preciosa de-  
hausit , credo ne mendiciūs patre cœnasset.  
Ego sic distinguendum scribendumque cen-  
seō : Sumptuosius esurire. Margarita nan-  
que vel ipso nomine preciosa dehausit , cre-  
do ne mendiciūs patre cœnasset. De Clodio  
Æsopi tragicī histrionis filio , qui margarita  
ipso nomine preciosa , hoc est , uniones &  
singularia naturæ opera absorpsferit , & con-  
vivis absorbenda dederit : vide Plinium li-  
bri noni capite 35. ut toties in Tertulliano  
accuratam Plinianæ historiæ lectionem indi-  
cemus.

## C A P U T XI.

*Adagium, Schema, & triobolus.*

**P**Roverbium est apud Eustathium in Ilia-  
dos 13. ab Erasmo præteritum , σχῆμα  
καὶ τελών , cuius usus erit in inge-  
niosos quidem , sed nisi institeris , remissos ,  
& non nisi præmiolis expugnabiles : cui vi-  
tio dexterimus quisque obnoxius fermè esse  
deprehenditur. Nata parœmia à Tragico  
Phrynicho , qui studii tantum atque operæ  
collocasse in saltationes Tragicas perhibetur,  
ut novum genus modumve saltandi excogi-  
tantibus triobolum præmii vice numeraret.

Re-

Refertur ab aliis ad Pythagoram proverbii origo , quēm Jamblichus philosophus scribit, ingenioso dextroque discipulo , sed ad excollendas disciplinas tardiori , pro quolibet mathematico schemate triobolum pependisse, ut præmii invitamento supinitatem discipuli castigaret , studioque discendi ( quod libera & incoercita voluntate constat ) faces quasdam subderet.

## C A P U T XI.

*Quis fuerit aries Phryxi. Item Pausania locus expensis & Theonis: nec non de Chymisticis libris nonnulla.*

**D**E Phryxi ariete pleni sunt fabulatorum & poëtarum libri omnes. quis autem revera fuerit aries ille , examinandum esse duxi latius. Scribunt Pherecydes & Hesiodus , Athamantis & Nepheles liberos fuisse Phryxum & Hellen. at Herodotus scribit Athamanta Æoli filium Thebanorum regem ex Themisto conjuge proles suscepisse numero sex , Schoenea , Erythron , Leuconem ( quem Pausanias ante patrem dececessisse ex morbo prodidit ) Pœum , Tittonum vocat Zezes , natuque minimos Phryxum & Hellen ; quos insidiis Inūs novercæ appetitos fugisse patriis sedibus extorres , Hellenque in discessu diem obiisse. Comitem

fugæ vectoremque perhibent omnes arietem Chrysomallon (ita enim apud Germanicum Cæfarem lege pro Chrysovellus) quasi diccas aureo tectum vellere , quem ex concubitu Neptuni cum Theophane Altidis filia in ovem transformata natum , fabulatur Hygnus & Germanicus. Eundem maestasse Phryxum victimam Jovi τῷ φυξίῳ , sospitatori , per quem periculum evaserat , jugulatique pellem Αἴτæ Colchorum regi dono dedisse , refert Eratosthenis autoritate Theon Aratæus interpres : quo loco legendumne sit φυξίῳ , quod cognomen etiam est Jovis exulum defensoris , teste Apollonii scholiaсте , an verò αὐφυσίῳ , controversum facit Pausanias in Atticis , & clarius etiam in Bœotiis , ita pertinxens fabulam ; Athamante , inquit , in monte Laphystio Phryxum pariter & Hellen immolaturo , ferunt missum fuisse ab Jove pueris arietem aurea lana insignem , cum quo illi fuga evaserint . Hunc Arietem fuisse ἐπιτροπὸν & quæstorem pecuniarum Athamantis Phrygiæ regis , exponit Palæphatus , qui cognita hujus de interficiendo filio voluntate , unâ cum Phryxo , imposta in navim magna vi opum , abnavigarit in Colchos , ubi Αἴτæ regis filiam Chalciopen conjugem duxerit . Dionysius in Argonauticæ secundo ait νελὼν sive Arietem fuisse Phryxi alumnum ,

num, qui, cognitis infidiis Inūs novercæ, Phryxo autor fuerit, ut saluti suæ fuga consulteret, simulque profectionis comes in Colchos adnavigarit. Diodorus Siculus Arietem Phryxi pædagogum Diis immolatum Æëte Colcho fuisse refert, ejusque pellem detracētam, templique parietibus inter donaria more barbaro appensam, deauratamque adhibitis custodibus servari jussam fuisse. Alii arietem interpretantur navim arietina formam, aut saltem arietis insigne in prora præferentem: ita Lucilius Tarrhæus Phryxum ex quorundam opinione ἐπὶ κελωνεώρες σκάφες, in navicula, cuius prora arietem præferebat, mare trajecisse annotat: sic & Diodorus lib. 5. Simili ratione Herculem ad Erythiam sive Gades transvectum scypho, hoc est, scyphiformi nave memorant Panyasis & Pherecydes. Sic taurum, qui Europam vexit, navem taurina specie fuisse refert Julius Pollux: & Nymphis Heracleotes navem, qua Phryges Bosporum navigarunt, insculptam habuisse tauri προτομὴν, atque ab ejus tauriformis navis trajectu finxisse illos, quod bos fretum illud transmiserit, narrat. Differenter à supradictis opinionibus rationem ad fert Suidas in dictione δέργας dicens, arietinum illud vellus à Phryxo donatum sive Aeëtæ socero, sive secundum alios uxori Chal-

ciope , fuisse libellum arietinis velleribus , chartisve pergamenis descriptum , in quo continebatur auri conficiendi διὰ χημέτας ratio omnis. Aureum istud vellus è solido auro πάγχευσον dicit Euripides : at Simonides in hymno Neptuni , ostro purpuræve flore tinctum fuisse ait. Illud verò per occasionem addendum est , libros de auri argenteique chymia à priscis Ægyptiis conscriptos magno studio conquisivisse , & inventos exussisse Diocletianum Imperat. Quin & Zosimus Alexandrinus philosophus legitur scriptissime χρυσευτικῶν lib. octo & viginti ad Theofebiam sororem , indito libris & altero titulo , quo χειρόνυμα à manuario labore vocarentur.

### C A P U T XIII.

*Senetæ locus emendatus ex libro ad  
Albinam.*

**N**on possum inconniventer præterire locum Senetæ non uno modò aut simpliciter mendosum ex libro de consolatione ad Albinam , ubi sic scriptum invenio : Nunc transiliens ab ipsis , quarum amœna positio & opportunitas regionis plus allicit , deserta loca & asperrimas insulas , Ciatum & Symphum , Giarum & Gorsitam pete. Hæc insularum nomina exiliis nobilitata ,

tata in meliorem faciem ita reponenda puto : Sciathum & Siphnon , Gyarum & Corcyram pete. nisi pro Sciatho Cythnon mavis legere aut Cianon : certè Cianon & Sciathon inter insulas à dispersione nominatas Sporadas , enumerat Plinius , at Cythnon inter Cycladas : inter quas ponitur ab omnibus & Siphnos in Creticum mare vergens , quæ & Siphnum astragalum in proverbii ludicrum traxit. De Gyaro indubitata res est ex omnium scriptorum fide. Quòd verò pro Gorsita Corcyram substitui , facit lubricus facilisque deflexus literarum in vocibus & sono & tractu affinibus : nam C maiuscum levi ductus momento in G deviat , & r in t. Scit autem non nemo Corcyram Jonii sinus insulam esse , antea Melænam cognominatam , de qua Plinius , & in Dionysium Eustathius : nisi malit quis Cosyram insulam Africi maris substituere , infœcundam illam & sterilem , ut pleraque exiliorum loca , de qua Ovidius : *Melite sterili vicina Cosyræ.*

## C A P U T XIV.

*Quid sic Catastus apud Vitruvium , Cælius erroris notatus.*

**C**Atastus Vitruvio est servus venalitus è catasta profectus , quam compedem ligneum exponunt quidam rectius ,  
T , quām

quām qui ad Græcam originem referentes vocabulum locum esse putant, in quo venum exponantur servilis conditionis homines, quasi à καθισάν, à sistendo istud fluxerit: priore enim in significato Plinii illud libro 35. accipi video: Talem in catasta videre Chrysogonum Syllæ. Hic est Chrysogonus oratione Ciceronis pro Roscio Amerino nobilis. Similiter usus est Tibullus elegiarum lib. 2. ubi periphrastice catastum describit; ibi: *Nota loquor, regnum ille tenet, quem sāpe coēgit  
Barbara gypsatos ferre catasta pedes.*

Vitruvii verò locus est libro architecturæ. 8. capite quarto sic scribentis: Ut qui ibi procrearentur voces ad cantandum egregias haberent, ideoque semper transmarinos catastos emere formosos & puellas maturas, eosque conjungere, ut qui nascerentur ex his, non solū egregia voce, sed etiam forma essent non invenusta. Quo loco Calastros legit, exturbata veriore lectione, Cælius antiquarius, à vocalitate fortassis efformata, ut putavit, voce à καλισπέω verbo, quod clamarē significat. Hos transmarinos catastos circumscripsit Plinius lib. 35. cap. 17. de creta loquens vilissima: Qua, inquit, pedes venialium trans mare advectorum denotare instituerunt majores. De iisdem sensit ibidem cap. penultimo, ubi ait: Tantumque non  
cum

cum laureatis fascibus remitti illò , unde cretatis pedibus advenissent. In quam sententiam Synesius lib. de insomniis : ὥσε ὁ δεδεμέν<sup>ς</sup> ἐν πέδαις , καὶ λέλυται , καὶ σερτεύεται , καὶ σεφωνηφορεῖ , καὶ πορθτίθεται τρέφεζαν , εἰ μὲν βάλοιτο , μηδικὴν , εἰ δὲ βάλοιτο , σικελικὴν , καὶ μέν τοις τοῖν ποδοῖν υπῆλήσμων ἔσιν . id est : Ut vincitus in catasti & liberatur , & ductat ordines , & coronatur , mensamque apponit , si lubet , Medicam , aut Siculam , interea pedum oblitus . Extat & catasti mentio apud Martialem libro duodecimo epigrammatum :

*Cum tibi Niliacus portet crystalla catastas.*

### C A P U T X V .

*De asellis animalculis expensum judicium ex Galeno , Plinio , & Cornario ; & de voce Julus.*

**B**estiola est multipes , sub hydriis aquaminariisque nascens , & per muros scansim enitens , & ad contactum se se in pilæ modum contrahens , quam Latini multipedam , millepedam , & centipedam nominant , Græci ὄνισκον quasi asellum à colore nuncupant , Dioscorides etiam καβαρίδα , Galenus & Ægineta ὄνον , Aristoteles cum adjecto ὄνον πολύποδα , quasi asinum multipedem : Asiana lingua κύαμον ob fabæ similitudinem , Galeni testimonio : nonnulli etiam πολύ-

πολύποδα, alii quoque ιχλον velut ιον & σλον, quod toto corpore obseptis pedibus gradatur, ut equidem existimo. Marcellus Medicus cutionem à cutis duritia soliditateque appellat, quod annotat Janus Cornarius magnæ eruditionis & multijugis lectionis vir. Nimirum Zezes apud Lycophronem ιχλον exponit vermiculum multipedem per muros gradientem: & addit Etymologici autor ita dictum ἀπὸ τῆς ἔναις καὶ τῆς λεότης τῆς πορέιας, ab incessu facilitate, sive ἀπὸ τῆς φλως καὶ πυκνῶς εἰλεῖσθαι, quoniam crebrò in orbem volutatur. cui animalculo, quia scolopendræ instar bipartitum multorum pedum ordinem habeat, Lycophron comparat naves Paridis ob remorum duplisem ordinem ιχλοπέζας quasi multiremes & aselli instar gressiles eas nuncupans. Theophrastus in quadam ad Phaniam epistola ονον vocari dicit autoritate Sophoclis in Surdis Satyris fabula sic dicentis: κυλισθεὶς ωσις ον & ισόπεζα: id est, volutatus aselli instar ferrati crenative: ισόπεζον enim dixisse videtur ferræ similem propter crenulas illas, quæ in aselli corpore arcuato visuntur: nisi legendum quis potius censeat οπεζα argumento descriptionis, quam ex Galeno subjiciam, quod in sterquiliniis ferè nascatur. Sed quid moror Galeni descriptionem describere ex tertio de medicamento-  
rum

rum secundum locos compositione sic scribentis : ζῶον ἔστι πολύπον, ἐν τοῖς ὑθερῷοῖς ἀγγέλοις  
καὶ ἐν ταῖς κοπεῖαις γεννώμενον, κατὰ δὲ ταῖς τῶν  
δακτύλων ἐπερέσεις σφαιρόμενον. Latinè sonat :  
Bestia est multiples, in aequalibus sterquiliniisque nascens, & ad digitorum compressiones in globum se rotans. quod testimonium  
de ea perhibet & Dioscorides. Poterat &  
Plinius de codem animalculo videri sentire  
lib. 29. cap. ultimo, ubi hunc in modum  
scribit : Millepeda ab aliis centipeda aut  
multipeda dicta animal est è vermis ter-  
ræ pilosum, multis pedibus, arcuatim re-  
pens, tactuque contrahens se, oniscon Græ-  
ci vocant, alii tilon. quam quidem Plinii  
descriptionem velut in re eadem adducit Cor-  
narius. Sed duo sunt in ea, quæ suspicionem  
mihi commovent de hoc ipso animalculo  
passim noto fusci coloris aut sublividi, in  
maceriis humectis aut uliginosis ruderibus sta-  
bulante, pluviæque tempestatis indice, &  
ad contactum sese in gyrum contrahente,  
Plinium non agere : siquidem pilosum esse,  
& arcuatim repere illud suum, prædicat, quo-  
rum neutrum in hoc nostro apparet, quippe  
cujus in corpore crenato ne vestigium quidem  
pili ullum extet, neque arcus in morem in-  
ter reptandum incurvari conspicitur, nimi-  
rum toto corpore gradiens. Quapropter Pli-  
nius

nium de ea potius bestiola loqui suspicio est, quæ non parum pilosa, & arcuato corpore sese promovens, hortos perreptat, frondesque depascitur, quæ convolvolus à volvendi argumento Catoni dicta videtur. Judicium penes doctiores, quos ea cura tangit, relinquo. At quod ex Clitarcho in Glossis adfert Etymologici autor, Polypum pisces à Lacedæmoniis ἵλον vocari, perperam de pisce perscriptum arbitror, referendumque puto ad istud, de quo agimus, quodque multipedam simili de causa Latinis dici annotavimus. Habet autem ἵλον præter dictam etiam alias significations: nam & prima lanugo sive flos obsepientium genas mentumve pilorum ἵλον Græcis dicitur, ut apud Theodoritum lib. de providentia quarto, ἀρθέτερον μὲν γὰρ ἵλον ἀνθεῖ, μετὰ δὲ ταῦτα τεχνῶσις μετρία καλύπτει. id est, Primo efflorescit lanugo, mox mediocris pilorum sylva genas operit. Et apud Apollonium Rhodium lib. I. Argonaut. ἵσον πάς οὐκένων ἐπισαχύεσσον ἵλοι. hoc est: Atque illi culmi lanuginis crumpebant. Dicitur & ἵλον capillaturæ contortio, quo sensu & metaphoricis extulisse videtur Plinius de avellanis loquens capite 29. libri 16. Ferunt, inquit, & avellanæ iulos compactili callo, ad nihil utiles. Eratosthenes in hymno Mercurii iulon pro la-

Ianificarum cantilena videtur usurpasse, ibi:

ἢ χερνῆτις ἐπίθῃστος παλεῶν

Δευδαλίδας τεύχεσα καλάς ἡειδεν ιώλγε. id est:

*Lanifica at supero in cænaclo pensa trahebat,*

*Farque parans falsum scitos cantabat iulos.*

Negat hoc Didymus, contenditque iulon  
dici hymnum in laudem Cereris, quod ex  
Semo Delio annotat, & Athenæus lib. 14.  
& indicat Theodoritus lib. de materia & mun-  
do sic inquiens: Ne cantemus iulum Cere-  
ri, neque Rheæ lityersan, nec Baccho di-  
thyrambum.

### C A P U T XVI.

*Fulmen cur telum trisulcum à poëtis di-  
catur.*

**C**Ur à poëtis telum trisulcum fulmen di-  
catur, neminem grammaticorum sub-  
tiliore inquisitione conjectatum fuisse, \*  
demiror: quod quia intentatum est aliis &  
indictum, conjecturæ dabitur locus, & qui-  
dem multiplici. Aut enim trisulcum prop-  
terea dici putandum est, quia superiorum  
trium siderum, Saturni videlicet, Jovis, ac  
Martis ignes ad terram deciduos fulmina  
vocari tradiderunt principes doctrinæ viri,  
& præcipue sideris medio loco positi, quo-  
niam contagium nimii humoris è superiore  
Saturni circulo, & ardoris è subjecto Mar-  
tis,

tis , pér hunc modum egerat : unde natum  
sit , quòd fulmen Juppiter jaculari dicatur ,  
quod mitius existimatur , quum Saturni sæ-  
vum & execrabile , Martis cremans habeat-  
tur. Ad quam rationem vocari potest divi-  
sio trium generum fulminum à Servio posi-  
ta , ut fulmen quod afflat , hoc est (ut inter-  
pretatur Seneca) quod levi injuria lædit , Jo-  
vi tribuatur : quod punit perimitque Satur-  
no : quod incendit , Martis sideri. Aut se-  
cundum Plinianam rationem , quæ tria ful-  
minum genera tradit : primum siccum , quod  
non adurit , sed dissipat : alterum humidum ,  
quod non urit , sed infuscat : tertium cla-  
rum , quo quæ intus latent liquantur aut  
dispereunt , illæsis operimentis. Aut quia  
Jovi fulminum autori ex Hetruscorum in  
fulguralibus libris sententia tres sint datæ  
manubiæ ex undecim fulminum generibus ,  
novem numero Diis attributis : quarum pri-  
ma moneat placideque agat , ex sua ipsius  
sententia : secunda non omnino impunè exer-  
ceatur ex duodecim Deorum (quos Consententes  
vocat Varro) arbitrio : tertia pervastet imis-  
que summa commutet , neque id absque su-  
periorum siye involutorum Deorum nutu.  
Dicuntur autem (ut id obiter dicam) in Thu-  
scorum literis jactus fulminum Manubiæ , ut  
est apud Servium : quomodo manubias om-  
nes

nes albas & nigras Palladis esse : rubras & sanguineas Jovis , scribit Acron. Quid, quod Seneca ex Cœcina , qui de Hetrusca disciplina scripsit, tria fulminum genera tradat, Consiliarium , quod sequitur post cogitatum negotium , sive ut Marcellinus ait , suadet dissuadetve aliquid fieri : Autoritatis , quod re perfecta eventum bonum malumve denunciat : Status , quod inopinatos opprimat. Adde huc tres fulminum species à Suida & grammaticis positas , quorum unum sit σκηπτὸς sive καταβάτης , quod transfigit : ἀργῆς , quod afflat infuscatque : & φολόεις , quod tactu perimit : quibus duo addit Zezes Lycophronis interpres πενσῆς sive πυρόεντος , de quo Juvenalis illud loquitur:

*Iratus cadat in terras & vindicet ignis.*

& ἐλιξίαν , quod turbine cieatur. Quicquid sit, fulmen trifariam semper armant autores , ut Seneca tria ejus genera facit , terebrans , discutiens , & urens : & hoc rursus trifariam , vel afflando leviterque perstringendo , vel accendendo , vel comburendo : Servius Honoratus nunc quod terreat , afflet , & puniat , inter fulminum genera enumerat : nunc quod afflat , incendit , & scindit : nunc verò quod colorat , transfigit , & afflat. Illud corollarii loco addendum est , fulmen diurnum Jovis putatum fuisse , unde & Diūm fulgur appellabatur , teste Sex.

Pompejo : nocturnum verò Summani , quod  
repetitur & à C. Plinio lib. 2. cap. 52.

## C A P U T X V I I .

*Martialis aliquot epigrammata auctori suo  
restituta.*

**N**on possum quin Martiali lepidissimo poëtæ epigrammata aliquot sua , hoc est , festiva , in impressis codicibus hactenus desiderata , ex venerandæ vetustatis exemplari in Anglia mihi olim descripta communicataque à Bergamo homine candidissimo , restituam in hac materierum miscellanea turba : ac primum ex lib. 7. illud ad Ponticum :

*Pontice , perreges discurris , & omnia lustras ,*

*Magna quidem sequeris , Pontice , magnus homo es.*

*Pontice , si qua facis , sine teste facis , sine turba ,*

*Non adhibes multos Pontice , cautus homo es.*

*Pontice , te celebrem forma natura creavit ,*

*Dignus eras Helena , Pontice , pulcher homo es.*

*Pontice , voce tua posses adamanta movere ,*

*Vox tua dulce sonat , Pontice , dulcis homo es.*

*Pontice , sic alios , sic te quoque decipit error .*

*Vis dicam verum , Pontice , nullus homo es.*

Ibidem de vetula.

*Tacta places , audit a places , si non videaris*

*Tota places , neutro , si videare , places .*

Ibidem de Milone.

*Milo domi non est, peregrè Milone profecto  
Arva vacant, uxor non minus inde parit.*

*Cur sit ager sterilis, cur uxor lactitet, edam:  
Quo fodiatur ager non habet, uxor habet.*

Ex libro 12. In histriōnem.

*Ante Jovis statuam crepuit satur histrio: pænam  
Juppiter indixit, viverē de proprio.*

Ad Milonem.

*Thura, piper, vestes, argentum, pallia, gemmas,  
Vendere Milo soles, cum quibus emptor abit.*

*Conjugis utilior merx est, qua vendita sæpe  
Vendentem nunquam deserit, aut minuit.*

In effrontem.

*Os atavi, patrui nasum, duo lumina patris,  
Et matris gestus dicis habere tuæ.*

*Quum referas priscos, nullaque in corpore partem:  
Mentiris, frontem dic mihi cuius habes?*

„ Ex lib. 4.

„ Ad cœnam nuper Varus me forte vocavit.

„ Ornatus dives, parvula cœna fuit.

„ Auro non dapibus oneratur mensa, ministri

„ Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.

„ Tunc ego, non oculos, sed ventrem pascere veni:

„ Aut appone dapes Vare, vel aufer opes.

Ex quibus unum atque alterum ex prioribus  
non satis Martialem spirant, ut meum liberè  
arbitrium interponam: reliqua illius esse, vel  
Jovem lapidem dejerarim. Hæc eo libentius  
ascrīpsi, quòd doleam lectionem variam Mar-  
tialis

tialis epigrammatum cum hac ipsa appendice ante sexennium typographo cuidam creditam nondum in publicum exisse.

## CAPUT XVIII.

*De ostracismo, petalismo, & ecphyllophorefi, relegationis generibus. Inibi locus apud Phavorinum emendatus.*

**O**stracismus, quem testularum depositio-  
nem vocare licet, relegatio erat, ge-  
nus exilii temporarium, ac fermè decennale,  
quo suæ exulantι substantiæ integræ intactæ-  
que reservabantur: neque in deploratos homi-  
nes & nefarios, sed velut reipub. graves, ac  
virtutis nomine odiosos magis, quàm scele-  
rum compertos, exercebatur, quod à Julio  
Polluce lib. 8. perscriptum est. nec enim fla-  
gitiorum pœna erat exostracismus, ut inquit  
Plutarchus, sed in speciem fastus gravioris-  
que potentia castigatio deductioque, at reve-  
ra liberale invidiæ remedium & solamen quod-  
dam: constat nanque prudentissimum quenque  
& consultissimum huic legi obnoxium maximè  
fuisse, & ostracismo exulasse. sic Aristides  
cognomento Justus, sic Solon optimarum le-  
gum autor, sic Themistocles, sic Thucydi-  
des, sic Xantippus, sic Alcibiades, magni  
viri omnes, ejus legis injuriam experti sunt.  
Sed in Hyperbolo extremæ improbitatis ho-  
mine,

mine, quæ etiam in proverbii ludicum conversa est, desit atque abrogatum est malignæ legis arbitrium; ut mox dicemus. nam Cimōnem (quem falso Aristiden nominat Phavorinus in dictione ὁσερκίνδα, ubi pro Αριστείδης reponere ὁ Κίμων ex Suida & Athenæo lib. 13.) ob nefariam cum sorore Elpinice conjunctionem incesti reum merita animadversione à populo per ostracismum exclusum censeo, graviore quoque pœna dignum. Quin & Theseum primum omnium ostracismo ejectum prodidit Theophrastus, & ex eo Suidas. Quo nomine miror quòd tanto post tempore Hippiam tyrannum legem de ostracismo invexisse scribit Heraclides in fragmento de politiis positam, ut ait, propter tyrannicè agentes: nam si quem ob nimiam potentiam, aut popularis auræ favorem, ad tyrannidem viam affectare creditum foret, cives nomen suspecti testulis inscriptum deferebant. Quem morem observasse & Argivi & Milesii & Megarenses leguntur. Eandem legem ab Atheniensibus transfuentes Syracusani privati eam juris sibi fecerunt, non testis, sed olivæ foliis nomen rei inscribentes, & πεταλισμὸν inde, velut foliationem quandam, ἀπὸ τῶν πετάλων, id est, à frondibus, nominantes. Similis est ἐκφυλλοφόρησις per folia exactio apud Zezen omniæ historiæ scriptorem nomine discrepans,

sed in re consentiens, cuius apud Dinarchum oratorem fit mentio adversus Polyeuctum, quem ἀκφυλλοφοηνθέντε, hoc est, foliorum suffragio ab aris focisque exturbatum dicit. Reliquum est, ut ex Polluce, Plutarcho in Aristide, Aristophanis scholiaste, & Zezeritum, quo ostracismus peragebatur, subjiciam: is ita habet. Quum visum erat potentiorum aliquem à laribus patriisque sedibus extorem ejicere apud Athenienses, positis pro tempore tabernaculis (ut Pollux habet) aut tabulatis (ut Aristophanis interpres) aut clathris cancellisve (ut Plutarchus) in orbem undique obsepiebatur forum, relictis decem liberis accessibus, per quos aditus patéret omnibus tributim commen-  
tibus ad deponendas in urnam appositam testulas, ὄσεγενα appellant, quæ in exilium abi-  
turi nomen inscriptum habebant: quibus col-  
lectis omnibus inibatur testularum numerus ab  
his, qui judicio præsidebant (ii erant prætores  
novem & senatus) quæ si explevissent sex mil-  
lium numerum, reo solum vertendum erat  
intra diem decimum: at si non ascendisset eò  
numerus, mansitare domi fas erat. exulantem  
autem facultates suæ sequebantur, & redditus  
annui ex agris. In eo discrepat Zezes, quod  
non, ut illi, in forum, sed in Cynosarges, id  
gymnasi nomen erat Athenis, testulas afferri  
confueisse annotat. Illud verò memoratu-  
dig-

dignissimum est Aristidis factum , quòd quum rusticus quidam literarum prorsus rudis illum fortè obvium habuisset , quid hominis esset , ignarus , postulassetque ab eo Aristidæ nomen in testula porrecta describi , ille admiratus percutetatusque , ecqua in re fraudi ipsi fuisset Aristides , rustico negante , ac ne de facie quidem virum nosse prædicante , sed Justi nomen , quod ille audiret , molestum sibi esse dicente , nihil respondens ille & nomen inscrispit , & testulam reddidit . Quomodo autem in Hyperbolo extermínium iitudo desierit , quia dicturum me recepi , non possum non addere ex Plutarcho . quum nanque glisceribus hominum studiis Aristides & Nicias (quorum ea tempestate magna in republica autoritas atque potentia habebatur) factionibus dissiderent , populo ad testulas discessiōnem parante , illi animadverso periculo , quo alterutri testularum suffragio cadendum erat , studia partium sibi addictarum in unum conciliantes testulas in Hyperboli caput cudi subornarunt : qua re offensus populus illusum sibi factamque injuriam insimulans , lege in universum antiquata , Hyperbolum absolvit . Aristophanis scholiaſtes dicit hunc non obtemperasse legi patriæ , fratris jam Atheniensium rebus & pessum euntibus . Ostracismi meminerunt & Aristoteles in Politicis , & in oratione de corona Demosthenes.

nes. Ab ostracismi, quo florentes hominum fortunæ subitò vertuntur, ratione manasse videtur adagium, ὅσερίς περιεργοφή, testulæ conversio, quo usus est Eunapius Sardianus in Chronographia in hæc verba scribens, ὥσπερ ὁσερίς μεταπεσόντ<sup>ς</sup> επιτοβελτιον ἔχωρη ε Ρωμαίοις. hoc est: Romanis felicius præter ipsum res cecidit, tanquam in diversum prolapſa testula.

## CAPUT XIX.

*Quale vinum fuerit murina, sive myrina.*

**M**Urrinam, myrrhinum, & murinam, potissima tamen lectione myrinam, vini potionem intelligi invenio myro odoramento-ve conditi, μύγῳ γὰρ οἴνον μιγνύντες θτως ἐπίνον, ut lib. 12. inquit Ælianuſ: hoc est, odore fra-grante vinum imbutum bibeant. Vocatque eam mixtionem μυέλιντην οἶνον, cuius memi-nerit Philippides Comicus: niſi forte μυείνην cum Polluce legi præſtiterit. „ Quæ lectio fer-„ vatur & Diphilo Comico apud Athenæum, „ Ἐφ' ᾧ χαειῇ πολὺ μᾶλλον, ἢ μυείνην προσεγ-„ χέας. id est: Qua re lætabitur magis quam „ si murrhinam infuderis. ” Neque vero à myrrhæ condimento ita appellatur, tametsi myrrhæ odore condita vina ex Plinio intelli-gamus præter vetustorum codicum conſenſum, qui omnes myro legunt, quod ab Her-molao annotatum est: siquidem murinam Plinius

nius lib. 14. cap. 13 & in Pseudolo Plautus, vinum esse dulce testantur: sic enim apud hunc comicum loquitur Pseudolus:

*Quid si opus sit, ut dulce promat indidem, ec-  
quid habet?*

Cui respondit Charinus:

*Rogas, inquiens, Murinam, passum, defrutum  
mellinam.*

Quibus verbis apparere dicit Plinius non inter vina modò murinam, sed inter dulcia quoque nominatum. ita Fabius Dorsennus, seu potius Flavius:

*Mittebam vinum pulchrum, murinam.*

A myro ergo, non à myrrha, cuius admixtione amaresceat, appellationis myrinæ fontem arcessere oportet, utcunque Fulgentius in myrrhæ significationem consentiat: delicatam enim fuisse potionem & ganeæ propriam præter autores modò nominatos docere potest & Sutrius sive Succius Comœdiarum scriptor, ubi Glyceram meretriculam à dulcedine nomen habentem introducit ita loquentem:

*Myrinum mibi adfer, quo virilibus armis occur-  
ram fortiuscula. Confirmat hoc in primis Julius  
Pollux lib. 6. cap. 2. sic inquiens: ἦν δέ τις καὶ  
μυρίνης οἶνος μύρεω κεκρεμένος, οἱ δὲ τὸν γλυκὺν  
ἔτος οἴνονται κεκληθέσθαι. id est: Erat & myrinum  
vinum myro odoramentove permistum: sunt  
qui eo nomine dulce vocari existimant. quæ-*

verba cum Plinianis consonant. „ Quid , quod  
 „ clarè Theophrastus libello de odoribus , un-  
 „ guenti commixtione condulcorari vina , scri-  
 „ ptum reliquit ; hæc en.m ejus sunt verba ,  
 „ δοκεῖ δὲ καὶ τὸ μύρον ἡδὺντιν τοὺς δίνους . Meini-  
 „ nit hujusce vini & Comicus Posidippus ,  
 „ μυρρίνης ὁ τίμιος . id est : pretiosa murrhina . ”  
 Item Aul. Gellius lib. 10. cap. 23. de Romanis  
 Latiique mulieribus verba faciens ex historiis  
 ita scribit : Bibere autem solitas ferunt loram ,  
 passum , murinam , & quæ id genus optant ,  
 potu dulcia . Quæ quidem verba repetita vi-  
 dentur ex Varrone lib. 1. de vita populi Ro-  
 mani , ubi sic ait : Antiquæ mulieres majores  
 natu bibebant loram , aut sapam , aut defru-  
 tum , aut passum , quam murinam quidam Plau-  
 tum appellare putant . quem locum annotans  
 Hermolaus pro sapam malè garum citat .  
 Adde huc Sexti Pompeii judicium , qui muri-  
 nam potionis genus exponit , quod Græcè di-  
 catur nectar . Quid , quòd in supplicationibus  
 publicis ad pulvinaria Deorum apponi solebat  
 ædilium jussu murina , velut proprius Deorum  
 potus , quos nectare & ambrosia pastos credi-  
 dit antiquitas . Apud Petronium Arbitrum qui-  
 dam se myrinum poculum ebibisse ait ad li-  
 bidinis concitamentum . Quibus autorum te-  
 stimoniis omnibus evidens fit & manifestum ,  
 murinam dulciariam fuisse potionem & ganea-  
 tam ,

tam , & cum aromatite vino si non eandem , non admodum pugnantem , aut ab eo diversam , quod ex Plinii loco antea citato liquere potest. Aliud longè ab hoc diversum est myrtinum & myrtatum vinum , de quo Columella lib. 13. Palladius cap. 17. Cato , Dioscorides in quinto , Plinius libro 14. capite 16.

## C A P U T   X X .

*De cerycis significatione multifaria. Item apophthegmatis duobus apud Erasmum lux data.*

**K**Ηρυχος vocis significatio latè patet , nam & præconem notat , & nomen proprium , & caduceatorem fecialemve , & pocillatorem , & buccinam sive muricem piscem. quarum omnium significationum documentum & testimonium multiplex dabo. Primum omnium Ηρυχος præconis munus esse scribit Herodotus sacris libationibusque præesse , concionem ad vocare , dicturos citare : unde Demosthenis illud de Corona , ἡρώτα μὲν ὁ Ηρευξ , τίς αγορεύειν βέλεται. præterea attentos reddere , silentium indicere atque imperare , ut linguis faverent , idque tam in sacris quam in certaminibus , quod Græci dicunt κακηγένειαν ήσυχιαν , & κακελεύσαι , & υποκηρύξασθαι. Plautus facere populo audientiam dixit. Item bona proscripta proclamare preciaque conficere , hoc est , auctionem facere : judices quoque & agonitas nominatim

tim appellare, Deorumque ferias indicare, in cerycis munus devolvit antiquitas, quæ omnia in præconem nobis cadunt. adde huc & obscura quædam explicare, unde & ἐρμηνέας vocari posse cerycas ait Pollux, qua ratione Mercurius Deorum κῆρυξ, velut interpres, à Simonide dicitur, ubi de Maia loquitur, αὐτῇ γὰρ κυλλήνης ἐν δρεσσῃ Θεῶν κῆρυκα τέχ' ἐρμῆν: id est: Hæc Cyllenes in montibus Deorum ceryca edidit Mercurium. Quid, quòd in tutela Mercurii præcones habebantur ἐρμαῖκως κηρύσσοντες, quomodo apud Sophoclem in Trachiniis Lichas præco de se ait, ἀλλ' εἴπερ ἐρμῆς τὴν δέ πομπευω τέχνην. hoc est, siquidem ego Mercurii munus obeo. Accedit quòd Mercurius cum Pandroso Cecropis filia (sic enim nominatur ab Eustathio, tametsi aliam ponat Pausanias) consuetudinem habens filium genuit Ceryca nomine, à quo Ptolemæus κηρύκων genus deduci ait: de quo annotandum venit ex Paulania in Atticis prolixius, quòd Ceryx iste, quem Ceryces gentilitio nomine nuncupati natum ex Mercurio & Aglauro Cecropis filia prædicant, fuerit natu minor liberorum Eumolpi (nam major Immaradus vocabatur.) cui suffragatur & Androtion orator, Eumolpo filium exitisse Ceryca scribens Musæi poëtæ proavum, abavum ejus Eumolpi, qui primus Hierophanta factus initia myste-

teriorum Eleusiniorum condiderit. Præconum autem virtus in vocalitate præcipua fuit habita; unde clamosus gallus à simili κῆρυξ ἀλεκτρύων in tragœdia audit: quo spectat κῆρυξ etymon, quod ἀπὸ τῆς γαρύειν, à clamore deducit Eustathius. unde & Eurybatæ præconi nomen apud Homerum πόδη τὸ εὔρυ βάζειν, quòd eminus sonora ejus vox exaudiri facile posset. & Stentorem præconem epitheto εὐρυέος insignit idem poëta. qua in parte continuato spiritu quamdiutissimè verba trahere, &, quòd πόδα quasi pedem nominabant, edicti genus longissimis periodis contans absque spiritus resorptu recitare, laudi fuit & inter examinationis probationisque modos habitum, ut testatur Pollux & meminit in Epidemiis Galenus, ibi, καθάπερ οἱ κῆρυκες ὅταν τὸν πόδα λεγόμενον ἐκφερόμεσσιν. Præconum, quando populo facere audientiam jubebant, solennis erat acclamatio ista Ακέτε λαοι, Audi populus: unde manavit argutia faceti illius dicti Stratonici citharœdi, qui quum apud Mylassa Cariæ urbem parum populosam peregrinaretur, conspicatus multa templo, raroſ homines, medio in foro exclamavit præconum ritu, Ακέτε ναοι, audite fana. In postrema dictione gratia est, Latinis auribus inimitabilis, unica litera sono affini variante dicti sententiam. Meminit hujus Athenæus lib. 8. & in Iliados 17. Eustathius.

thius. Ab hoc præconis officio ductum est verbum damnatorium. θικηρύτειν, quasi per præconem indicere præmium tollendi alicujus: quoties namque è medio sublatum quempiam volebant, proclaimabant cædis mercedem, aut vivi capitis: ita Xerxi Græcia ἐπεκῆρυξεν χείρας, ei qui vivum interfective caput Athenas attulisset, centum talentorum proposito præmio, quod apud Etymologici autorem lectum est. Ex eodem fonte fluxit ἀποκηρύτειν, & ἐκκηρύτειν. pro edicto exterminare. Illius usus est apud Synesium libro de insomniis: εἰ μὴ τῷ τὸ καθεύδειν ἐκ τῆς ἀρχομένης ἀποκηρύξειν. id est, nisi etiam extra suam ditionem edicto expellat dormiendi voluntatem. Hujus verò apud Athenæum de Lysimacho rege, qui præconis voce extra regni sui fines philosophastros omnes exegit, quod Græcè est ἐξεκῆρυξε. Jam verò quòd ceryx etiam pro faciali & caduceatore accipiatur, docet Eustathius Iliados decimo, ubi Θέιξ & ιερὸς κῆρυκας Homerico epitheto nuncupari contendit non præcones modò, sed etiam eos, qui reipub. nomine legationes obeunt, & faciales, denique sequestros omnis. Græca verba sunt, τὰς δημηγορίας, καὶ ἐιρηνάραιας ἐξυπηρετημένας πρεσβείας ηγή πολέμων λύσεσι, μέσος τε γενομένας εἰς πᾶν καθῆκον. Indicat & Ulpianus in commentariis in Demosth. orationem adversus Timocratem annotans duplices

plices esse cerycas, alterum popularem, alterum belli communem, deductorem legatorum facialiumve ad conveniendum de pace cum perduellibus, manu gestantem pro symbolo caduceum, quod κυρύκειον vocatur. Habant autem caduceus in summa sui parte serpentines binos spiris circumplexos, adversa effantes sibila, ὁ Φεις καλλιωτίζοντας καὶ ἐμπεπλεγμένας, ut inter annotationes in Athenagoram legisse memini. Hi autem ceryces idem jus cum facialibus, & eandem propè potestatem habuisse videntur: penes nanque illos erat fœdera contrahere, inducias pacisci (unde & σωστοφόρες & ἐκεχειροφόρες dici illos posse innuit Pollux) pacem inire, ac bellum denunciare, quæ fermè in facialibus suis, quos εἰεηνοδίκας velut pacis sequestros interpretatur Dionys. Halicar. libro secundo complectitur: quod clarissimè liquere etiam potest ex Thucydide nitidissimo scriptore: ac de belli quidem denunciandi potestate libro primo, προπέμψαντες καγενά πρότερον πόλεμον προερχόμενον Κερκυράς. Præmisso faciali, qui Corcyraeis bellum indiceret prius. at de pace idem lib. 4. de Arribæo loquens, qui ἐπεκηρυκεύετο ἔτοιμος ἀν βερσίδα μέτω δικασῆ ἐπιτρέπειν, Legatos mittebat, paratus Brasidæ arbitro rem permittere. De horum cerycum officio Plato lib. 12. de legibus. Unde deprehendi potest frivolam esse grammaticorum

rum elusionem in discrimine vocum κῆρυξ & προσθετοῦ, illum militiæ, hunc pacis legatum interpretantium. Novem autem fuisse cerycas cum præcones tum cäduceatores in Græcorum exercitu, traditum est à nonnullis, quorum nomina sint Eurybates & Taithybius Agamemnonis, Asphalion & Eteoneus Menelai, Dius Ajacis, Eurybates alter Ulyssis, Stentor, Thootes & Calchas. Duxi deinde κῆρυκας etiam pocillatores antiquitus fuisse dictos, infundendi cyathis vini ministerio præfectos, quos οἰνοχόος posterior ætas vocavit, quod disertè profitetur in decimo Dipnosophist. Athenæus, sic usum esse Homerum scribens, ibi:

Φέρε Ἡ πρητερού φαεινὸν  
κῆρυξ ιδαῖς, ήδὲ χεύσεια κύπελλα. Et iterum:  
ἀτὰρ κῆρυκες αἴγανοι  
ὅπια πιστὰ θεῶν συνάγον, κρητῆει Ἡ οἶνον μίσγον.

Utrobique cerycis voce pro pincerna accepta, ut ille voluit. adeoque latè patuit ejus vocis usus, ut ad coquos etiam extendi autor sit Clidemus apud Athenæum. Postremò ceryx etiam purpuræ piscis è turbinato genere species est, qui murex & buccinum Plinio dicitur, atque etiam conchylium, quod indubitatem facit Archippus Comicus :

κῆρυξ θαλάσσης τρόφιμος, γόνωσ φύεται. id est :  
Murex mari satus, prolesque purpuræ.

Eu-

Eustathius item in 17. Iliad. κῆρυκα præter alia dicit esse θαλάσσιον ὅσρεον ἔχον ὀξύτητας κύκλῳ, marinum ostreum asperum undequaque in orbem & salebrosum : à quo occasio joci festivissimi arrepta est Stratonico citharœdo, cuius modò memineram, ludente in homonymia cerycis. Is etenim Abderam (Thraciæ urbs est) profectus ad certamen ibi propositum, quum animadvertisset suos privatim cuilibet popularium esse præcones, qui mensis initium ludis celebre proclamarent, eosque plures propemodum quàm pro civium numero, cœpit summis pedum digitis ingredi, defixo humi obtutu : quod factum admirantibus illius hospitibus, interrogatus, ecquid subiti mali pedibus accidisset, valere se quidem pedibus professus est, & adulatores ad cœnam cursu prævertere posse, metuere tamen valdeque solicitum esse, necubi in ceryca pedem impingat ; ambiguè ludens in voce ancipiti, tum præconem, tum muri- cem denotante. Quid enim veneris insit in dictorio, si dixerit, vereri se, ne pedem im pingat in præconem ? quid item taciti cavilli monstretur incessu illo sublimi, si propter præcones in extremis digitorum articulis gra diatur ? certè utrobique nihil, quantum ego per video. Proinde & iocose fecit ita inambulans, ut timere illum agnoscas : & non

minus argutè metum detexit, vereri se dictans, ne pedem murici idem cum præcone Græcè sonanti, suffigeret. Itaque parum gratiæ (bona viri pace dixerim) habere mihi videtur Erasmi versio, quæ sic sonat: Illud unum metuo, ne ingrediens præconis pedem offendam. Præter supradictas significaciones ἀνέγειρε etiam ex accipitrum genere esse legitur apud Suidam, sed quam bene, nescio, suspectus enim mihi locus habetur, & pro ἐραστῷ legendum ἐρεστός videtur.

## C A P U T X X I.

*Doctoralem lauream conferendi ritus non multum diversus à Græcorum agonibus.*

**R**ECTE à majoribus nostris viris cum prudentibus, tum æqui rectique cōsultis, institutum fuisse hunc, non dissimilem Græcorum in ludicro certamine ritibus, morem capeſſendi triumphalem lauream, aut ut dicam simplicius, magisterii insignia, judico: illuc nanque absoluto ſtadii curriculo vīctor bravium ferebat, non plebeio quovis, ſed Agonothetis ſolis decernentibus: hīc decurſa ſtudiorum meta, laborum præmium qui vīctor reponſit, publico in phrontiſterio templi live adyto, decernendis pronunciandiſque præmiis destinato, lauream ſibi debitam accipit, non ſub arbitris vulgatæ & trivialis

Mi-

Minervæ hominibus , quibus facile oculos  
fucus objici possit , verum à Doctorum ( si di-  
cere licet ) δωδεκαθέω senatu. Jām , uti testa-  
tur gravissimus autor Themistius , Elæi sive  
Pisatæ tanti Olympiacum illum suum olea-  
strum fecere , ut præter ingenuos , qui que  
parentes legitimos docere possent , & τὴν πίζαν  
τῆς βλάσης ἀκέργουν , ut ipsius utar verbis , ad  
exercendi cursus munus nullum admitterent ,  
imò tales ceu profanos & rejiculos à sacrīs il-  
lis carceribus quam longissimè arcerent. Quòd  
si profano in certamine , ubi corporis tan-  
tummodo habitus , artuumque torositas ac  
firma compactio spectatur , adeò obnixè ge-  
neris labem fugiebant veteres , quid ni & in  
ingenii ( quoad ejus fieri possit ) certamine  
idem fiat ? ubi qui divinæ illius auræ parti-  
culam , mentem videlicet , parentem potest  
ostendere , atque à supposititii fœtus injuria  
se vindicare , is demum ad hanc mercedem  
aspirare merito maximo possit , dum tamen  
præbito ingenii specimine , studiique peracti  
ratione reddita , in quæstione habitus , judi-  
cii aleam subierit , ne ad modum Æsopici  
asini sub leonis exuvio latitantis fallere quo-  
quo modo possit. Accedit huc , uti omnem  
sibi viam ad hunc aspirandi honorem præclu-  
sam esse , inertes sciant. Neque illud silen-  
tio transmittendum esse videtur , quòd apud

seculum prius non par erat quovis in loco palmam obtinuisse honos ; at præcipuum ex quatuor totius Græciæ civitatibus penes Elæos fuisse , ex classicorum scriptorum monumentis constat. quanquam & reliqui non caruerint sua gloria : nam Delphi Pythiis gloriantur , Isthmiis superbiunt Corinthii , Nemæorum panegyri efferunt se Argivi . omnium tamen ut antiquissima , quippe ab Hercule instituta , ita facile in reliquis celeberrima jure maximo Elæi sua Olympia prædicant. Neque hoc ævo eadem ubivis locorum accepti honoris istius habetur ratio : imò ut ingenuè dicam , primum locum cum ob antiquitatis reverentiam , tum propter studiorum natalitia , Bononiensi Academiæ uno ore omnes deferunt , cuius ea est ubique terrarum nominis dignitas , claritudinis fama , ut cæteras suo splendore facilè obliteret. In cuius quidem urbis studiorum parentis præconium digredi , supervacaneum esse puto , quandò illa plures sui buccinatores repererit , quam aut procos Penelope , aut encomiastas Helena : & si maximè suis eam dignis coloribus adumbrare coner , nihilò hercile facilius assequar , quam Venerem Apellæam pictor è plebe unus. Alioqui non sum ignarus apud priscos Romanos sacra Bonæ Dæ alieniore verborum usu profanasse , inexpiabilis cri-

mi-

minis loco fuisse habitum : neque minori criminis obnoxium me fore reer , si sacratissimam illam Academiam , quam ceu Musarum quoddam adytum colo , veneror , atque suspicio , minus digna , quam par fuerit , oratione deterere institero.

# HADRIANI JUNII ANIMADVERSORUM LIBER SEXTUS.

## C A P U T I.

*Poëmation , quod falso Ovidii nomine circumfertur ,  
autori suo Lucano redditur , emendaturque.*

**M**Ultæ sunt causæ , cur scriptores non pauci nativa sua gloria dulcissimo laborum suorum fructu privati fuerint , vel abolitis penitus operum titulis , vel proprio nomine inducto , adjectoque supposititio. In causam vocari possunt aut pudenda plagiariorum furta , aut vetustatis sui nimium confidentis error quasi per manus ad posteros transmissus , aut supina librariorum oscitantia , aut judiciorum

morositas. Sic Jornandus compendium historiæ Romanæ ex L. Floro transcripsit: sic Cassianus Bassus scholasticus, qui ex rei rusticæ scriptoribus opus varium (cui γεωπονικαὶ ab agriculturæ studio nomen est) concinnavit, filioque dedicavit, nunc Constantini nomine obscuratus legitur. L. Cælius Arrianus medicus, cuius extant celerum & tardarum passionum libri, Aureliani nomine notior nunc est. Arnobio, qui septem duntaxat adversum gentes libros edidit, octavus accrevit, quum sit Minutii Felicis, Octavius ab interlocutorum uno ita vocitatus, nova ratione obliterandi autoris. Eros Julia medicus, qui in nomen Juliæ Augustæ dominæ suæ libertus concessit, corrupta nomenclatura, Trotula quasi Erojulia nunc audit, minus Latinè vitio barbari seculi loquens: quod quidem haud vanum est doctissimi Morilloni judicium. Eandem injuriā sensit & Anneus Lucanus, cuius legitur juvenile carmen ante vicesimum ætatis annum proculsum; quodque alieni nominis mangonio inter Ovidiana opuscula subrep̄sit, reclamante carminis majestate Nasonianæ simplicitati longè dissimili. Nomen germanum autoris cum eo, ad quem scriptum fuit, integrum & ab invidæ vetustatis dente immunit servavit exemplar repertum in bibliothec-

theca ecclesiæ Deiparæ virginis Atrebaten sis, quæ Reverendissimum illustrissimumque D. Antonium Perrenotum Episcopum agnoscit, præclarum virtutum omnium domicilium, & literatorum Mecœnatem incomparabilem. Carminis talis illic visitur inscriptio : Lucani poëma ad Calpurnium Pisonem ex libro Catalecton. Ex quo perspicitur error impressorum codicum, in quibus legitur, Ad Pisonem, ad quem extat & Horatii Ars poëtica : multum etenim discrepat temporum ratio, ut idem fuerit Piso, cui & Horatius scripserit, & cui Lucanus. Fuit autem iste C. Piso ex nobilissima Calphurniorum familia, qui unà cum Lucano Neroniana coniuratione absumptus est, quem iisdem penè verborum lenociniis, & specioso coloribus earundem dotium apparatu descriptus Corn. Tacitus hist. lib. 15. quibus illum depinxit Lucanus, ut vel inde Lucani esse convincantur. Taciti verba subjicere non abs refuerit, quod aditum aperiant ad rectius intelligendum poëmatum : ea habent hunc in modum. C. Piso Calphurnio genere ortus, ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat per virtutem, aut species virtutibus similes. Nanque facundiam tuendis civibus exercebat, largitionem adversus ami-

cos , & ignotis quoque comi sermone & con-  
gressu. Aderant etiam fortuita , corpus pro-  
cerum , decora facies. Sed procul gravitas  
morum , aut voluptatum parsimonia. Leni-  
tati ac magnificentiae & aliquando luxui in-  
dulgebat &c. Quæ verba cum Lucani dictis  
si expendas , non ovum ovo similius invenias.  
Sed præstat totum carmen adscribere , quòd  
multa sint in eo perperam transposita in co-  
dicibus vulgatis , multa hîc lectione inter-  
polli correctiora , quemadmodum videbit  
quilibet , quem poëma conferre non pige-  
bit , ab humanissimo doctissimoque Morillo-  
neo nobis communicatum.

*Vnde prius cœpti surgat mihi carminis ordo ,  
Quosve canam titulos , dubius feror , hinc tua Piso  
Nobilitas , veterisque citant sublimia Calpi  
Nomina , Romanas inter fulgentia gentes :  
Hinc tua me virtus rapit , & miranda per omnes  
Vita modos : quæ , si decesset tibi forte creato  
Nobilitas , eadem pro nobilitate fuisset .  
Nam quid imaginibus , quid avitis fulta triumphis  
Atria , quid pleni numero so Consule fasti ,  
Profuerint , cui vita labat ? perit omnis in illo  
Nobilitas , cuius laus est in origine sola .  
Felix , qui tantis animum natalibus æquas ,  
Et partem tituli non summam ponis in illis ,  
Ipse canendus eris : nam quid memorare necesse est ,  
Ut domus à Calpo nomen Calpurnia ducat ?*

Clara-

Claraque Pisonis tulerit cognomina prima,  
 Humida callosa cum pinseret hordea dexira?  
 Nec si cuncta velim, breviter decurrere possim:  
 Et prius aetheriae moles circumvaga flammæ  
 Annua bissenis revocabit mensibus astra,  
 Quam mihi prisorum titulos, operosaque bella  
 Contigerit memorare: manus sed bellica patrum  
 Armorumque labor, veteres docuere Quirites,  
 Atque illos cecinere sui per carmina vates.  
 Nos quoque pacata Pisonem laude nitentem,  
 Exæquamus avis. tamen et si bella quierunt,  
 Non periit virtus: licet exercere togatæ  
 Munera militiæ: licet & sine sanguinis haustu  
 Mitia legitimo sub judice bella movere.  
 Hinc quoque servati contingit gloria civis,  
 Altaque victrices intexunt limina palmae.  
 Quin agè majorum juvenis facunde tuorum,  
 Scande super titulos, & avitæ laudis honores,  
 Armorumque decus præcede forensibus actis.  
 Sic etiam magno jam tunc Cicerone vigente  
 Laurea facundis, cesserunt arma togatis.  
 Quæque patrum claros quondam visura triumphos  
 Olim turba vias impleverat agmine denso,  
 Ardua nunc eadem stipat fora, cum tua mæstos  
 Defensura reos vocem facundia mittit:  
 Seu trepidos ad jura decem citat hastavirorum,  
 Et firmare jubet centeno judice causas:  
 Seu capitale nefas operosa diluis arte,  
 Laudibus ipsa tuis resonant fora. tu quoque Piso

Judicis affectum, possessaque pectora ducis.  
 Victor, sponte sua sequitur quocunque vocasti:  
 Flet, si flere jubes: gaudet gaudere coactus:  
 Et te dante capit judex, quam non habet, iram.  
 Sic auriga solet ferventia Thessalus ora  
 Mobilibus frænis in aperto flectere campo,  
 Qui modò non solum rapido permittit habenas  
 Quadrupedi, sed calce citat, modò torquet in auras  
 Flexibiles rictus, & nunc cervice rotata  
 Incipit effusos in gyrum carpere cursus.  
 Quis non attonitus judex tua respicit ora?  
 Quis regit ipse suam, nisi per tua pondera, mentem?  
 Nam tu, sive libet pariter cum grandine nimbos,  
 Densa que vibrata jaculari fulmina lingua,  
 Seu juvat ad strictas in nodum cogere voces,  
 Et dare subtili vivacia verba catenæ,  
 Vim Laertiadæ, brevitatem vincis Atridæ.  
 Dulcia seu mavis, liquidoque fluentia cursu  
 Verba, nec incluso, sed aperto pingere flore,  
 Inclita Nestorei cedit tibi gratia mellis.  
 Nec te Piso tamen populo sub judice sola  
 Mirantur fora, sed numerosa laude Senatus.  
 Excipit, & meritas reddit tibi curia voces.  
 Quis dignè referat, qualis tibi luce sub illa  
 Gloria contigerit, qua tu, reticente Senatu,  
 Cum tua bisseros numeraret purpura fasces,  
 Cæsareum grato cecinisti pectore numen?  
 Huc etiam tota concurrit ab urbe juventus,  
 Auditura virum, si quando judice fesso

Tur-

Turbida prolati tacuerunt iurgia rebus :  
 Tunc etenim levibus veluti proludit in armis ,  
 Compositisque suas exercet litibus artes .  
 Quinetiam facilis Romano profuit ore  
 Græcia , Cecropiæque sonat gravis æmulus urbi .  
 Testis Acidalia quæ condidit alite muros ,  
 Euboicam refrens fœcunda Neapolis arcem .  
 Qualis iō superi , qualis nitor oris ærenis  
 Vocibus ? hinc solido fulgore micantia verba  
 Implevere locos : hinc exornata figuris  
 Advolat , excusso velox sententia torno .  
 Magna quidem virtus erat , & si sola fuisset ,  
 Eloquio sanctum modo permulcere Senatum ,  
 Exonerare pios modò , nunc onerare nocentes :  
 Sed super ista movet plenus gravitate serena  
 Vultus , & insigni præstringit imagine visus .  
 Talis inest habitus , qualem nec dicere mœstum ,  
 Nec fluidum , læta sed tetricitate decorum  
 Possimus ; ingenitæ stat nobilitatis in illo  
 Pulcher honos , & digna suis natalibus ora .  
 Additur buc & justa fides , & plena pudoris  
 Libertas , animusque mala ferrugine purus :  
 Ipsaque possesto mens est opulentior auro .  
 Quis tua cultorum juvenis facunde tuorum  
 Limina pauper adit , quem non animosa beatum  
 Excipit & subito juvat indulgentia censu ?  
 Quodque magis dono fuerit preciosius omni ,  
 Diligis ex æquo : nec te fortuna clientum ,  
 Natalesve movent : probitas spectatur in illis .

Nul-

Nulla superborum patiuntur dicta jocorum :  
 Nullius subitos adfert injuria risus.  
 Unus amicitiae summos tenor ambit & imos.  
 Rara domus tenuem non aspernatur amicum ,  
 Raraque non humilem calcat fasto a clientem .  
 Illic casta licet mens , & sine crimine constet  
 Vita , tamen probitas cum paupertate jacebit.  
 Sed lateri nullus comitem circundare querit ,  
 Quem dat pirus amor , sed quem tulit impia merces ,  
 Nec quisquam vero precium largitur amico ,  
 Quem regat ex aequo , vicibusque regatur ab illo :  
 Sed miserum parva stipe munera , ut pudibundos  
 Exercere sales inter convivia possit.  
 Ista procul labes , procul hæc fortunare fugit  
 Piso tuam venerande domum tu mitis & acri  
 Asperitate carens , positoque per omnia fastu ,  
 Inter ut aequales unus numeraris amicos :  
 Obsequiumque doces , & amore quæreris amando .  
 Cuncta domus varia cultorum personat arte ,  
 Cuncta movet studium . nec enim tibi dura clientum  
 Turba , ruditve placet , misero quæfret a labore  
 Nil nisi summoto novit præcedere vulgo :  
 Sed virtus numerosa juvat . tu pronus in omne  
 Pectora ducis opus , seu te graviora vocarunt ,  
 Seu leviora juvant , nec enim facundia semper  
 Adducta cum fronte placet : nec semper in armis  
 Bellica turba manet : nec tota classicus horror  
 Nocte dieque gemit : nec semper Gnosius arcu  
 Destinat , exemplo sed laxat cornua nervo .

Et.

Et galea miles caput, & latus ense resolvit.  
Ipsa vices natura subit, variataque cursus  
Ordinat, inversis & frondibus explicat annum.  
Non semper fluidis adoperius nubibus æther  
Aurea terrificis obcœcat sidera nimbis.  
Cessat hyems, madidos & siccat vere capillos:  
Ver fugit æstates: æstatum tergalaceffit  
Pomifer autumnus, nimbis cessurus & undis.  
Ignea quinetiam superum pater arma recondit,  
Et Ganymedeæ repetens convivia mensæ,  
Pocula sumit ea, qua gessit fulmina, dextra.  
Temporibus servire decet: qui tempora certis  
Ponderibus pensavit, eum si bella vocabunt,  
Miles erit: si pax, positis togæ gestiet armis.  
Hunc foræ pacatum, bellantem castra decebunt.  
Felix illa dies, totumque canenda per orbem,  
Quæ tibi vitales cum primum traderet auras,  
Contulit innumeras intra tua pectora dotes.  
Mira subest gravitas inter foræ: mirus omissa  
Paulisper gravitate lepos. si carmina forte  
Nectere ludenti juvit fluitantia versu,  
Aonium facilis dedit pagina carmen.  
Sive chelyn digitis, & eburno verbere pulsas,  
Dulcis Apollinea sequitur testudine cantus,  
Et te credibile est Phœbo didicisse magistro.  
Nec pudeat pepulisse lyram, cum pace serena  
Publica securis exultent ocia terris.  
Nec pudeat Phœbea chelys si creditur illis  
Pulsari manibus, quibus & contenditur arcus.

Ipse

Ipse fidem movisse ferox narratur Achilles,  
 Quamvis mille rates Priameus ureret heros,  
 Et gravis obstreperet modulatis buccina nervis:  
 Illo dulce melos Nereius extudit heros  
 Pollice, terribilis quo Pelias ibat in hostem.  
 Arma tuis etiam si forte rotare lacertis,  
 Inque gradum clavis libuit consistere membris,  
 Et vitare simul, simul & captare petentem:  
 Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes  
 Flectis, & obliquis fugientem cursibus urgès,  
 Et nunc vivaci scrutaris pectora dextra,  
 Nunc latus adversum nec opino percutis ictu.  
 Nec tibi mobilitas minor est, si forte volantem  
 Aut geminare pilam iurat, aut revocare cadentem,  
 Et non sperato fugientem reddere gestu.  
 Hæret in hæc populus spectacula, totaque ludos  
 Turba repente suos jam sudabunda relinquit.  
 Te si forte juvat studiorum pondere fessum,  
 Non languere tamen, lususque movere per artem,  
 Callidiore modo tabula variatur aperta,  
 Calculus, & vitro peraguntur milite bella,  
 Ut niveus nigros, nunc & niger alliget albos.  
 Sed tibi quis non terga dedit? quis te duce cessit  
 Calculus? aut quis non periturus perdidit hostem?  
 Mille modis acies tua dimicat, ille petentem  
 Dum fugit, ipse rapit: longo venit ille recessu,  
 Qui stetit in speculis, hic se committere rixæ  
 Audet, & in prædam venientem decipit hostem:  
 Ancipites subit ille moras, similisque ligato

Obligat

Obligat ipse duos: hic ad majora movetur,  
 Ut citus & fracta prorumpat in agmina mandra,  
 Clausaque dejecto populetur mœnia vallo.  
 Interea sectis quamvis acerrima surgant  
 Prælia militibus, plena tamen ipse phalange,  
 Aut etiam paucos spoliatus milite vincis,  
 Et tibi captiva resonat manus utraque turba.  
 Sed prius emenso Titan veretur Olympo,  
 Quam mea tot laudes decurrere carmina possint.  
 Felix, & longa juvenis dignissime vita,  
 Eximumque tuæ gentis decus, accipe nostri  
 Certus & hoc veri complectere pignus amoris.  
 Quod si dignata minus est mea pagina laude,  
 At voluisse sat est: animum, non carmina jacto.  
 Tu modo lærus ades, forsan meliora canemus:  
 Et vires dabit ipse favor. dabit ipsa feracem  
 Spes animum: dignare tuos aperire penates.  
 Hoc solum petimus: nec enim me divitis auri  
 Imperiosa famæ, & habendi sævalibido  
 Impulerit, sed laudis amor. juvat optime tecum  
 Degere, cumque tuis virtutibus omne per ævum  
 Carminibus certare meis. sublimior ibo,  
 Si famæ mihi pandis iter, si detrahis umbram.  
 Abdita quid prodest generosi venâ metalli,  
 Si cultore caret? quid inertî condita portu,  
 Si ductoris eget, ratis efficit, omnia quamvis  
 Armamenta ferat, teretique fluentia malo  
 Possit & excuso dimittere vela rudente?  
 Ipse per Ausonias Aeneia carmina gentes

Quid

Quis onat, ingenti qui nomine pulsat Olympum,  
 Mæoniumque senem Romano provocat ore,  
 For sitan illius nemoris latuisse in umbra,  
 Quod canit, & sterili tantum cantasset avena,  
 Ignotus populis, si Mæcenate careret.  
 Qui tamen haud uni patefecit limina vati,  
 Nec sua Virgilio permisit nomina soli.  
 Mæcenas Tragico quatientem pulpita gestu  
 Evexit Varium: Mæcenas alta Toantis  
 Eruit, & populis ostendit nomina Graiis.  
 Carmina Romanis etiam resonantia chordis,  
 Ausoniamque chelyn gracilis patefecit Horati.  
 O decus, & toto meritò venerabilis ævo  
 Pierii tutela chori, quo præside tuti  
 Non unquam vates in opere timuere senectæ.  
 Quod si quis nostris precibus locus, & mea vota  
 Si mentem subiere tuam, memorabilis olim  
 Tu mihi Mæcenas tereti cantabere versu.  
 Possimus æternæ nomen committere famæ:  
 Si tamen hoc ulli de se promittere fas est,  
 Et Deus ultor abest: supereft animosa voluntas,  
 Ipsaque nescio quid mens excellentius audet.  
 Tu nanti protende manum & tu Piso latentem  
 Exere: nos humilis domus & sincera parentum,  
 Sed tenuis fortuna sua caligine celat.  
 Possimus impositis caput exonerare tenebris,  
 Et lucem spectare novam, si quid modò latus  
 Annuis, & nostris subscribis candide votis.  
 Est mihi, crede, meis animus constantior annis,  
 Quam-

Quamvis nunc juvenile decus mihi pingere malas  
 Cœperit, & nondum vicesima venerit ætas.  
 Quòd si tam validæ mihi robur mentis inesset,  
 Et solidus primos impleret spiritus annos,  
 Anderem voces per carmina nostra referre  
 Piso tuas: sed fessa labat mihi pondere cervix,  
 Et tremefacta cadunt succiso poplite membra.  
 Sed nec olorinos audet Pandionis ales  
 Parvareferre sonos, nec si velit improba, possit.  
 Sic & Aëdonia superantur voce cicadæ,  
 Stridula cùm rapido faciunt convicia soli.  
 Quare agè Calliope, posita gravitate forensi,  
 Limina Pisonis mecum pete: plura supersunt,  
 Quæ laudare velis inventa penatibus ipsis.

## C A P U T II.

Ciceronis locus à menda vindicatur. Ejusdem verba  
 in Nonio desiderata reponuntur.

**I**nter reliquias laceri de Repub. M. Tullii  
 operis, leguntur ex libro primo hæc ver-  
 ba de pietate quæ patriæ debetur, transcripta  
 ex Nonio Marcello, ubi de differentia in sig-  
 nificato vocis Antiquus agit. sic enim inquit:  
 Sed quoniam plurima beneficia continet patria,  
 & est antiquior parens, quām si quis (ut aiunt)  
 curaverit: major ei profecto quām parenti de-  
 betur gratia. Quæ verba ut sunt corrupta,  
 nec genuinam Tulliani nitoris facilitatem ser-  
 vant, ex vetustissimo nostro codice manuscripto

ita persanaveris. Et est antiquior parens, quām is qui creavit: vult enim plus déberi patriæ communi plurimorum parenti, quām privatis uniuscujusque nostrū genituræ auteribus. Post superiorem Ciceronis sententiam, in manuscripto meo leguntur ista, in excusis hactenus desiderata. M. Tullii ad Cæsarem juniores lib. 3. Ego autem antiquissimum Scythis oriundum, quibus antiquior lētitia est, quām lucrum. Sentit, ni fallor, de Anacharsi philosopho sapiente, patria Scytha, qui pecuniam fastumque regium præ animi tranquillitate, quam docet philosophia, contempsit, quod de illo alibi lectum est. Ne verò putet quispiam adulterinam esse librorum ad Cæs. juniores inscriptionem, evincet facile Nonius, non semel eorum librorum testimoniis usus: ut paulò ante hunc locum in verbo Vindicare: M. Tull. ad Cæs. juniores lib. 1. Quasi si me ad id beneficium accerseres, quo per te me unā cum repub. in libertatem vindicassim. quorum verborum prior pars in aliam faciem conversa, in meo codice legitur hunc in modum: Qui si nihil ad id beneficium adderes.

## C A P U T III.

*Adagium quo usus est Varro obliteratum, in usum revocatur, emendaturque.*

**E**legans est apud D. Hieronymum parœmia, non dubium ex Græco fonte derivata, qua simile simili, ut Cascam Casco obtigisse innuere volentes, dignum accessissè patellæ operculum dicebant. Græcè sonat festivius, εὐρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα: ac si dicas: Invenit olla seu patella operculum. Hujus proverbii emblemate Menippearum unam exornavit Varro. Constat autem fermè proverbiales esse illorum librorum titulos, ut ostendunt illæ inscriptiones, τὸ ἐπὶ τῇ Φακῇ μύρον. & γυῶθι σε αὐτόν. & Mutuum muli scabunt. item, ὀνω ποτέμοι, quod depravatum est apud Marcellum, in Anoputio, in voce Polliceres. Consimiliter & istud de quo loquimur adagium, apud eundem paulò post ita vitiose legitur scriptum: Murmurari pro murmurare. Varro heurenulo pastropoma περὶ υετῶν μυκήτων: ubi cùm ex artificiosa conjectura, tum manuscripti codicis opera, germana talis lectio reponenda venit: Varro εὐρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκήτων: id est, reperit olla operculum, de nuptis. Eam verò lectionem ipse literarum duetus monstrat, heuren ἡ lopas to poma: nam posstremum illud, περὶ γεγαμηκήτων, his ipsis chā-

racleribus præfert exemplar manuscriptum, quod consonat cum alterius tituli significato, quo Caium Caiæ obvenisse gratulantes, aut mordaci sale Cascam Casco nupsisse insimulantes, dignum patellæ operculum obtigisse proverbialiter dicimus.

## C A P U T IV.

*De Myrmecide Varronis locus à mendæ vindicatus  
& declaratus.*

**I**NTER minutorum operum, quæque visum præ nimia exilitate penè subterfugerint, artifices, primum locum Myrmecidæ Milesio tribuit antiquitas: is nanque inter cætera laudæ industriæ monumenta, quadrigam sculpisse ex ebore legitur, quam cum agitatore suo, musca alis suis cooperuerit, quod à Plinio Polyhistore libro septimo, capite vigésimo primo, & libro 36. capite quinto, literis proditum est, & ab Æliano in omnigenæ historiæ primo repetitur. Addit quoque Plinius navem apiculæ pennis absconditam inter ejus opera. Ælianus etiam elegiacum distichon in sesamo minuto legumine descriptum aureis literis. Certè Cicero minutorum opusculorum fabricatorem fuisse non dissimulat in Academicis. De eo sentit M. Varro lib. de latina lingua sexto, corrupta in excusis exemplaribus Myrmetidis voce pro Myrmecide. ita nanque ibi lego:

Ete-

Etenim facilius obscuram operam Myrmecidis ex ebore oculi videant, si extrinsecus admoveant nigras setas.

## C A P U T V.

*De columbis Æliani locus ab interprete perperāne conversus emendatur.*

**M**Irūm est quod de columbis in literas relatum ab Athenæo est, autoritate Aristotelis, quod videlicet pullis exclusis columbus inspuat, salivaque eos lustret ad abigendam fascini vim. ita enim scriptum invenias apud illum lib. 9. ἐπωάζει δὲ ἐκ διαδοχῆς τὸν τὸν περισεροειδὲς γένος, καὶ γενομένων τῶν νεοτίων οὐδέποτε ἐμπλύει, ὡς μὴ βασικανθῶσι. quæ verba hunc in modum transcripsit in primo Ælianuſ, ἐκ διαδοχῆς Φασὶν ἐπωάζειν τὰς περισεργίς, εἴτε τῶν νεοτίων γενομένων, οὐδέποτε ἐμπλύει αὐτοῖς, απελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον, Φασὶν, ἵνα μὴ βασικανθῶσι διὰρρει τῷτο. in quibus vertendis operam lusisse interpres mihi videtur, totoque quod aiunt, cœlo aberrasse, dum ea latinis auribus fide necio qua sic appendit: Columbas successione perhibent ovis incubare, deinde pullis effectis, masculum eos fovere, repellentem ab ipsis omnem iracundiam, ut inquiunt, ne si non faciat, contentiones & lites exerceant. Cūm ego potius hac ratione vertendum duxerim: Alternis incubant ova columbæ, uti perhibent:

deinde pullis enatis mas inspuit , livorem procul abigens , ut ne quid illis fascinus officiat. Ubi in postremis Ælianii verbis dubito an non rectius legi possit , δι ἀεγ̄ς pro δι ἀεγ̄ , ut ad fascinantium imprecations referatur.

## CAPUT VI.

*Locus Aristotelis & item Athenæi expensus cum Plini verbis.*

**M**Entio de salivatione columbarum provocat ut Aristoteli genuinam dictiōnem , pro adulterina quæ in vulgatis libris legitur , reponam , ubi de simili columbarum inspitione verba facit. Locus extat libro de historia animalium nono , ita descriptus : γενομένων δὲ τῶν νεοτίων Φεοντίζει τῆς ἀρμοτίσσης τροφῆς , ἵνα διαμασσησάμενοι , εἰπλύει λοῦς νεοτίοις διοιγνύστε σόμα , προπαρεχοντείς τοις τροφήν . Hic vox illa ἀρμοτίσσης suspecta mihi habetur & supposititia pro ἀλμυνείσσῃς , à sciollo quopiam in contextū intrusa : hanc etenim lectionem defendere mordicus neque sine ratione posse mihi videor , ex Plinio ita legente : is nanque verbum penè de verbo reddens sic inquit , libri decimi capite 34. Pullis primò falsiorem terram collectam gutture in ora inspuunt , præparantes tempestivitatem cibo. Accedit Athenæi in nono dipnosoph. autoritas , verba Aristotelis citantis hunc in modum : οὐδὲ Αριστοτέλης

λην Φησίν, ὡς αἱ περισεραὶ γιγνομένων τῶν νεοτάρων  
τῆς ἀλμυνεῖσθαις (quamquam impressus codex  
transposita una litera λαμυνεῖσθαι præferat) γῆς  
διαμαστησάμεναι, ἐμπλύσοιν αὐτοῖς διοιγνῦσαι τὸ σό-  
μα, διὰ τοτε προσκευάζοσαι αὐτὸς πρὸς τὴν τροφήν.  
id est: Columbas dicit Aristoteles pullis enatis  
salsiusculam terram præmansam aperto ore in-  
spuere, hac ratione eos capiendo cibo præpa-  
rantes. Quòd autem non careat ratione, cur  
pullos suos salsioris terræ manso muniant co-  
lumbæ, salis temperamentum docebit abun-  
dè, quod à medicis & physicis discas: nobis  
satis est non vanam interpolandæ vocis viam  
commonstrasse.

## C A P U T VII.

*Theodori Gazæ lapsus in Pyrallidis avis voce ma-  
nifestatur. Item Catulli versus è Græco fonte  
indicatus.*

**N**EQUE verò ociosum fuerit reliquam par-  
tem de columbis exequi data semel oc-  
casione, in qua impegiisse Gazam hominem do-  
ctissimum certò mihi persuadeo, uti mox in-  
dicabo. Invenio autem columbarum plura ge-  
nera, quàm aut quaterna, quod voluit Calli-  
machus libro de avibus: aut quina, ut Aristo-  
teli visum est. Nam primò est περισερὴ seu  
Articè περισερὸς, ab amoris vehementia no-  
mine indito, nobis columba & columbus, quo-

postremo usus est Catullus in epigrammate ad C. Cæsarem , versu ex Alexidis Comic: Concurrentibus translato , Ut albulus columbulus Dionæus : sic enim iste antea , ὁ λευκὸς ἀφροδίτης ἐμπὶ γάρ τελεσθέος . Deinde est τρυχῶν , qui nobis turtur : proximo loco φάσσα , nostri palumbim sive palumbum dicunt : deinceps οἰνᾶς , quam Vinaginem vocat Gaza , sylvestris columbæ genus. additur & τελειᾶς , ab eodem Livia , coloris lividi argumento. Adjicitur aliquibi ab Aristotele & πάψ , quam cum φάσσα confundens Theodorus palumbem vertere non dubitavit , cuius apud Athenæum meminit & Æschylus Tragicus , ibi :

σιτθμένην δύσανον ἀθλίαν φάεια.

Septimum genus dici πυργαλλίδα invenio , cuius meminerunt præter Aristotelem Athenæus & Elianus , cuius avis etymon ἀπὸ τῆς πυρὸς , ab igne deducens Gaza , ignariam vocavit , quum potius ἀπὸ τῆς πυρῆς , id est , à tritico in quod pabuli gratia involet , Frugipetam dixisse debuerit : sonat nanque πυργαλλίς tritici afflatarem , ἀπὸ τὸ ἀλλεσθαῖς τὸν πυρὸν : neque enim in genere columborum itidem ut in insectis iuvenias , qui ad lucernas aut ad ignem advolent , sed bene qui fruges triticeaque fata impetant , uti alii legumina. Longè siquidem alia est hæc pyrallis , ab animalculo illo ignario , quod Pyralis Plinio , nonnullis etiam pyrauta

rausta vocatur , quod multo justius ignarium  
Gaza nuncupaverit, quām istud columbæ genus,

## C A P U T VIII.

*Nonii Marcelli testimonia duo ex Homero interpolata beneficio codicis manuscripti.*

**N**onii Marcelli doctissimi extra omnem aleam grammatici lectionem plurimum antiquitatis elegantiorisque literaturæ cognitioni conducere , inficias ire potest nemo : sed tam crebris ille vulneribus saucius atque lacer est , tot tantisque maculis καὶ νεφελοῖς fœdè deturpatus , ut difficillimam suscepturnus sit maximeque arduam provinciam , qui Pæoniam manum illi autori admoveare satagat : bonam tamen me operam navaturum aliquando in sanando eo confido , idque vetusti codicis manuscripti beneficio , quod ubi commodum videbitur , primo quoque tempore præstiturus sum. In eo igitur autore , ubi de ventorum proprietatibus agit , νεφελομοῦ leguntur duo Homericī versus , nihil ad loci intelligentiam facientes , aut etymi rationem , de quo agit , spectantes. Sed præstat integrum locum adscribere , qualis in impressis libris legitur. Austrum , inquit , qui Græcē νότος , dictum ab humore & nebula , quod νότης Græcē humor latina interpretatione dicatur , ac sit is ventus sudoris effector , ut est Homeri : σὺν δὲ εὐρός τε νότος

νότῳ τῷ ἐπεσσε ζεφυρός τε δυσαής. Hunc ego versum, Aristarchi ius si usurpare fas sit mihi, ut supposititium ejus loci jugulo, illiusque vice, exemplaris manuscripti fidem secutus scribo, κατὰ δὴ νότιον ῥέεν ιδρῶς: quasi isto hemistichio dicti sui fidem autor querat, quod Notus ventus sudoris sit effector, quum Homero νότιον ιδρῶς fuerit dictus, ac si austrinum sudorem dicas, nempe humidum. nam in altero illo versu nulla visitur aut humoris aut sudorificæ qualitatis mentio. Sequitur deinde: Boream, hoc est, aquilonem ἀπὸ τῆς βόης, quod sonorus sit & procellosus. Homerus, καὶ βορέης αἰθεργενέτης μέγα κῦμα πυλίνθων. In alio loco, ὃ ἔτι κραιπνὸν βορέην τάδε κύματα ἔξεν. Hujus posterioris in locum substitue ex libro scripto non semel antea citato binos Homeri versus ex Iliados decimoquarto, in quibus manifestò Boreæ etymon exprimitur, quod ille indicavit:

Ἐτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάς προτιχέσσον  
ποντόθεν ὁρνύμενον πνοίη βορέω αἰλεγεινῆ.

### C A P U T IX.

*Varronis monumentorum inscriptiones à maculis  
afferuntur apud Non. Marcellum.*

**T**am spissis maculis deturpatæ atque adulteratæ sunt apud eundem scriptorem luctulentissimi autoris M. Varronis librorum inscrip-

scriptiones, ut conniventer eos aut dissimulan-  
 ter non queam præterire. Nihil enim occur-  
 rit ibi frequentius quàm, Varro Eudæmoni-  
 bus: sed vitiata lectione, quum constanter ubi-  
 que manuscriptus codex, quem ego magnifa-  
 cio, & σκέθρω ταλάντῳ, quàm Hectoris corpus  
 apud Lycophronem, digniorem judico, Eu-  
 menidibus legat. ita γέροντος διδασκάλῳ. passim  
 ex eo reponendum est pro γέροντῷ διδασκάλῳ,  
 efficto nomine ad instar ἀσωλοδιδασκάλῳ, quam  
 Alexis Comicus docuerat. Rursus ubicunque  
 Tithonio & Titone & Titosne περὶ γῆρας in-  
 venitur, scribendum est Tithono περὶ γῆρας.  
 Tithonus enim Auroræ delitiae ad extremum  
 senium pervenit. Item quoties citatur Varro  
 Sciamachia περὶ ταφῆς, legi debet, περὶ τύφου,  
 de fastu: cum umbratili enim pugna commu-  
 ne quid habet jactantia? eam siquidem lectio-  
 nem in voce Lucuus emendatiorem invenias.  
 Jam verò in dictione Vulgus, ubi legitur,  
 Varro Crono περὶ ταφῆς, ex manuscripto sub-  
 stitue, Cycno pro Crono. Eandem vocem ex  
 eodem adde in vocabulo Iteris, ubi de muta-  
 ta declinatione agitur, hoc pacto: Varro cy-  
 cno περὶ ταφῆς: rectissimè nanque titulum il-  
 lum scriptum invenias capite de numeris & ca-  
 sibus, hunc in modum, Varro κύκνῳ περὶ τα-  
 φῆς. convenit etenim titulus uterque in cygni  
 morte sepulturam suam funusque lugubri cantu  
     præ-

præcinentis. Mutuatus autem fuit titulum ab Alexide Comico, quem in κύκνῳ pro teste ad- vocat Athenæus lib. 2. Jam verò & corruptissima lectione citatur Varro noprändis, in dictione Papaver, quum Admirandis ibi scribi oporteat hac ratione: Varro admirandis, Infriasse papaverem. pro eo quod est in vulgatis codicibus, Varro noprändis: infrias sene pa- paverem. Nostram lectionem confirmat. Fl. Sosipater artis grammaticæ lib. 1. quem vide si lubet. Præterea apud Nonium in dictio- bus Amnem, & Singulum, perperam legitur, Varro περὶ πλάτωνα, de divitiis, quum manife- stariò scribi debeat πορειπλᾶς, sive περιπλῶ, in lustratione terrarum. Sic in vocabulo Spisium, pro περὶ πλᾶς, περὶ φίλων, Erraremus, ex ma- nuscripti exemplaris fide legemus, περιπλᾶς, περὶ φιλοσοφίας. Et ne erraremus &c. Et certè minus depravata est lectio in voce Lucuus, ubi sic legitur: Varro periplum libro secundo περὶ φιλοσοφίας pro περιπλᾶς. Insuper in voce Præcox, pessimè scribitur Peridebo, pro Sy- nephebis, aut saltem Ephebo περὶ ἐμμονῆς, uti alibi rectius legitur. Rursus in voce Conscri- bellavi, pro Varro columna ἡρακλῆς, reponi- to ex nostro codice, Varro columna Herculis, περὶ δόξης. Iterum in dictione Plagæ, loco ejus quod ibi legitur, Varro lege Meniados, admirantes quod sereno inde tenuisset: restitue sic,

fic, Varro lege Menia: Admirantes quòd se-  
reno intonuisset. Demum quotiescunque vel  
Marco vel Bimargo scriptum reperitur, syn-  
cera & genuina libri inscriptio reponenda est  
Margopoli: is enim ejus est titulus, quem etiam  
 $\pi\epsilon\rho\lambda\alpha\chi\eta\varsigma$ , de dominatu nuncupavit: per Mar-  
gopolin urbem Romam, insanam luxuique de-  
ditam, mihi visus innuere. „ Ad eundem mo-  
„ dum scripsit Anthropopolin, quæ vox est  
„ restituenda in dictiōnibus, Scriptio, Reli-  
„ gio & Lame, ubi libri excusi mordicus re-  
„ tinent  $\alpha\nu\theta\varrho\omega\pi\tau\varrho\gamma\iota\alpha$  ή  $\pi\epsilon\rho\lambda\gamma\epsilon\nu\epsilon\theta\lambda\iota\omega\upsilon$ . quum ve-  
„ ram ac germanam lectionem manuscriptus  
„ liber ubique servet,  $\alpha\nu\theta\varrho\omega\pi\tau\varrho\lambda\iota\omega\upsilon$ ,  $\pi\epsilon\rho\lambda\gamma\epsilon\nu\epsilon\theta-$   
„  $\lambda\iota\alpha\chi\eta\varsigma$ . eaque quam proximè veritati integra  
„ servata est in Lopades, ubi vulgo legitur,  
„ antro populi. ” Cæterūm quod mendum in  
voce Olivitatem est, Varro in gloperiton,  
certa ratione sanare non ausim, nisi quatenus  
suspicioni eruditæ locus esse potest, quando  
legi posse videatur non malè  $\gamma\lambda\omega\tau\iota\alpha\pi\epsilon\rho\iota\sigma\sigma\omega\upsilon$ ,  
vel una dictione  $\gamma\lambda\omega\tau\iota\pi\epsilon\rho\iota\sigma\sigma\omega\upsilon$ , qua voce ra-  
bula denotatur: vestigia enim harum litera-  
rum fermè monstrat manuscriptus codex, in  
quo extat ita, glotto peri oton.

## CAPUT X.

*Delentur plurima menda in epigraphis fabularum  
Plauti, Cæcili, Accii, aliorumque, apud  
Nonium commissa.*

**Q**uid obstat quo minus in corrigendis non-nullis aliorum poëtarum epigraphis eandem remediorum adhibendorum viam commonstreim, vibices & hyposphagmata suis spleniis inducturus? Ac primùm quidem festivissimi Plauti, pro cuius Asinaria fabula notissima, perperam Sifennaria legitur apud Nonium Marcellum in vocabulo Cursura. Neque satis plenè legas apud eundem in dictione Oculitus, Corni qui amant, pro eo quod est, Plautus Cornicularia (est enim & istud fabulæ nomen, sed quæ temporum injuria abolita est.) Qui amant &c. Similiter in voce Præficæ, parum ritè ista leguntur: Plautus frivola, superboque omnes argutando præficas. clarius ita, Plautus Frivolaria: Superaboque omnes, & sic deinceps: nam Frivolariam agnoscit & Charisius. Illud verò depravatissimè omnium scriptum est in dictione Clunes. Plautus: Ambroico quas lupus ab armis valeo: pro quo lego constanter, Plautus ἀγεοικῶ, quasi lupus ab armis valeo, clunes desertos gero: quod spectat ad vulgare dictum, quo lupum armos validos habere, sed impotentem atque imbecillum

lum clunibus prædicamus. Quod autem ἀγροκώδειον legendum sit, vel solus literarum ductus evincat: manuscriptum certè exemplar ab eo scribit. Constat autem ἀγροκώδειον fabulam Plauto fuisse attributam, nam Plauti adulterinam agnoscit apud Aul. Gellium Varro libro de comœdiis Plautinis, M. Aquilio eam ascribens: alioqui Philemon Comicus & Antiphanes similiter ἀγροκώδειον scripsisse memorantur ab Athenæo. Secundo loco ad Cæciliūm (cui primas inter Comicos defert Sedigitus) transeamus, qui Plotium scripsit à Menandro conversam fabulam, Gellio teste, quod nomen depravatum est apud Nonium in dictione, Opulentitas, ubi Potio legitur male. Scripsit idem & οὐθολοσάτην, quod nomen laceris artibus disparatum est in tres voces, obolio, istate, quum in Nonio dictione Delica, junctim legi debeat, Cæcilius obolostate. Similis luxatio deartuatiōe in vocabulo Pulchritas visitur: sic enim illic legas, Cæcilius arpaio: Méne dii boni quid illud est pulchritatis. Ego sic corrigo, Cæcilius ἀπαζομένη: Dii boni quid illud est pulchritatis. Rursus in voce, Collum: Cæcilius Sarpazo: Mane hunc collum ludo præcipi jube. Ego repono, Cæcilius ἀπαζομένη: Hunc collum ludo præcidi jube. quæ lectio integra mansit in dictione Exlex. Citat & Sosipater Cæciliī ἀπαζομένον, solo masculei sexus

sexus discrimine : adducit & ex Philemonis *Comici ἀρπαζομένω* testimonium Athenæus. Neque minor est menda in eodem loco, ubi contiguis verbis ista leguntur : Idem scenophebis : *cadretim res redit, imò collus non res.* Ego restituo ex manuscripto : Idem Synephebis : *Ad restim res redit &c.* Quo in loco non possum quin etiam lepidissimum Nævii dicterium à menda repurgem. ubi nanque legitur, Nævius : *Cor utrum scapulæ plus angulus colli habeat nescio : locum ita ex meo codice emaculo :* Nævius Colace : *Utrum scapulæ plus, an collus calli habeat, nescio.* Quòd autem Cæciliæ fabula fuerit Synephebi, neminem fuderit qui Ciceronis libellum de senectute triverit, testimonium inde potentis. Scripsit Cæcilius & Hypobolimæum, quasi subdititium dicas, cuius fabulæ meminit & Sosipater, quam de Menandro aut Alexi de Comicis convertisse videtur : quæ lectio apud Non. mansit integra in verbo Rabere, nisi quòd pro Astrabia, manuscriptus codex habet Raitaria : „quæ „ vox servata legitur & in Lactare.” at in voce Singulatim, pro hypoboli, Hypobolimæum legit : eandemque esse fabulam contendere, quam Nonius alibi Subditivum vocat, Græcam ut opinor vocem exprimere volens. Præter hæc citatur Ennius Hectoris lustris, tu λύτροις legitio : ita vocantur dona redemptoria,

toria , quibus Priamus Hēctoris mortui cora  
pus ab hoste Achille redemit: Huc addē  
Accii Æneadas five Decium , qua fabula Ro-  
manorum ab Ænea genus ducentium , ac  
præcipue Deciorum pro patria mortem op-  
petentium virtutem extulisse videtur , quod  
indicat versus ille , quo apud hunc poëtam De-  
cius junior se pro patriæ salute Diis manibus  
devoturum confirmat ad patris exemplum ,  
sic inquiens : Patrio exemplo & me dicābo  
atque animam devotabo hostibus. Proinde  
in verbo Ignavit malè scriptum est Accius  
Æneadis decimo : scribendumque Accius  
Æneadis aut Decio. ita distinguendum est in  
voce Sanguis , ubi perperām Accius Æneadis : Aut Decio vim Gallicam. rectissimè ve-  
rò in dictione Tumulti , Accius Æneadis  
vel Decio. Neque silentio obmittam Laberii  
βελονιστας , quam ad imitationem ανεστιας  
Comici Antiphanis dedisse illum verisimile  
est , utraque voce sarcinatricem significante.  
Itaque apud Nonitum in adverbio Effictim ,  
quando legitur , Laberius bello : instria do-  
mina nostra privignum suum amat effictim  
legendum autumo , Laberius Belonistria.  
Reddamus verò & Afranio Comico suam fa-  
bulam & lectionem integrum : nam in voce  
Spissum ex manuscripto codice ita lego : Af-  
ranius incendio : itaque spissum videtur fieri .

non possum domi meum virum expectare ; quem mihi studeo iamdudum dari : pro quo vulgati codices habent , Afranius cædo : & pro possum possunt ; pro studeo studio. Sed fortè quis pro Cædo Cæco reposuerit , quòd memoretur & Plauti & Titinnii eo nomine fabula à Charisio . ego vetusti exemplaris fidem sequor. Neque mihi tempero , quin Pomponii Comici locum interpolem : nam ubi in voce Primiter hunc in modum scriptum extat : Pomponius Accius geminis: quin bono animo es video , eripis primiter dapes : vetustus codex legit , Pomponius Maccis geminis : quin bono animo es video , eripuisti primitus de pannibus. quæ lectio confirmatur & ab ipso Nonio postea , ubi docet , pannibus dici pro pannis. quin & Pomponium Secundum Maccis geminis prioribus testem advocat alicubi Fl. Sosipater , ita ut binas hoc nomine fabulas dedisse iste comicus videatur.

## C A P U T XI.

*Quintilianus locus corrigitur , & Enni apud Marcellum , item Varronis.*

**I**llud item , tametsi non magni momenti , apud Fabium lib. 10. non debet non etiam in hunc ordinem referri , quo de Plauti fabulis censuram fert , sic inquiens :

In

In comœdia maximè claudicamus, licet Varro dicat Musas, Ælii Stolonis sententia Plautino sermone locuturas fuisse, si Latinè loqui vellent. Plerique codices, quos sequi videntur Petrus Crinitus & Lilius Geraldus, uterque in libris de poëtis scripserunt Elpii Stolonis: at ego Ælii Stilonis legendum arbitror. judicium enim illud de Plauto ex magistri sui verbis repetisse Varonem probabile est: is autem fuit Ælius Stilo, quod in primo grammatices à Sosipatro dictum est, & Prisciano lib. 6. Quin & hujus ipsius Stilonis crebra fit mentio in fragmentis Sex. Pompeii: velut ibi, ut unum ex multis adferam, Sonticum morbum in xii. (videlicet tabulis) significare ait Ælius Stilo certum cum justa causa. Meminit ejus & Plinius lib. 9. natur. hist. & 33. cap. i. Item Varro lib. 4. de lingua Latina, ubi vitiose Cornelius Stilo scribitur pro Ælius Stilo. Porrò quia similitudinis quid habet cum superiori censura Ennii sententia alieno, ut appareat, stomacho prolata de illo ipso, sed prodigiose depravata apud Nonium, subiectur à me integritati suæ redditam:

*Enni poëta salve, qui mortalibus*

*Versus propinas flammeos medullitus.*

Jambici sunt trimetri, pro quibus pravè legitur in verbo Propinare:

*En vocas elue qui mortalibus &c.*

### C A P U T XII.

*Apud M. Varronem libro de lingua Latina versus  
Pacuvii emendatus.*

**P**Acuvianus versiculus extat apud Varro-  
nem libro de Latina lingua sexto mon-  
struose conspurcatus hunc in modum:

*Halyconis ritu littus per volgans furor.*

Hunc ego integritati suæ sic restitutum iri-  
melius, immò indubitatus censeo:

*Halcyonis ritu littus per volans feror.*

Videtur autem senarius detortus ex illo Alc-  
manis Lyrici:

ὅς τ' ἐπὶ κύματι ἀνθεῖται ἀνθέται.  
Nota est de Cæyce Trachiniorum rege ejus-  
que conjuge Alcyone fabula, qui cùm eò  
fastus elati forent, ut propriis nominibus  
compellari abnuerent, ascitis Jovis Junonis-  
que nominibus, vindice Dei ira extincti in  
avium formam transierunt, ille naufragio  
submersus in cerylum, hæc luctu exanima-  
ta ob mariti desiderium in halcyonem. Por-  
rò istud gravis superbiæ exemplum provocat  
me ad adscribendum inauditum Pallantis  
Claudii Cæs. liberti fastidium, qui libertos  
suos non modò non dignabatur alloquio, sed  
etiam nihil unquam domi, nisi nutu aut ma-  
nu significasse proditur à Cornelio Tacito:

aut

aut, si plura demonstranda forent, scripto utebatur, ne videlicet vocem cum illis consociaret.

## C A P U T XIII.

*Aul. Gellii & Ausonii poëtæ locus à vitio vindicatus.*

**A** Pud Ausonium poëtam in centone nuptiali perperam ita legitur: Quid antiquissimi poëtæ Livii ερωτηπαυγνίων libros loquar? quo loco ερωτηπαυγνίων legendum esse proclivi lapsu certum est ex Prisciano & Sosipatro Grammaticis: nam fœdior etiam in Gellianos codices irrepsit error libri secundi cap. 24. hunc in modum: Hujus legis Lælius poëta meminit in Crotopægniis: ubi non titulus tantum libri male habet, sed & autoris nomen corruptum est pro Livio Lælius. Constat autem Livium Andronicum plusculos libros ερωτηπαυγνίων olim scripsisse, quibus amatorios lusus prosecutus fuit: quam inscriptionem æmulati postero tempore Nævius & Pacuvius Erotopægnion libros edidisse leguntur apud Non. Marcellum, utrumque enim autorem Erotopægnion citat: nam in voce Latibulet mendose scriptum est erotopecnion. Quod verò sequitur in Ausonio: Quid Euemum, quem Menander sapientem vocavit? Euemerum lego: is etenim

nim scriptor Messenius patria libidines ob-scœnas spurcosque Deorum amores carmine evulgavit , ab Ennio postea in Latinam lingua conversus. Unde sic quoque apud Sex. Pompejum legendum est : Quam rem in me-dio (quod ajunt) positam Varro & Eueme-rus (non Eumerus) ineptis μύθοις involvere maluerunt , quam simpliciter referre.

## C A P U T XIV.

*Hic locus, in quo senarii duo Græci desiderabantur, apud Ammianum expletur.*

**G**enios (quos & præstites , quòd actionibus humanis præsint , vocat Martia-nus Felix) hominum custodes cum He-siodo credidit omnis antiquitas , ita dictos quoniam à genitura unicuique adsocientur , quos à Virgilio etiam imanes appellari autu-mat Servius. De iis sic Ammianus hist. lib. 21. Ferunt enim , inquit , theologi , in lu-cem editis hominibus cunctis , salva firmita-te fatali , hujusmodi quædam velut actus re-ctura numina sociari , admodum tamen pau-cis visa , quos multiplices auxere virtutes : idque & oracula & autores docuerunt præ-clari , inter quos est etiam Menander Comi-cus , apud quem hi senarii duo leguntur. Haçenus ille : sed quorum testimonium ad-vocat jambici desiderantur , relicta lacuna , quam

quam ex Eusebio de præparatione Euangeli-  
ca 13. explere licet: illic enim integri legun-  
tur hi duo, de quibus loquitur, senarii:

*ἀπάντι δάιμον ἀνδεὶ συμπαρίσαται*

*ἐνθὺς γενομένῳ μυσαγωγῷ τῇ βίᾳ. hoc est:*

*Mortalium cuilibet nato suus*

*Vitæ custos rectorque genius jungitur.*

Hos itaque diligens lector suo in codice ad-  
scribere poterit. Citat eosdem non plenè ta-  
men Theocriti scholiares Idyllio secundo his  
verbis: *δάιμον ἀνδεὶ παρίσαται ἐνθὺς γενομένῳ.*

### C A P U T X V .

*Quæ dicatur apud Petronium Arbitrum margarita  
tribacea, ibidecumque locus castigatus.*

**A** Pud Petronium Arbitrum Satyrogra-  
phum de ciconia leguntur sequentes  
versus mendis referti:

*Ciconia etiam grata peregrina hospita,*

*Pietati cultrix gracilis pes è tota listria.*

*Avis exul hyemis, titulus trepidi temporis,*

*Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo.*

*Quo margarita cara tribaca judica.*

*An ut matrona ornata faleris pelagus.*

*Tellat pedes indomita in strato extraneo.*

quos ita legendos judico:

*Pietatis cultrix, gracilipes, glotoristria, aut ut  
alii malunt, choralistria.*

*Avis exul hyemis, titulus tepidi temporis,  
Nequitiae nidum in cacabo fecit tuo.*

Invehitur enim in Romæ luxum. Pergit deinde per interrogationem conviciatoriam:

*Quô margarita cara, tribacca, Indica?*

*An ut matrona ornata phaleris pelagiis,*

*Tollat pedes &c. hic tribaccam dixisse mihi  
videtur margaritam, quæ tribus baccis unio-  
nibusve inauri insertis constabat: solebant  
enim binos ternosque elenchos (ita vocant  
margaritas in longum fastigiatas) aurea bra-  
etea conjunctos auribus suspendere. quod non  
reticuit Plinius acerrimus luxuriæ Romanæ  
exagitator, quum lib. 9. cap. 35. sic ait: Hos  
digitis suspendere & binos ac ternos auribus,  
fœminarum gloria est. At baccarum appella-  
tio pro unionibus, vel in illo Virgilii clu-  
cescit: Colloque monile baccatum. Quòd  
autem Indica legendum sit, docebit etiam  
Plinius loco antea citato: nam quum princi-  
patum culmenque rerum omnium precii mar-  
garitas tenere dixisset, subjungit, Indicum  
eas maximè Oceanum mittere. Phaleras ve-  
rò pelagias appositè vocat ipsas margaritas,  
velut ornamenta fœminarum cultus è pelago,  
hoc est, conchyliis marinis quæsita. Quod  
verò in ejusdem Arbitri fragmento aliquanto  
post legitur: Visebamus nos omnia per fo-  
ramen valvæ, quod paulò antè ausa hostia-  
lis*

lis rupta laxaverat. Rectius hunc in modum  
scribitur, quod paulò antè anfa ostii disrupta  
laxaverat. Item sub finem versus illos.

*Cuiæsos viridisque Thasos, quem Lydus adorat  
Septifuius, templumque tuis imponit hipepis.*

ita concinno atque repono :

*Cui Lesbos, viridisque Thasos, quem Lydus adorat  
Septifuius, templumque suis imponit Hypæpis.  
Est autem Lydiæ oppidulum Hypæpa, ut in  
undecimo Metamorph. testatur Ovidius.*

*Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypæpis.  
Alioqui etiam Dianæ sacer hymnus Hypæ-  
pus est ; Theodorito teste.*

## C A P U T XVI.

*Quam ob causam Ægyptii olim & Judæi à suilla  
abstinuerint.*

**Q**ua ratione moti Ægyptii à suum esu  
abstinuerint se, religione ne, an odio  
& aversatione quadam animantis,  
controversum posuerunt autores: nam Ælia-  
nus libro de Animalibus decimo, illos prop-  
terea suem odisse commemorat, quod carni-  
bus humanis non abstineat: non immerito  
ergò illos aversari bestiam anthropophagom.  
,, Judæi à suilla abstinent, ut D. Clemens  
,, existimat lib. 7. Strom. quod sceleratum hoc  
,, animal plus cæteris fruges & terræ manda-  
,, ta semina rictu effodiat & corruipat."

Eudoxus aliam adducit causam , cur Ægyptii sues non jugulent , quòd greges earum arvis immittere consueverint , ut proculcando rostrisque fodiendo humum everterent & satia adobruerent , quòd sic contecta ab volvrum injuria immunia essent. Quæ ratio repetitur etiam à Callistrato apud Plutarchum in symposiacòn quarto , ubi ait , Sacerdotes Ægyptios suem ideo colere , quòd prima rostri acumine tellurem findendo , aratri usum ostenderit : unde rustico instrumento Vomeri nomen *v̄is* , à sue videlicet , quæ *v̄s* illis dicitur. quanquam refertur illic & alia causa , qua suillæ carnis esus contagiosus esse perhibetur , & vitiliges , lepras , cutisque aspredines conciliare , quæ vitia illi non sine justissima causa detestati fuerint. Quibus dictis consonat quod à Manethone Ægyptio proditum est , eos qui suillo lacte utuntur , lepram & alphos incurrere. Annotatur & illud ab Æliano , sues Soli Lunæque inimicas ab Ægyptiis existimari , ac propterea Lunæ „ (semel tantum anniversario in sacro , „ nec unquam alias) ” immolari , nec alteri deorum cuiquam. Sic Athenienses in mysteriis Cereri sacris suem mactare , velut segeti satisque adversam. „ Aesopus scitè dixit vox „ ciferari clamose sues , nimirum consicias „ sibi , qui alio non sint utiles , quum trans-  
hun-

,, huntur , quam ut immolentur : unde  
,, suem ὄντευτην διctam philosophus quispiam  
,, putavit , qnasi θύv, qui ad θύσιv , hoc est ,  
,, mactationem solum idonea sit. nam non  
,, aliò ei animali datum esse animum , nisi ut  
,, carnium mole suffariatur , quod à Cle-  
,, mente lib. 2. strom. annotatur. Quam ety-  
,, mologiam agnoscit & M. Varro lib. de re  
,, rust. 2. in eo evarians , appellationem enim  
,, suis esse inde quod immolandi initium a suil-  
,, lo genere sumptum videatur , cuius rei ve-  
,, stigia apparere, quod in Cereris Initiis porci  
,, immolentur : quod item in iciendo foedere  
,, porcus occidatur, pacis initium : quod quo-  
,, que nuptias prisci reges auspicabantur a cæ-  
,, so porco , quem nova nupta & novus mari-  
,, tus primum immolabant. & apud Platonem  
,, Comicum in fabula quam εόρτας inscripsit ,  
,, quidam(ut opinor)servus ita ait: Quadrupe-  
,, dum nullum aliud jugulare nos æquum fo-  
,, ret , præterquam suem , nam & suavissimam  
,, habet carnem , & è sue nihil lucri accedit ,  
,, præter scuticas coriaceas , & è setis contex-  
,, tos pileos. Cleanthes venustè dixit, animum  
,, illi pecudi datum esse pro sale , ne putresce-  
,, rent carnes : is enim ejus dicti memoratur  
,, autor à Clemente , quod citra nomen au-  
,, toris adducit Cicero lib. 5. de finibus bo-  
,, norum & malorum. quam sententiam ex  
,, Te-

„ Terentio Varrone lib. de re rustica secundum  
 „ do repetit & Plinius lib. 8. Ita alii ut inu-  
 „ tilem hostiam in cibum advocant , alii ut  
 „ satis frugibusque noxiā : alii rufus ab  
 „ ejus esu abstinent , ob libidinis virosæ  
 „ æstum. ” Evidem bestiæ in vietū obſcœ-  
 nitatem , qua præ cæteris luto delectatur ,  
 ac in sterquiliniis locisque cœnōsis libentissi-  
 mè volutatur , in causa potissimum fuisse ar-  
 bitror , cur suillæ eſus edicto legis Mosaicæ  
 Judæis prohibitus fuerit , ut allegorico tro-  
 po abſterrerenſur à peccatorum lutulento vo-  
 lutabro. Cur verò ſuem Veneri immolasse  
 Argivi legantur (quod Callimachi testimo-  
 nio ſcribit Athenæus) eveniſſe puto , sacri-  
 que occaſionem natam ex Adonidis Veneri  
 tantopere dilecti nece , quem ſuis dente oc-  
 cubuiſſe ſcribunt autores. quod conſirmavit  
 & Sex. Pompejus , ſic ſcribens : Suillum ge-  
 nus inviſum Veneri prodiderunt poëtæ , ob  
 interfectum ab a pro Adonim , quem dilige-  
 bat Dea. Conſimilia ſcribit & Nonnus Pa-  
 nopolitanus Dionysiacōn lib. 41. dicens inter  
 cæteras animantium ſpecies Venerem ſolūm  
 aspectum ſuum aprorumve abhorruiſſe , ἐπεὶ  
 οὐδὲ ἔικόν μορφῆς Αἴγης καρχαρόδων θανατηφόρον ιὸν  
 ἱάλλων Σηλομανῆς ἡμελλεν αἰδώνιδι πότμον ὑφάνειν.  
 id eſt :

*Mars quia zelotypus, speciem suis improbus olim  
Mentitus, pulchrum letali vulnera Adonis  
Confiseret.*

## C A P U T XVII.

*De Garo locus Martialis interpolatus & ex-  
positus.*

**G**Arum tantopere prisco seculo nobilitatum, constat faniem fuisse cruentam ex intestinis piscium, præcipue scombrorum, quos macquarellos recentior ætas nominat, cliquatam, quod à falsamentico conditaneo jure ταεχηδι epitheto dixit in Triptolemo fabula Pherecrates Comicus.,, quod „ sub Caviari nomine intelligi volunt.“ Laudatissimum autem maximique precii fuit, quod Garum sociorum vocitabant superbo admodum titulo, unde pulchre Epigrammarius in xeniis:

*Expirantis adhuc sombri de sanguine primo,  
Accipe fastosum, munera rara, garum.*

Sic enim interpollem locum dare placuit ex vetustissimo eoque emendatissimo exemplari manuscripto, pro eo quod in excusis est, fæcosum. qui nanque potuit commendare garum fæcosum, rarissimi muneris nomine, quum illud quod fæculentum aut fæcis instar in cophino delicuerit, halecis nomine notius nuncupatum fuerit? At illud, sociorum super-

perbo nomine dictum , agnovit Plinius libro nono , ubi M. Apitium hominem ad omne genus luxus mirum , mullos in sociorum gario (nam ea quoque res , inquit , cognomen invenit) necari præcellens putarit. Item AUFONIUS ad Paulinum scribens : Scis autem , inquit , me id nomen muriæ quod in usu vulgi est , nec solere nec posse dicere , cùm scien-tissimi veterum & Græca vocabula fastidientes , Latinum in gari appellatione non ha-bebant : sed quocunque nomine loquar , li-quor iste Sociorum vocatur. Vides ut super-bum arrogansque nomen utrobique audiat garum. At ne quis fastosum respuat ellipticè pro fastuofo , velut alienum à poëticis nu-meris , exemplum adferam testimonii loco ex Annæi Lucani elegantissimo opusculo ad L. Calpurnium Pisonem scripto , ubi sic legitur : *Raraque non humilem calcat fastosa clientem.*

## C A P U T XVIII.

*M. Varronis locus apud Nonium Marcellum  
emendatur.*

**M**Agnam invidiam omnibus seculis susti-nuit magnatum potentia , quòd in-feriores se oppresserint semper. Eam sententiam appositissimè reddidit Varro in Menippeis , libro quem Margopolim , sive *περὶ ἀρχῆς* inscripsit , versibus ita ut nunc le-gun-

guntur, corruptioribus apud No. Mar. unde ea ipsa sententia exculpi nequeat: sic etenim apud illum in verbo Comest, legere est:

*Nam humanis omnia sunt paria, qui te plus urget,  
Pisceis ut saepe minutos magnus comest, ut aveis  
enecat accipiter. Tu repone versus suis numeris ita ex manuscripto codice, cuius fidem  
sæpius jam antea approbavimus.*

*Natura humanis omnia sunt paria.*

*Qui pote plus, urget: pisceis ut saepe minutos  
Magnus comest, ut aveis enecat accipiter.*

Citat ita corruptos, ut antea indicavimus, etiam Perottus in glorioso illo suo Copiæ cornu.

## C A P U T X I X.

*Philostrati locus expositus contra Lilii Gyraldi  
sententiam.*

**M**Orsimus poëta traducitur ab Aristophane frigidus ac insulsus, quo nomine explosus sæpenumero fuit & exibilatus è theatro, ut indicant Icholia. Hinc putat Lilius Gyraldus multæ alioqui lectionis vir in historia poëtarum quam scripsit, profectum esse responsum Apollonii Tyanæi ad Domitianum Cæsarem, *§ μέν με κλαρέειν, ἐπεὶ  
Ἐτοι μόρσιμος εἴη*, hoc est, ut ipse interpretatur: Non me rex occides, non enim Mor simus ego sum. Qua in re pudendus hominis

nis error elucefecit , quum μόριμος illic à fato neci destinatum significet , volueritque Tyanæus Cæsari Homericò versiculo indicare , nondum fatale suum adesse tempus , quo à fatis decretum sibi sit mori : siquidem fidem dicti comprobavit eventus , uti prodidit Philostratus , disparuisse illum ex oculis subito evanidum scribens : ita ut rectius versiculum illum convertere sic liceat.

*Non me interficies , nanque hoc tibi fata negarunt.*  
Repetuntur Philostrati verba etiam à Suida , apud quem perperam Δομέτιον pro Δομετίων scriptum est in voce μόριμος :

## C A P U T   X X .

*Germanici Cæsar is locus emendatur.*

**I**N Arati phænomena , præter Achillem & Theonem qui Græcè scripserunt , circumferuntur hodie Germanici Cæsar is nomine commentaria , quæ tametsi docta sint & multam autorum nobis ignotorum mentionem faciant , haud facile mihi Germanici nomen probant . In iis castigandis operam collocare , esset Augiæ repurgare stabulum : nequeo tamen quin locum unum atque alterum de Luna sub calcem libri à mendis liberem . nam ubi de Lunæ potentia agit , detrimenta ejus & augmenta , non solum terram , sed & lapides & cerebra ( malè etenim legitur , cerebra )

crebra) animantium, & quod magis incredibile sit, etiam lætamina sentire dicit, quæ in lunæ clementis ejecta vermiculos parturiant. Cujus rationem legas apud Plinium lib. 18. cap. 32. monentem sterlus nisi decrescente luna non tangendum esse eò, quòd omnia quæ cæduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente luna, quàm crescente fiant. Sequitur deinde in Germanico : Denique clementis lunæ abscissa ligna furfuraceis tinearum terebra manibus fistulascunt: tu lege terebraminibus. Illud verò, Nemoribus quoque adesse dicitur, quòd omnis venatio plus nocte quàm die dormiat: legit ex Placiade, apud quem integrius ista perscripta sunt, plus nocte pascatur, dieque dormiat. Postremò quæ mox subnectuntur in hanc formam reponito. Sive Endymionem (expungendo quòd) amasse fertur, quia nocturni roris humor, quem  $\alpha\pi\circ\phi\circ\alpha$  siderum atque ipsius lunæ (pro qui est siderum quoque) animandis herbarum succis insudat, pastoralibus profit successibus (pro & past. prosunt success.) Porrò versus ille Germanici de Jovis nutrice capra Amalhæa, qui sic in vulgatis codicibus excusus legitur.

*Sidere quæ claro gratum te gestat alumnum.*  
purius rectiusque scriptus citatur à Lactantio Firmiano libro primo capite vigesimo primo:

*Gratum testatur alumnum.*

A 2

C A-

## CAPUT XXI.

*Omissa quedam in impressis Nonii Marcelli exemplaribus suis locis reponuntur.*

**N**eque male collocaturum me operam arbitror, si quædam in Nonio Marcello omissa à chalcographis suis quæque locis interseram: nam omnia, quæ sparsim toto opere desiderantur, reponere, non unius libri materia fuerit. Primum ubi agit de vocabulis ab A litera incipientibus in voce Abstemiūs adduntur in manuscripto ista: Abstemiūs est, qui novit, quo rete leporem tenebat, lupum non teneri. Deinde in litera B post explicatam dictionem Biviras subnexa leguntur hæc: Bovinatores, quos nunc malitiosos & tergiversatores dicimus. Lucilius lib. II. Hic strigosus bovinator, ore improbus duro. Præterea ante dictionem Conspicilium infacienda venint ista, quæ sequuntur. Commemoramentum. Cæcilius Plotio: Pudebat, credo, commémoramentum stupri. Rursus in voce Depsere citatur quidem Homerus in Odyssea, sed omittitur testimonium, quod ex Odysseæ duodecimo codex meus recte adscribit, *κηρὸν δεψίσας μελιδέα*. Denique quod in vocabulo Satu ex Accii Telepho corruptissime nunc legitur, Profecti quamquam est ortus meliori satu: ita corrigito, Profectò haud qua-

quaquam est ortus mediocri satu. id quod collarii vice adjicere libuit.

## C A P U T   XXII.

*Plinii Secundi locus unus & item alter emaculantur.*

**E**orum, qui Plinianæ historiæ libris castigandis manum admoverunt, vel sola nomina enumerare difficile fuerit, usque adeo multi sunt: omnes certè in præclaram laudatissimamque operam incuberunt: & ut res feliciter ceciderit, non tamen potuerunt immensum illud mendarum pelagus exinanire, cùm propter altissimam minimeque uniformem rerum abditarum scientiam, tum propter meliorum codicum eorumque præcipue autorum, unde opus tam varium consutum est, penuriam. Juvabit tamen & in hanc partem vocari, optimeque de rerum naturæ cognitione merito scriptori opem ferre pro nostra facultate, quædam sanando, nonnulla indicando, sedulique lectoris industriam acuendo. Primùm enim lib. xviii. cap. xxvii. ubi legitur vulgo, A solstitio ad fidiculæ occasum vi. calend. Junii Cæsari Orion exoritur. Quis non videt, Julii aut Julias legi oportere? quippe cùm præcesserit illud à solsticio, quod olim ad sextum Cal. Julii computabant. Illud verò quod mox sequitur de Procyone, Et autem magnopere per-

tinens : lege uti in Cæsar's Dictatoris tabula de astris legitur , ad æstum magnopere pertinens : est enim illud sidus in primis æstuosum. Deinde illud xvi. Calend. Augusti Assyriæ Procyon exoritur : in Cæsare scribitur loco Procyon Chiron, quod mihi suspectum est. Præterea Dein postridie , ferè ubique : alias legitur post triduum ferè. Quod autem eodem capite de tempestatum generibus legitur insigni macula deturpatum eit , atque ita ex meliori codice reponendum : Unum quod tempestates vocamus , in quibus grandines , procellæ cæteraque similia intelliguntur : quæ , cum plenilunio acciderint , vi majore impelluntur. pro quo in vulgatis libris legimus , quæ , cum acciderint , vis major appellatur. quæ lectio fatua est omnino , nihilque salis Pliniani habet : at prior illa plena est , nusquam πλενιλούνιον , & aperta , qua vis ingens plenilunii in tempestates declaratur. Neque verò ociosum fuerit diversam lectionem indicare in sequentis capitum initio , ibi : Nanque Vergiliæ privatim attinent ad fructus : aliter legitur , primatum tenent. „ Non inferior tamen , vim majorem „ usurpari ab autoribus de vehementiore tem „ pestatis injuria , cui humana ope occurri non „ possit , quomodo Catus jureconsultus accep „ pit Pandectarum lib. 19. titulo Locati & „ conducti his verbis , vis major , quam Græ „ ci

„ ci θεοῦ βίᾳ appellant , non debet conducto-  
 „ ri damnosa esse , si plus quam tolerabile est,  
 „ læsi fuerint fructus : quanquam & aliter ac-  
 „ cepisse videatur Seneca lib. de beneficiis quar-  
 „ to , ibi : Vadimonium deserentem vis ma-  
 „ jor excusat. ”

## C A P U T XXIII.

*Arnobii locus à macula vindicatus , & Eusebii in-  
 terpretis insignis error.*

**A**rnobius Lactantii præceptor , pius cum-  
 primis scriptor , & durior licet , abstru-  
 sissimæ tamen antiquitatis & omnigenæ erudi-  
 tionis cognitione refertissimus , septem adver-  
 sus gentes libros scripsit , à sciolis & nasutiori-  
 bus malè aliquibus in locis habitos , in quo-  
 rum quinto , ubi mysteriorum Eleusiniorum  
 ritum suggillat , & quid ab initiatis respondeat-  
 tur , recenset , macula non levis in excusis li-  
 bris insedit , quando sic ibi legitur : Ipsa deni-  
 que symbola , quæ rogati sacrorum in accep-  
 tionibus respondetis : jejunavi , atque ebibi cy-  
 ceonem , exta sumpsi , & in calathum misi ,  
 accepi rursus , in cistulam transtuli . quum pro  
 illo exta sumpsi reponendum sit è cista  
 sumpsi . Emendationis viam aperuit Eusebius  
 Euangel. præpar. lib. 2. totidem verbis repe-  
 tens illorum symbolon , quod conceptis verbis  
 accinere solebant : sic enim inquit , κάσι τὸ  
 Aa 3 εύν-

σύν θηραις ἐλευσίνιων μυστηρίων, ἐνήσευσα, ἔπιον τὸν  
κυκεῶνα, ἐλαῖον ἐκ κίσης, ἐργασάμενος απεθέμην  
εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίσην. hoc est: Hæc  
formula est tesseræ Eleusiniorum mysteriorum:  
Jejunavi, cyceonem bibi, è cista sumpsi, ope-  
ratus in calathum deposui, & è calatho iterum  
in cistam. Vides apertè, è cista legi debere;  
nusquam enim extorum fit mentio, victimas  
non admittentibus his sacris, sed placentas,  
sesama, papaverum capita, & id genus alia,  
quæ mysticis illis cistulis includebantur, uti  
paulò pòst idem autor commemorat. Cæte-  
rum Eusebii lectio movit mihi stomachum,  
interpretis Georgii Trapezuntii verba & inep-  
tam versionem cum Græcis conferenti, quæ  
citatur etiam à Lilio Gyraldo in syntagmate de  
Proserpina hunc in modum: Sed nequeo la-  
tius hujus Pherephattæ sacra enarrare, quasil-  
lum, rapinam Edoneæ, terræ hiatum, sues  
Eubolei, quas eodem hiatu simul & duas Deas  
absorptas fuisse aiunt: unde Megarenseis in  
Thesmophoriis sues immittunt. Quam absur-  
dissimam versionem ita interpolavero. Vis ne  
Proserpinæ florum collectionem tibi narrem?  
& calathum, raptum à Plutonē factum, terræ  
discessionem, & Eubolei sues simul cum Dea-  
bus telluris hiatu haustas, qua de causa in Ce-  
realibus edita voce exclamantes porcos exi-  
gunt atque eliminant. Id nanque sonat ver-  
bum

bum μεγαρίζειν. Græca verba , quia cuivis ob-  
vius autor est , in præsentia omitto , ut pro-  
lixitatis fastidium vitem.

## C A P U T   XXIV.

*Varronis verba emendantur apud Nonium.*

**L**AUDATISSIMA EST & SALUBERRIMA EADEM SEN-  
TENTIA , Μηδὲν ἄγαν , NIL NIMIUM : DE CU-  
JUS AUTORE VARIA EST DISCEPTATIO ; NAM CHILONI  
DICTUM ISTUD ASCRIBUNT PINDARUS & CRITIAS ;  
THEOPHRASTUS SISYPHO ; PLERIQUE THALETI MI-  
LESIQ ; NONNULLI SODAMO , UTI TESTATUM FACIT TE-  
GEATICUM ORACULUM , QUOD ITA HABET :

Ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Επηρεάτης , οὐ μὲν ἀνέθηκεν ,  
Μηδὲν ἄγαν , καὶ εἴ τινα περιεστὶ καλά .

Quod innuit Sodamum Eperati filium , voti-  
væ tabulæ positorem , has extulisse sententias ,  
Ne quid nimis : & Tempori omnia rectè fieri.  
Dictum autem illud , μηδὲν ἄγαν corruptè le-  
gitur verbis Varronis apud Nonium in dictio-  
ne Medioxumum , ubi ita scriptum invenias :  
Quid aliud est quod Delphica canat columnæ  
literis suis ἄγαν μέθην reponito quod admo-  
nuimus ἄγαν μηδὲν ex fide exemplaris ve-  
tusti manu exarati.

## CAPUT XXV.

*Vellejus Paterculus à menda liberatur.*

**A** pud Velleum Paterculum, qui mira compendii felicitate res Romanas adstrinxit, ubi de Corinthi ruina scribit, error non vulgaris in impressis codicibus inolevit. Siquidem ubi legitur, L. Mummius Corinthum post annos nongentos quinquaginta duos, quam à Belete Hipponis filio erat condita, funditus eruit: ex historia scribendum, quām ab Alete Hippotis filio erat condita. Aletes nanque Hippotis filius ab Hercule sextus Corinthum, antea Ephyren dictam, in Isthmo condidit, uti ostenditur ejusdem scriptoris verbis, & confirmat Pindari scholiares in Isthmiis: unde & Αλητίδαι, inquit, vocantur Corinthii: quo nomine usus est & Callimachus versibus à me aliqui superius correctis, ibi:

*καὶ μὲν ἀλητίδαι πάλιν γεγενότερον.*

Aletes enim de Corinthi regno Dodonæum addit oraculum, ubi responsū illi fuit, tum demum imperium urbis obtenturum, ubi glebam illi quispiam porrexit; addito consilio, ut rem aggredieretur solenni festo, quo frequens populus coronatus incederet. Itaque Corinthum veniens ab agricola panem poposcit,

cu-

cujus vice glebam donatam accepit, festumque  
tunc agebatur fortè, quo civitas parentalia de-  
functorum manibus agebat: quocirca cunctis  
ad iuorum monumenta occupatis adortus ur-  
bem Aletes, pacto prius cum natu minore  
Creontis regis filiarum connubio, referatis per  
illam portis, arcem obtinuit, urbisque impe-  
rio potitus est. Hæc paulò prolixius ex Pin-  
dari Græcis scholiis in Nemea: quanquam &  
apud Erasmum in adagio Jovis Corinthus  
fabula ista legatur ex eodem transcripta.

## C A P U T : XXVI.

*In Athenæo repositi duo hactenus desiderati senarii  
versus.*

**L**Epidum miræque elegantiæ ænigma apud  
Athenæum Dipnosophistarum decimo le-  
gitur de Somno ex cognomine Alexis Comici  
fabula, sed duobus senariis jambicis mutilatum,  
quos ex Eustathio Iliad. ultimo reponere libuit,  
ut & hiatum indecorum velut anterioribus addi-  
tis sanaremus, & sensum pleniores reddere-  
mus: quæ ita habent;

Ἐνητὸς, ςοὶ ἀθάνατος, ἀλλ' ἔχων τινὰ  
σύγκρεσιν, ὡςε μήτ' ἐν ἀνθρώπῳ μέρει,  
μήτ' ἐν θεῷ (alias Θεοῖς) ζῆν, ἀλλὰ φύεσθαι τιλίαι  
κανῶς, φθίνειντε τὴν παρῆσσαν, ἔμπαλιν

οὐαίρετον ὄψιν, γνάουμις δὲ ἀποδεῖν ἔντελον.  
 —  
 Πυ. τάκτειν σὺ χάιζεις ὡς γύναι μὲν αἰνίγμασι.  
 εἴτε Φα. καὶ μήν αἴπλαγχεις ταφῆ λέγω μαθέν.  
 —  
 Πυ. τίς δὲν τοσαύτην πάσι, ἔχων ἐξαει φύσιν?  
 οὐαίρετον ὡς κόρη παυσηγέ πόνων.  
 Ubi conjugata quæpiam virginis ænigma proponit & explicat, dicens esse quandam neque mortalem, neque rursus immortalem, sed utriusque temperamento constantem, quippe qui neque hominis portionem, neque item Dei, vivendo obtineat, sed cuius semper novo quodam modo & nascatur & intereat spectrum, nunc præsens, nunc invisibile, cunctis tamen illum mortalibus haud ignotum. Respondet virgo, ludi se ænigmatibus. cui illa vicissim se manifesta & obvia prodere profitetur: proinde virgo sciscitatur, quis ille sit puer, cuius tanta vis esse perhibetur. Demum illa nodum explicat, dicitans eum Somnum esse, qui mortalium laboribus quietem adferat.

## C. A P U T . XXVII.

*Facem ex spina alba in nuptiis prælatam olim fuisse.  
Itidem Varronis locus apud Sosipatrum emen-  
datus & apud Nonium.*

**F**aces in nuptiis præferri solitas indubitatum est, jam tum Homeri ætate celebri more, apud quem Iliad. 18. νύμφας ἐκ Θαλάμων δάσων ὑπὸ λαμπομενῶν ἡγίνεον. Et thalamis nuptias ducebat prævia tæda. Causam ex Varrone addit Servius, quod olim non nisi per noctem à sponsis deducerentur nubentes. Materiam autem facum variam fuisse observatum à me est: nam & carpinum & corylum facibus familiarissimas commemorat Plinius. Græci τεύκτας tædas larignas pro facibus accepere. In eum usum vocata fuit & spina, nuptiarum facibus auspicatissima, quod ex ea faces parrint pastores Romani, qui Sabinas rapuerunt, ut autor est Masurius. Spinam albam huc exceptam ostendit Varro apud Sosipatrum Charisium his verbis: In Asia fax (ita lego pro corrupta voce fylax) ex spina alba præfertur, quod purgationis causa adhibetur. Idem apud Nonium Marcellum: Cùm fax ex spina alba esset, ut eam puer ingenuus adferret: loco cuius in vulgatis codicibus nunc perperam legitur,

tur, Fax ex pinu ablata esset. Attestatur & Festus Pompejus scribens patrimos & matrimos pueros tres nubentem deducere, unum, qui faciem præferret ex spina alba, quia nocte nubebant; duos, qui nubentem tenerent.

*Addenda in capite de Onirocriticis pag. 59.*

Δέοντας ἰδεῖν, δυσμενῶν θηλοῖ μάχας.  
Κερδοῦσιν τε κερδοσύνην προσδόκας.

Id est:

*Pugnam augurare, si leones videris.  
Commercium cum vulpe habens dolum cave.*

HADRIANI JUNII  
HORNANI MEDICI

ad animadversorum libros

A P P E N D I X

*Nunc demum ex autographo in  
lucem edita.*

MENTE MATERIALE

MENTE MATERIALE

secondi canone (secondo) 10

MENTE MATERIALE

in addizione alla materia  
mentale

A D

## ANIMADVERSORUM

LIBROS

## APPENDIX.

*De cottabo explicata ratio, ibidem à mendis vindicati, Pollux, Hesychius, Callimachus, Varinus & Aristophanis Scholia festes.*

Ymposiis dicatum ac familiare olim fuit potorii lusus genus à Sicula gente primum excogitatum, quod Cottabum nominabant, de quo varia quum tradiderint grammatici, quod quisque senserit, qua in re pugnant, ubi convenient, ac primum quid olim de re, quasi per satyram collectis sententiis, censem, in unum congeram. Proponebatur in symposio alveus seu sinus labro assimilis, cui imminebat demissa è medio cōtignationis tricliniive, aut arrectaria virgula longa (παθός καταβίηνις vocabant) unde pen-

,, dec,

„ debat lanx librato trutinæ in modum ponde-  
 „ re pensilis cum cymbiis , quæ affuso à con-  
 „ certantibus vini latice depressa subsidebat ,  
 „ illidebatunque in prominentis imagunculæ  
 „ æneæ caput (ea μάρης nominabatur , veluti  
 „ famulus , à ministerii argumento , quod in  
 „ evertenda lance præbebat) ubi impacta liquo-  
 „ rem affusum in subjectum labrum cum sono  
 „ effundebat , qui λάγχη & λαλάγη dicebatur :  
 „ potantes namque studiosè conabantur in pen-  
 „ silem illam lancem cum cymbiis immittere  
 „ portionem potus residuam , idque lævo in-  
 „ nixi cubito , dextra aptè inflexa : idque etiam  
 „ κότλαβον κατεκλού , quasi divergenteim cottab-  
 „ um nuncupabant à reciproca attrahendi  
 „ & deducendi vicissitudine , ἀπὸ τῆς καλαγείν ,  
 „ vel quod pondere suo lancem deorsum tra-  
 „ heret , ac in Manen allideret infusus liquor :  
 „ perperam enim fragilem cottabum conver-  
 „ tit Athenæi interpres . quo spectat illud Eu-  
 „ buli Comici in Bellerophonte , ἀνω γὰς ὁσπερ  
 „ κότλαβειον ἀροματι , id est : Attollor in sublime  
 „ tanquam cottabus . Tantum vero studii prisca  
 „ ætas in cottabis posuit , ut non præmiola  
 „ modò in convivia adferrent à cottabis cot-  
 „ tabia nuncupata , sed & calices compararent  
 „ ad istud exercitium maximè accommodos ,  
 „ & à re κότλαβιας dictos : quin & circulares  
 „ in orbem domos de industria extrui curabant ,

„ ubi

„ ubi cuncti pari intervallo æqualiter distantes  
 „ à proposito in medium cottabo de victoria  
 „ decertarent, quis concinnius collimaret: lex  
 „ enim erat ejusmodi, ut lævo cubito inni-  
 „ xus quilibet, dextra molliter circumacta in  
 „ gyrum, laticem profunderent. quod Di-  
 „ cæarchus Messenius (non Milesius) his  
 „ verbis tradit; Ἀγκυλοῦνται δὲ σφόδρα τὴν χειρὸν  
 „ εὐρύθμως πέμπειν τὸν κότλαβον. id est: Opor-  
 „ tet manu incurvata vel rotata (alibi namque  
 „ ἐγκυλῶνται legas) concinne cottabum de-  
 „ plere. Antiphanes in Veneris progenie:  
 „ A. ὁ δὲ λαβεῖν (non λαβῶν) τὸ πολίηλον δεῖξου  
 „ νόμῳ; B. Αὐλητικῶς δὲ (non δὲ) καρκινῶν τὰς  
 „ δακτύλιας;  
 „ Οἰνούτε μικρὸν ἐγχέαι, καὶ μή πολὺν;  
 „ Εἴ πειτε ἀφῆσεις. A. τίνα τρόπον; B. δεῦρο βλέπετε;  
 „ A. τοιχτὸν ὁ πόσειδον εἰς ψύχεις σφόδρα;  
 „ B. Οὐλω ποιήσεις. A. Άλλ' ἐγὼ μὲν σφενδόνη  
 „ οὐκ ἀν ἐφικάμην αὐτὸς. id est:  
 „ A. Quia lege preendi poculum addecet, deces  
 „ B. Oportet apposite manum curvare te,  
 „ Viniqne non multum crateri infundere.  
 „ Deplebis hoc mox. A. quomodo? B. hic advertito.  
 „ A. Proh Jupiter!, tantamne in altitudinem?  
 „ B. Sic factō opus est. A. at funda ego vix hac queam  
 „ Pertingere. Solebant insuper inter effun-  
 „ dendum cottabos amasiorum aut amica-  
 „ rum nomina percensere, unde in Inacho

386 AD ANIMA DVERSORUM

,, fabula Sophocles αὐτοῖς οὖν λατάγα velut lati-  
 ,, ticem venerum dixit, & Euripides, Πο-  
 ,, λὺς δὲ κοστάβων ἀρχιμὸς Κύπελλος Πρόσωδον  
 ,, ἀχεῖ μὲν μέλος δόμοισιν.

,, Multusque cottabi fragor Veneris melos  
 ,, Intra penates affanat.

,, Meminit & Callimachus.

,, Πολλοὶ γὰρ φιλέοντες αἰώνιον ὥκαν ἐργάζεται  
 ,, Οἰνοπόται Σικελᾶς ἐκ κυλίκων λατάγας.

,, Sæpe solo Siculos latices allisit amator  
 ,, De calice effusos ebrius ora mero.

,, quorum versuum posterior corruptus legitur in Aristophanis commentariis in hunc modum Οἰνοπότης κενάς. Porro eam cottabi effusionem ἀγκύλην etiam vocabant eo, quod dextra incurvata is lusus peragebatur, & ἀγκυληγάς (non autem ἀγκυλήτας, ut apud Athenæum male legitur) Æschylus eos appellat, qui cottabo ludunt. Cottabum describit Critias ex triginta Athenarum tyrannis unus in elegiis hoc modo:

,, Κότεβος ἐκ Σικελῆς ἐστι χθονὸς ἐκπρεπὲς ἔγονος.  
 ,, Οὐ σκόπον ἐστι λατάγων τόξα καθισάμεθα.

,, Cottabus inventum est Siculæ telluris amœnum,  
 ,, Quem laticum jaculis fecimus esse scopum.

,, Jam quid de cottabo prodiderint scriptores, reliquum est annotare, ac primo loco inconstantiam Aristophanæorum interpretum ex commentariis in Pacem fabulam,

,, in

,, in quibus hæc fermè legas. Duplex Cot-  
,, tabi ratio est, quarum altera est. Statue-  
,, bant in medio lignum candelabro assimile,  
,, in quo vas oxybapho non dissimile suspen-  
,, debatur, in quod residuum poculi ejacu-  
,, labantur; à quo qui non aberrarat, vi-  
,, ctoriam obtinebat. altera est ista. In  
,, convivio vas pelvi simile proponebatur;  
,, aqua refertum; in eo consimile poculum  
,, firmabant, & pelvis oras in orbem ramis  
,, myrteis circundabant, atque in illud po-  
,, culum reliquias potus affundebant; quo  
,, demerso penes eum, qui id fecerat, victo-  
,, ria erat. Aliter. Cottaborum duo sunt ge-  
,, nera, unum *ναγκλὸν*, quod erat velut edi-  
,, tum candelabrum, habens adjunctum si-  
,, gillum, *μάρην* dictum, in quod lanceum de-  
,, missam illidi oportebat: alterum erat vas  
,, labro simile aqua repletum, cui innatabat  
,, inane acetabulum, in quod deplebant lati-  
,, cem, id certatim demergere operam dan-  
,, tes: qua ratione fermè interpretatur &  
,, etymologici autor. Rursus. Lufus cot-  
,, taborum ejusmodi erat: defigebatur hu-  
,, mi pertica oblonga (apud Suidam hujus  
,, loci transcriptorem malè *μηρὶς* legitur);  
,, cui incumbebat altera mobilis, ut in bi-  
,, lance; ea habebat binas lances utrinque  
,, appensa; & binos sub iis crateras: subter

„ aquam æneum erat signum deauratum  
 „ Itaque ex convivis qui ludicrum hoc tra-  
 „ ctabant, phialam mero plenam manu te-  
 „ nens quispiam, proculque assistens, unica  
 „ effusione in lancem immittebat, quo re-  
 „ pleta desideret ac in signi caput sub aquis  
 „ stantis impingeret, solumque ederet. Ite-  
 „ rum alio loco. E media contignatione de-  
 „ misso fune pendebat lignum, tanquam sta-  
 „ tera quæpiam; à quo utrinque suspende-  
 „ bant lychnia & cava cymbia, vasque aqua  
 „ plenum subjiciebant: postea altera parte  
 „ (ut in bilance fit) depressa, lychnia im-  
 „ plebantur; deinde quum alteram partem  
 „ itidem depressoient, plena parte resilien-  
 „ te, aqua è lychnis effundebatur, quæ in  
 „ subjecta cymbia incidebat, quique ex his  
 „ plura attigisset, vincebat. Julius Pollux  
 „ libro sexto in hanc fermè sententiam. Cot-  
 „ tabium vas è tecti fastigio tholove aut la-  
 „ quearibus suspendebatur, aheni in speciem  
 „ resupinatum, quale quod lychnum susti-  
 „ net, simul cum fude cottabica, nempe  
 „ pelys rotunda & concava, quæ σκάφη quo-  
 „ que & χαλκεῖον dicebatur, assimilis polo  
 „ horarum discrimina indicanti: vas istud  
 „ aqua implebatur, cujus in superficie vise-  
 „ bantur globus, lanx, Manes, tres myr-  
 „ tei ramuli, & terna oxybapha: qui ve-  
 „ , rō

„ rò molli manu dextrè effuso cottabo ho-  
 „ rum aliquod attigisset, laudabatur quidem  
 „ ille; at qui plura demersisset, victoriæ lo-  
 „ co auferebat cottabia, nimirum placen-  
 „ tas, ova, aut ejus generis bellaria. Porrò  
 „ λάταξ sive λαλάγη, laticem appello, liquor  
 „ erat in poculo residuus, quem altrinsecus  
 „ inversa manu per lusum in cottabum vas  
 „ laticum receptaculum profundebant, ut  
 „ Athenæus exponit: atque ita accipienda  
 „ sunt Alcæi poëtæ lyrici verba:

„ λάταγες πολέονται κυλιχνᾶν ἀπὸ τηῖαν. id est.

„ *Latices provolvant calicibus de Teiis.*

„ Hæc vox depravata est apud Pollucem lib.  
 „ 6. cap. 19. ubi perperam invenias scrip-  
 „ tum τάλαξ pro λάταξ. pertinacius vitium  
 „ in Hesychianis codicibus inhæfit legenti-  
 „ bus, λατάγη κροτάλω τῷ ἀπορρίπτομένῳ, quum  
 „ scribi debeat κοττάθῳ ἀπορρίπτομένῳ ἀπὸ τῷ  
 „ πόλειῶν καὶ ἦχον ἀποτελοῦνται. quæ verba si-  
 „ mili ratione emendanda sunt apud Vari-  
 „ num citra judicium temere verba descri-  
 „ bentem. Hinc interpretis Aristophanici  
 „ error manifestus fit, qui λάταγες vocari  
 „ ait æneas phialas, quibus vinum injiciebatur:  
 „ & etymologi, qui sonum latagen dici an-  
 „ notat his verbis, οἱ ἦχοι δὲ ἐκαλεῖτο λαίταξ.  
 „ Neque satis distinctè λάταγε exponit Eusta-  
 „ thius poculum vini plenum, quod in cot-

„ tabum effundi solet , qui pelvis erat aqua  
 „ referta , cui innatabant inania acerabula ,  
 „ quæ adnitezantur demergere latice è car-  
 „ chesiis (poculi id genus est) affuso. Om-  
 „ nium veò ineptissimè Cælius antiquarius ,  
 „ Plastinx , inquit , portio intelligitur , quæ  
 „ sonum elisu reddebat : siquidem πλάσιγξ  
 „ lanx erat , in quam latex effundebatur , qui  
 „ si fono clariore increpuisset , amari se ab  
 „ amata augurabantur , cujus meminit Cri-  
 „ tias elegiographus his versibus :

„ Πλάσιγξ θ' ἡ χαλκοῦ θυγατῆρ ἐπ' ἀκροῖσι παθίζο,  
 „ Κοτλάβς ὑψηλῶν κορυφῶν , βεομίχ φεκάδεσσιν.  
 „ id est :

„ Dum fammo Siculi confidet cottabi in ore  
 „ Anea lanx , guttis aptè demersa Lyæi.  
 „ Porrò ἀγκύλης , quod poculi genus erat  
 „ ad cottabos idoneum , usus est apud Bac-  
 „ chylidem , ibi , ἐντὸν ἀπ' ἀγκύλης πίνεσσι .  
 „ & Cratinum , πίνεσσι ἀπ' ἀγκύλης : quan-  
 „ quam apud Eustathium in hoc exemplo  
 „ perperam legam scriptum κατέληγε.

„ **H**Enricum Stephanum virum et si sum-  
 „ ma eruditione præditum , maledicendi  
 „ tamen studio præter jus & æquum addictio-  
 „ rem norunt qui scripta ejus legere aut mani-  
 „ bus

„ busterere potuerunt ; cuius virulentum os ,  
„ quò in alios sæpe debacchatus est , ut à  
„ nostra modestia alienum fuerit contundere  
„ atque obterere , ita certè jejunam homi-  
„ nis calumniam , qua me immerito meo  
„ aspersit , argutis pedibus eluere hoc loco  
„ visum est : neque enim hic , quod ipsius  
„ municipes & populares haud dissimulan-  
„ ter ferunt , plagii crimine maculandum  
„ ejus nomen existimavi , quem involasse  
„ ac pro vernaculis edidisse multa Joannis  
„ Aurati , unius omnium doctissimi viri , in-  
„ venta palam prædicant ; cuius rei non ob-  
„ scure testem vel ipsum Auratum citant ,  
„ ut de fraude , quam Buchanano , inter eru-  
„ ditos poëtas primos ordines ducente , com-  
„ paratam commemorant , hīc taceam , deque  
„ consilio viri immortalis Psalmos diu sup-  
„ pressit , ut sibi ab ejus morte , quam du-  
„ bia valetudo non sanè longinquam tunc  
„ temporis loquebatur , eos vindicaret at-  
„ que inde laudem aucuparetur . Is in li-  
„ bello , quem de affinitate linguae Gal-  
„ licæ & Græcæ patria sua lingua edidit ,  
„ quum non haberet cui illuderet alium ,  
„ dissimulato tacitoque nomine meo , tra-  
„ ducit atque exagitat phrasin Flandri cu-  
„ jusdam (ita enim communi vocabulo eo-  
„ que in vulgus satis odioso me designat ,

,, natalibus longè dissidentem ) ut auribus  
,, Latinis alienam , qua alicubi in Animad-  
,, versorum libris usum me esse memini , A-  
,, liquanto plura ; interpretaturque suo , hoc  
,, est , calumniatorio more , aliquanto pro-  
,, multo , ipse nimis multus in calumniando ;  
,, quanquam mox , ubi genuinum infregit , in  
,, morem vespæ depacto aculeo fugientis ,  
,, velut deprecabundus ac fascinum à se aver-  
,, surus mollire verborum asperitatem & ad  
,, gratiam ea contemperans , obtestatur in  
,, bonam accipi ea partem , quæ discepta-  
,, tionis cujusdam caussa , haud offendendi ani-  
,, mo dicta à se forent , ob dotes ingenii  
,, quasdam in homine sibi perspectis . Sed  
,, quam ipse ridiculum se præbeat , suoque  
,, se gladio perimat , deinde quam felix sit  
,, conjector & alienorum dictorum interpres ,  
,, age exemplis illustre fiat quod dixi . Plin.  
,, lib. 21. cap. 6. Aliquanto latiore folio ,  
,, Terentius dixit , Aliquanto iniquior erat  
,, Cicero quoque , Aliquanto prius in pro-  
,, vinciam iste proficiscitur . & Joachimus Ca-  
,, merarius elegantissimus dicendi scriptor ,  
,, Aliquanto cum majore cura illum aluit ,  
,, quam alterum . Sed omnium clarissimè T.  
,, Livius lib. 3. Repentino pavore percusso  
,, adorti ; aliquanto pauciores multitudinem  
,, ingentem fundunt . Idem lib. 44. Vulnerati  
,, ali-

„ aliquanto plures sunt. Cic. in Verrin. Ali-  
 „ quanto amplius, quam ferre possent. Sue-  
 „ ton. in Galba cap. 18. Secuta sunt ali-  
 „ quanto majora & severiora. Idem in Ves-  
 „ pas. cap. 6. Egitque aliquanto incivilius  
 „ & violentius. Certè possem & plura in  
 „ medium adferre, si non his illi abundè fa-  
 „ tisfactum existimarem.

### *Detecta malignitas viri docti.*

„ **I**S qui speciosos in Lucretium commenta-  
 „ rios s̄æpius recusos dedit, ad illum  
 „ versum

„ *Donicum ad extremum crescendi perfica finem*  
 „ *Omnia perduxit rerum natura creatrix.*  
 „ sic annotat. Perfica, id est perficiendo  
 „ seu perficiens seu perfectrix. deinde addit.  
 „ Cum hæc scripsisse anno 1563. prodiit  
 „ in lucem biennio post Nonius à quodam  
 „ aliquot locis emendatus, ubi hic locus ad  
 „ oram libri sic ab illo emendatur dissimulante  
 „ unde sumpserit &c. Impudenter os ferreum  
 „ nomen meum dissimulat, & oscitanter  
 „ desultorieque attingit, locis aliquot à me  
 „ emendatum dicens, quem infinitis prope  
 „ sanavi & Peliæ modo recoctum edidi, uti  
 „ nemo æquior inficiabitur, qui autorem  
 „ illum antea toties excusum cum mea edi-

„ tione conferre non gravabitur. Sed non  
„ possum , quin malevolentiam κυνώπις & inju-  
„ sitiam obiter detegam , quando ait biennio  
„ post Lucretii editionem , de qua tantoperè  
„ gloriabundus tantos sibi spiritus sumit ,  
„ & quam nunquam nisi quinque pōst an-  
„ nis inspicere mihi contigit , à me dissimu-  
„ lante fuisse emendatum Nonii locum. tan-  
„ quam ex ipsius tripode hauserim loci emen-  
„ dationem scripturam ; quum potuerit ipse  
„ ex privilegiū regii statim ab initio anni  
„ 1563 indulti verbis facile conjicere , me  
„ antevertisse ipsius emendationem , quando  
„ cuncti , quibus simili in re exsudatur labor,  
„ non ignorent exemplar Nonii ut à me ema-  
„ culatum prælo subjici debebat , ante fuisse  
„ submittendum arbitrio & censuræ senatus  
„ regii , quam in manus hominum pro-  
„ diret. Atque hic Christoph. Plantini di-  
„ ligentissimi typographi conscientiam appel-  
„ lare licet , qui facile testabitur multo antē  
„ editionis procurationem exemplar meum  
„ ipsius fidei repræsentatum fuisse & tradi-  
„ tum. Itaque gloriosus miles , qui omni-  
„ um præclara inventa libenter sibi uni ar-  
„ rogarit atque interverterit , loci istius emen-  
„ dationem sibi impudenter vendicat , quum è  
„ codice manuscripto antiquissimo , qui uti  
„ sape mendis affluit , ita rursus medendis  
„ il-

„ illis viam aperit commodam , adnotarim  
„ legi illic perficeris , addiderimque ex con-  
„ jectura perficiens candide & non uno  
„ antè anno , quam editionem invitus , nec  
„ nisi adhortantibus instigantibusque viris  
„ doctis , & inter præcipuos Joanne Sambu-  
„ co sedulò meam operam provocante , ap-  
„ pararem . Neque gloriabor hic de cando-  
„ re meo omnibus , quibuscum notitia mi-  
„ hi incidunt & familiaritas , obvio : ut vice  
„ versa malignitatem hujus hominis mihi jam  
„ olim oboluisse nequeo reticere , qui loca  
„ Ciceronis insignia olim ante annos prope  
„ triginta in Animadversorum libris à me ad-  
„ notata , quæ nemini ante illud tempus ,  
„ ne per somnium quidem in mentem ve-  
„ nerant , ipse in Cicerone , quem octavo ab  
„ hinc anno publici juris fecit , iis verbis ferè ,  
„ quibus à me fuerant restituta , adscribit ,  
„ nulla nominis mei habita ratione .

„ In Nonio Marcello restituendo dum se-  
„ stinant operæ typographicæ improbi-  
„ usque flagitant , multa nos fugisse non  
„ nego , quæ per otium ingenio tranquillo  
„ ac sereno , dum se vigor & acies applicat  
„ pressius , pvideri dilucidius posse judico.  
„ ita-

„ itaque ἀντέρων ἀμενόνων multam miscella-  
„ neam hinc inde materiam in medium ad-  
„ ducere libuit, quæ diligentiae fidem faciant:  
„ Itaque apud Varronem in Sesculyxē voce  
„ Desubuiare sic restituo. Unam viam  
„ Zenona novisse duce virtute, hanc esse  
„ nobilem &c. pro quo in vulgatis legi-  
„ tur; unam veniam esse non amovisse du-  
„ ce virtute. Zenon enim, ut ex Academ.  
„ Ciceronis constat, in una virtute omnia,  
„ quæ ad beatam vitam pertinebant, pone-  
„ bat, nec aliud quidquam in bonis numera-  
„ bat. In dictione Bipennis legitur Var-  
„ ronis locus corruptissimus ad hunc modum  
„ Varro Marcipore. Annos caduci naufra-  
„ gii it. Cicero. Nec quarum bipennis plu-  
„ mas vapor perursit, altè mo esti in terram  
„ cecidimus. atque ita non in vulgatis codi-  
„ cibus, sed & manuscripto, quem penes me  
„ habeo, mendosè legitur; nisi quod in eo  
„ additur fulminis. Quid hac portentosa  
„ scriptura vel inanius, vel ineptius? Ita-  
„ que examinato perpensoque exactius syl-  
„ labarum ductu, senarios suis pedibus,  
„ sententiam claram auribus restitui, ita ut  
„ ab aliquo improbandam lectionem nostram  
„ non ambigam, primusque hujus loci emen-  
„ dationem fartam tectam mihi afferere ac  
„ vendicare, nec dubitem quidem hoc  
„ modo:

„ At

„ At nos caduci naufragi , ut ciconeæ ,  
 „ Quarum bipennis fulminis plumas vapor  
 „ Perussit , altè mæsti in terram cecidimus .  
 „ Nam qui hunc locum sic resarcire adnisi fue-  
 „ runt , Pinnas caduci naufragii . Item Cæci-  
 „ lius . hæc quarum &c. nihil agunt . Ratio-  
 „ nem nunc , qua ad sanationem loci perveni ,  
 „ ostendam : ablatum quod aberarat à fi-  
 „ ne naufragii , conjunxi cum it , unde ut  
 „ conflatum est . mox ciconæ nec parum  
 „ abesse à ciconeæ , & comparationem ab-  
 „ hac ave aptè sumptam quadrare in casu è  
 „ sublimi videns , accedente relativi vi , cla-  
 „ ram illico existere lucem animadverti : re-  
 „ stabat scrupulus in voce annos , quæ mol-  
 „ liter mutata in at nos , commodè subser-  
 „ vire visa est .

### *Hesychii loca plurima sanantur.*

„ **T**ot sunt insanabilia in Hesychiano di-  
 „ ctionario ulcera , eaque planè Tele-  
 „ phia , ut Peliadæ hasta opus sit , hoc est ,  
 „ Achille quopiam ; quo inde remedium pe-  
 „ tatur , qui ea inflxit , nempe ut qui erro-  
 „ res in describendo per negligentiam com-  
 „ misit , majore studio eos recudat , & cor-  
 „ rigat : visum est tamen non abs re fore ,
 „ si ex infinitis (postquam ea medendi via de-

„ negata est) aliquot locis majoris momenti  
 „ opem medicam adferam quam possum. se-  
 „ quor autem ordinem alphabeti Græci ,  
 „ quo ille sua collégit. Αἰγίπερχες τηλῆς, lege,  
 „ αἰγίπερχες, τῆλις ex Galeni glossis. & paulo  
 „ post pro αἰγίπυγος repone αἰγίπυρος ex  
 „ Theophr. & pro δώρεσκα δώρεσκα. in dictio-  
 „ ne Ἀμφιμήτελον περὶ τὴν μήσθαν repone  
 „ μήτραν. in Αναλῶσαι, αὐφανίσαι, ποιμένεσιν, deest  
 „ autoris nomen , quare substitue σοφοκλῆς  
 „ ποιμένεσιν, ut postea legitur in Ἰαννα. Ἀνά-  
 „ παυσον, τὸ μὴ κάνιον, lege τὸ μηκάνειον, eo di-  
 „ cтum ita , quod soporem conciliet. Ανδροδῆ-  
 „ μις , lege αὐνδροδῆς. Ἀναφοῖνται , tu αὐναφο-  
 „ ιται emenda. in voce Αρδήτιον pro Ἰλοσσον  
 „ lege Ἰλισσον, & pro τοὺς ὄικος ὄρκος. Αρμεθεῖς,  
 „ οἱ ἐυπατρίδαι ἐν κύκλῳ repone ἐν κύπρῳ. Αρνι-  
 „ κὸν , χρώματος ἔιδος. scribe αρρενικὸν. Αρπαγὴ ,  
 „ ξυστὴ , scribe ἐξαυστὴ ex Polluce. Αρπαγὴ τὰ  
 „ κήρυνα, emenda αρπαγὴ τῆς κιννάρης, vel saltem  
 „ τὰ κιννάρης. Αὐλὴ κάμινος subjunge αὐλὸς ἐιλκυσε  
 „ τρόχος ex Suida ; nam quod scribit tractum  
 „ esse à ceramica figulari ve rota ; manifeste  
 „ declarant deesse illa verba. Βακχεῖον, τελε-  
 „ σίελον κάρθηξαι , lege κάρθηξι. Βλωθρὴ , εὐάξης ,  
 „ repone εὐαυξῆς , & θρώσκος pro θρώσκα.  
 „ Βουκερᾶς, τῆς τίλης lege τίλιος. Γαλαερᾶς, ιχθῦς  
 „ ὁ ὄνικος , ex Althenæo lege ὄνισκος. Γῆθυας , οἱ  
 „ δὲ γυναλλίδας. repone γῆθεια , οἱ δὲ γυνθυλλί-  
 „ δας.

ἡ δασ. Γόργω πενέθρεν, Φοβερὰν καὶ καθέδρεν. re-  
 stius leges γοργώπ' ἐνέδρεν, Φοβερὰν καθέδραν.  
 Σεργὸς ἔειφος. in fine reponito μάντιν λεγόμεν-  
 ιν πρὸ μάτιν λέγομεν. Βρύπες. in fine lego  
 γύπος νέμεσιν. pro γύπον ἐμέσιν. Συμνοφυλακῆν,  
 ἐπιτάτειν. restitue γυμνῷ Φυλακῇ ἐπιτάτειν.  
 & priore versu pro κεώτερος κενώτερος. Δεν-  
 δαλίδας. mēo periculo reponito ἄλλοι τὰς  
 λευκὰς κάγχρες, οἱ δὲ τὰς ἐπισμένας πελθᾶς,  
 ubi vulgo legitur adjectis binis asteriscis;  
 λευκὰς, κάγχρη \* σοιδὲ τὰς \* ἐπισμένας. Δεξαῖ.  
 in fine τῷ βέβαιος ἔσεσθαι τὰ συνιθέμενα legen-  
 dum censeo, inductis transverso calamo  
 hisce verbis καὶ ἦν \* μέλα. nisi quis explendat  
 sententiæ locique gratia malit reponi ista,  
 καὶ μὴ μεταμελήσῃ aut simile quid. Δετρὸς. ita  
 distingue, δετρὸς, μάγειρος. Δέτις, παλάθη.  
 Δωδεκαμήχανος, ποι συνεῖν ὅσιας. repone ποιεῖν  
 συνυσίας. Εἴαμενον, νήεμον κοῖλον. lego ἐνικμον,  
 κοῖλον. Εἰκὼς τῆς ἐγχέλεων. emenda τὰς ἐγχέ-  
 λεις θηρώμενοι πέπονθας pro πειρώμενοι πεπον-  
 θασιν ex Aristophanis Equitibus. Εἴκφυσις,  
 ἑτερον ἔνιοι \* πυλωρόψ. lege, ἔντερον, ὁ καὶ ἔνιοι  
 πυλωρὸς. Εὐδίες. vox corrupta est pro ἐνέ-  
 τιδες. Εὐδοκία ἥ μήτηρ. lego ἥ δημήτηρ. Εξα-  
 μις. sub finem καὶ οἰκονομικα. repone οἱ καμι-  
 κοι. vide Etymologic. Εείσκηπτα. lege ex Dios-  
 coride ἐρυσίσκηπτρον, ιερῷ βοτάνῃ, εἰς ἦν ιερός,  
 non autem ἔεις, ἐπισκήψη, & consentit Plu-

, ταῦ

„ tarchus in symposiacis. Ερωπίζεσθαι ; ἐσι  
 „ γάρ ρῶπος ὁ λεπτὸς χόρτος. lege Φόρτος. Εροῦνται  
 „ ἔνημον, δροσινὸν. lege ἔνημον, δροσέρον. Εὐκλη  
 „ ρον. δρυὸς, ἔυχισον ἔυξυλον. repono ex Etymol.  
 „ ἔυκηλον δρυὸς, ἔυχισον ξύλον. Εὔμνοσος . resti  
 „ tuo ex Eustathio ἔμνοσος, & sequente linea  
 „ τὸ ἐπίμετρον τῶν ἀλεύρων lego ubi perperam  
 „ scriptum est , τὸ ἐπὶ μελὰ. ἡδυπνοῖδης. lege  
 „ ἡδυπνοῖς. Θέσπαλαι malè pro θέσσαλαι. Θεσ  
 „ σαλον , τέτο , interserenda est vox νόμισμα,  
 „ ut in Adagiis nostris docuimus ex Suida.  
 „ Θύμβεψ, in fine ἀπόλλωνος θυμβεψίς . lege  
 „ θυμβραίς. Ιαξάρτης, βοτάναι ποταμῷ . scribe  
 „ ὄνομα ποταμῷ. "Ιδε πῦρ ἀφύη , sub finem pro  
 „ τὴν ἀφήν repone ἀφύην. Ιθύφαλλοι . pro τὸ  
 „ ποίμα . lege ποίημα. "Ιληοι . restitue pro ταῦς  
 „ ἄρυσιν . ἄρκυσιν. "Ισπάρχα πίναξ , ἔνιοι , lege  
 „ ex Suida ἐπεὶ οἱ . "Ισθμιάσι repone ισθμιάζειν  
 „ Ιφιμερῆγες lego ιφιμερῆδες ex Suida & Da  
 „ mascio Syro. Γωνικὸν . pro his corruptis ver  
 „ bis ἐπιτάττε γάρ ἐπ \* ἀμυδᾶνοι οἱ ἵνες sanius le  
 „ ges ἐκωμοδᾶνοι οἱ ἵνες. "Ιψ, κρεατοφάγον . in  
 „ verte molliter , κερατοφάγον. καμάρες, κανί  
 „ δας . lege καρίδας. Κατικηέια, ή ἐπὶ καθόγῳ.  
 „ lege καθόδῳ. Κέρχυη, τὸ ἐκ τῆς μελαίνης. re  
 „ pone μηλίνης , εἰ panico. Κέσκος . ibi κέσκον  
 „ όν ἔχεσσα. lego κέσκος νῦν όν ἔχεσσα. Κόγχης  
 „ ἐπὶ τῇ ἀξιον ό τέλειαν . invertē voces κόγχης  
 „ αξιον ἐπὶ τῇ ἐντελέος. ex Suida ferè. Κοχλίαι,  
 „ Ma-

„ malè τὰ ἀιδοιόμενα χόα , pro ἐσθιόμενα ζῶα .  
 „ Κοχῶναι , ibi oī δὲ τῷ ιερῷ ὅσρᾳ , lege , ὁσέα .  
 „ Κερκαδίᾳν , in fine reponε κερκίᾳς loco κρυβθεῖται .  
 „ Κρασίθυρος , μέρος της lege μέτρου της . Κυνοδέσμη ,  
 „ δισμὸς ἀκροπαθείας , reponε ἀκροποσθίας , ex  
 „ Polluce . Κύπαρος . isthic ter quaterve κυτία -  
 „ eos per geminum τῇ scribe , & κυτίάρρες ex  
 „ Suida & Ialiis . Κυψέλαι . ἐν τοῖς ὡσὶν ῥῦπος συνισά-  
 „ μενος pro ὑποσυνισάμενος . Δαμπήνη , pro ἀρμα  
 „ ἀμάξης , lego εἴδος ἀρμαμάξης . & pro ῥαβδίον  
 „ περὶ κεφαλῆν restituo ῥηδίον περιφαγὲς ὁ ἔσιν .  
 „ nam in Suida corrupta vox est ῥεδίον . Δαζ-  
 „ γὴ , κροτάλω , reponε λαζγῆ , κοτίάβω ex A-  
 „ ristoph. scholiaste . λευκὴν , μάζαν . Φυρέσθαι ,  
 „ reponε λευκὴν μάζαν φυρέσθαι . Διθόνεψις , re-  
 „ pone λίθον ἐψεῖς . Δίτριον , lege λίστρον ex Pollu-  
 „ ce . Διερλόεντά , ibi περὶ τὸν λίαν ἀμέτρως γαρ-  
 „ ὄδεύονταί τοι . reponε τῷ τὸν λίαν ὄραν , ἀμέ-  
 „ τρως γαρ ὄρῶσιν γάτοι . & mox pro ὁ παγειεροέσ-  
 „ σαν substitue ὁ παλαιριόεσσαν . Διῆρε , θαλαδίνη ,  
 „ lege θαλλὸν . Λοφόρρωτά τὸν ναπερρώγοτά , repon-  
 „ ε λοφόρρωγα , τὸν ἀπερρωκότά . Λοφοπωλεῖς , ibi  
 „ τῶν λόφων περιτίθεσθαι , lege τῶν λόφων ὡς περιτ-  
 „ λυγμὸς , ἀνανυγμὸς lege ἀλαλαγμὸς . Λυγὸς ,  
 „ ὄργανον ἐν ᾧ τὰ κοπάμενα ἐμβάλλεται , oī δὲ τὴ  
 „ σρεβλωτήριον reponε uti vulgo legitur καπά-  
 „ μενα & σρεβρωτήριον . Μαγιστροί , παλαθίς ἀκθος reponε  
 „ παλαθη ἀρτες . Μασχαλίσματα , locum cor-  
 ruptum & mutilum ex Suidæ Lexico sarcire

„ licet. Μεγάμυχος, lege μεγάμυκλος ut apud  
 „ Callimachum ἐννεάμυκλος ὄνος, sic enim in  
 „ Etymologico legendum est in μύκλος. Μήνη,  
 „ καὶ μῆνις ἔμμος lege ἔμμονος ex Eustathio.  
 „ Μόρμοι, Φόβοι, ποινοι, repone φόβοι κενοι. Μύες,  
 „ αἱ συνεσφικμέναι σάρκες καὶ διεφθαρμέναι, le-  
 „ gendum puto διεσπαρμέναι potius quam πε-  
 „ πυκνωμέναι, quod Gesnerus opinatur, ut  
 „ passim per corpus dispersos musculos innuat.  
 „ Μυκῆς, πρὸ τρίμυκα, repone τρύπημα. Μυό-  
 „ Φωνον πόσῃ καὶ ἀκόνιον lego Μυόφονον ποὰῃ ἢ ἡ  
 „ ἀκόνιον. Μύρμικας, ἀτραπὲς, repone μύρμη-  
 „ κος ἀτραπὸς. Μῦσ πίτης γενέζαι, ἐπὶ τῶν νεωτὶ<sup>ς</sup>  
 „ περιτίσιων, ex Suida repone ἀπαλλατίσιων.  
 „ Νομῆις, τῶν πλοίων τὰ ἐγκύλια lego ἐγκοί-  
 „ λια. Οἰκητόεια, σκευὴ, lege οἰκητήεια, σκέυη  
 „ τὰ καλὰ οἶκον. Οἴνη, ibi ἀντικείμενος τὴν  
 „ ἔξω ἀχαῖος, reponendum censeo τῷ ἔξ, ὁ καὶ  
 „ χῖος. Παλέμβολος, ibi τείπατρος, lege τεί-  
 „ πρετος. Πάντα κινήσας πέρον lego πέτρον. Πάσ-  
 „ σε, ibi πάσσε δ' ἄλλος θεῖοι, repone ex Ho-  
 „ mero πάσσε δ' ἄλλος θείοιο. Πάτακοι, θεῖον φό-  
 „ νικες, δὲ, ίντασι κατὰ τὰς πρύμνας, emenda ex  
 „ Herodoto in Thalia, θεοὶ φοίνικες, δὲ ίντασι  
 „ κατὰ τὰς πρώσεις. Πέλανος, πέμψιν ἔχων ρυπα-  
 „ σφίν, ἢ τὸ ἐκ τῆς πώλης, lege, πέψιν ἔχων & τῆς  
 „ πασπάλης. Πέρδικος καπηλεῖον, χωλὸς καὶ πη-  
 „ λὸς. repone χωλὸς κάπηλος, nisi quis refracta-  
 „ rius malit καὶ πηρὸς, sed prius illud probo.  
 „ Περ-

„ Περρησιππίαν, ibi ἐν ἀφνίδαις lege ἀφύδναις.  
 „ Πίνα ibi καὶ ὄσωδες κογχύλιον, repono πίννα &  
 „ ὄσρεωδες. Πισῆρ, ληνὸς, lego πιεσῆρ ex Pollu-  
 „ ce. Πρόλογος, lege πρόλοβος, & paulo post  
 „ πρηγορεῶν pro γρηγορεῶν. Ραφανιδωθῆναι ibi  
 „ κατὰ τῆς ἔδαρ lege ἔδερις ex Aristophan scho-  
 „ liaste. Ρήνεα, οῖα, lege δῖες. Σαρπηδόνιον, ibi  
 „ καὶ ή ἐν ὅρχιστην καὶ κιλικίᾳ πέτρα, lege ex Ste-  
 „ phano & ex Lucilio Tarrheo, ή ἐν θερίκῃ ή  
 „ καὶ κιλικίᾳ πέτρᾳ υψηλοτάτῃ. Σανδαλαράχη  
 „ male, pro σανδάραχη ex Galeno. In Σαν-  
 „ δάλια male Βαβλάντια, pro βλαύτια. Σίσαν,  
 „ ibi πανη \* μον μήνω. repone τὸν πάνεμον μῆνα.  
 „ Σίφνιος ἀρρεβῶν, ibi τὸν διὰ δακτυλίας αἰδάρμενον,  
 „ repone διδόμενον. Σποδιὰ λαύρῃ, ex Eusta-  
 „ thio σποδησιλαύρῃ. Τέταρτα, ξύλα, ἐπὶ τῆς ψεζῆς,  
 „ repono ex Polluce lib. 7. ξύλα ἐπὶ τῆς θυεζῆς.  
 „ Τιθῆνα, βασιλίδι, ή ἔκτορος λύτροις, id enim fa-  
 „ bulæ nomen est. Τίπερωσθαι, τὸ εἰς ἀλιδρ \*  
 „ ας ἐλθεῖν φιλητᾶς. sic corrigo εἰς ἀλινδήθρας ἐλ-  
 „ θεῖν, φιλήτας, est autem hoc postremum au-  
 „ toris nomen Athenæo non incognitum. φλέγ-  
 „ μας, ἀετὸς, ξανθὸς ὁξὺς, lego φλεγύνας ex Eu-  
 „ stathio Iliad. V. φυσιῶν, γάστρων, repone  
 „ φύσικων, ex Josepho, ut ostendi in Adagiis  
 „ meis. Ὡς ἔκεινος ἀναβάλλει τὸν τράπου, emen-  
 „ do ὡς ἔχινος ἀναβάλλει τὸν τόκον,

## Justini locus enarratus.

„ **L**ocus est apud Justinum Trogi Pompei  
 „ epitomistam lib. 6. obscurus satis, cui  
 „ nisi è Sibyllæ oraculo lumen peti non potest,  
 „ qui ita habet. Postulantibus sociis Agesi-  
 „ laum ducem, Regem tunc Lacedæmonio-  
 „ rum, propter reponsum oraculi Delphici,  
 „ diu Lacedæmonii, an eum summæ rei præ-  
 „ ponerent, deliberaverunt: quibus futurus im-  
 „ perii finis denunciabatur, cum regium clau-  
 „ dicasset imperium, erat enim pede claudus.  
 „ Ad postremum statuerunt melius esse incessu  
 „ regem, quam imperio regnum claudicare:  
 „ Hæc tenus Justinus. Etenim oraculum ta-  
 „ le est.

„ Φερίχεο δὴ σπάρτη καί περ μεγάλων χος ἔσσα,  
 „ Μή (non γὰ) σέθεν αἴγιποδος βερύψη χωλὴ βα-  
 „ σιλεῖα,  
 „ Ληδὸν γὰς μόχθοι σε κατασχήσουσιν ἀελπῖοι  
 „ φθισίβρολον τ' ἐπὶ κῦμα κυλινδομένω τολέμοιο.  
 „ Sparta cave, quamquam immensum tua gloria  
 „ crevit,  
 „ Ne claudum te precipitet firmam pede regnum.  
 „ Insperata etenim longum te ærumna tenebit,  
 „ Et bellum horrisonis involvet fluctibus atrum.  
 „ Quod oraculum legas apud Plutarch. in lib.  
 „ quando Pythia desierit carmine oracula edere,  
 „ &c

„ & Pausan. in Laconicis. Xenophon lib. 3.  
 „ rerum Græcarum ita rem perstringit. Dio-  
 „ pithes fatidicus imprimis homo , dixit Apol-  
 „ linis oraculum extare , quo claudum impe-  
 „ rium cavendum sit , cui Lysander pro Age-  
 „ silao respondit , se non putare id divino mo-  
 „ nitu inhiberi , ne quis claudicet , quin po-  
 „ tius ne regnet qui à genere sit alienus , nam  
 „ tum claudum fore regnum , quum qui Her-  
 „ culem genere non contingat , regnaret.  
 „ Audita utriusque sententia populus Agesi-  
 „ laum regnare jussit. Pausanias narrat ex-  
 „ tincto Agide , certamen ortum de regni for-  
 „ te inter Agesilaum & Leotychidem qui se  
 „ Agidis filium ferebat , sed temerario patris  
 „ dicto olim pro filio non agnatum , quum hic  
 „ Agesilai altero pede claudi infortunio , civi-  
 „ tati exitium portendi ab oraculo instaret , è  
 „ diverso contenderet Lysander Aristocriti fi-  
 „ lius , studens Agesilai partibus , tandem reg-  
 „ nare jussum fuisse Agesilaum. Ceterum hoc  
 „ etiam obiter adnotandum venit apud Pausa-  
 „ saniam in Lacon. postremum versum malè  
 „ legi.  
 „ φθερίζεοτόν τ' ἐπι κύμα κυκωμένες πολέμοις.

„ **H**Adrianus Turnebus præcellenti vir in-  
 „ genio & omnigena eruditione in Ad-  
 „ Cc 3 „ ver-

„ versorum libris innumeris locis lucem dedit,  
 „ in multis infelix hariolus , dum terminos di-  
 „ vinandi conjectandive transcendit  $\nu\pi\epsilon\rho\tau\alpha\sigma-$   
 „  $\kappa\alpha\mu\mu\epsilon\nu\alpha$  , citra veterum codicum opem. Ita-  
 „ que agam cum eo non contentiosè , sed ut  
 „ inter doctos agi decet , ne veritatis laciniam  
 „ tenentes amittamus. Locus est apud Sept.  
 „ Tertullianum scriptorem horridiorem paulo,  
 „ sed antiquitatis peritissimum in pererudito  
 „ libello de pallio ; ubi sic legitur : Cum in-  
 „ ter insulas nulla jam Delos , arenæ Samos ,  
 „ & Sibylla non mendax. Hic ille pro arenæ ,  
 „ Rhene legendum prope affirmat , quæ sit in-  
 „ sulula Delo vicina : quum autor ille respi-  
 „ ciat proculdubio ad Sibyllæ oracularem ver-  
 „ siculum qui talis est.

„ Εἴσαι καὶ Σάμος ἄμμος , ἐστῖται Δῆλος ἀδηλος .  
 „ qui versus Latinis auribus cum gratia appen-  
 „ di non potest , propter parechesin vocum , so-  
 „ nat autem ita. Erit olim famos ammos. id est :  
 „ arena & Delus , non Delus. id est: non conspi-  
 „ cuia : quo abolitum eas cecinit vates : alio-  
 „ qui etiam Arenes nomen quid attinebat mu-  
 „ tare , quum ejus ut oppidi Messeniæ memi-  
 „ nerit Homerus & Stephanus. & in Eliacis  
 „ Pausanias Samnicum oppidulum temporibus  
 „ Heroum dictum fuisse Arenen diserte scribit:  
 „ sed in Messenicis nomen accepisse ait ab Are-

, ne

„ ne Oebali filia , uxore Apharei. Verum hoc  
 „ nihil ad rem. Illum ego errorem magis pu-  
 „ dendum opinor , vindicando lectionem ex-  
 „ cuforum codicum receptam , quod pro *Te-*  
 „ *mēno pariter* , affirmat verissimè legendum,  
 „ Tisameno pulso : quum eam rem tribus ver-  
 „ bis explicet , atque evincat Pausanias in Co-  
 „ rinthiacis , Ἐπὶ δὲ τῷ Τισαμενῷ τότε κατιάστιν εἰς  
 „ πελοπόννησον ἡρακλεῖδαι , τύμενος μὲν ἦν Κρεσ-  
 „ φόνης. &c. dicam idem Latinè ut potero.  
 „ Regnante apud Lacedæmonios Tisameno ,  
 „ Heraclidæ Temenus & Cresphontes Pelo-  
 „ ponnesum occuparunt. Vides quam clare  
 „ & breviter totidem penè verbis eandem hi-  
 „ storiā uterque delibavit , ab illo Herculea  
 „ posteritas , ab hoc Heraclidæ quasi Herculis  
 „ posteri nominantur. Accedit quod Tisame-  
 „ nus è pelopidarum genere fuerit : & Hera-  
 „ clidæ ad Perseum gentis suæ originem retu-  
 „ lerint.

*Plauti locus unus & item alter re-*  
*stitutus.*

„ **A** pud Plautum in Aulularia lepidus jo-  
 „ cus est in coquos è genere Geryona-  
 „ ceo rapaces , quos ita oculatis manibus esse  
 „ ait , ut nemo quantumvis Argus satis accu-

„ ratè eos observare queat. Aspersus est illic versus de Argo custode Iūs , haud dubiè corruptus qui ita passim legitur , quem quondam Jovi Juno custodem addidit. Ego mutato u in n versum sanare posse mihi videor , qui clodicat alioqui , imo constare numeris suis nequit , admissurus Trochæum in Jambico trimetro , id quod prorsus ab eo genere alienum est. legendum itaque non dubito Iöni , pro Jovi , ut sit dandi casus ab Iö , ut Dido , Didūs , vel Didonis , Didoni sic Iö , Iūs , & Iönis , Iöni . alioqui quis dicat Argum custodem additum Jovi , præter fabulæ rationem , quæ ab Junone Zelotypa adhibitum Jöni in vaccam mutatae Argum memorat. Deinde qui sequitur versus de bibare tibicina , quæ sola ebibere possit fontem Pirenēn si flueret vino , molliter repono ita ,

„ *Fontem Corinthiensem Pirenēn potest.* non autem Pirenæum. hîc enim , in voce Pirenæum syllabam natura longam corripi necesse esset. Est enim Περήν Pirene fons in arce Corinthi , non salientibus quidem promanans , sed tamen limpida eaque potui gravissima aqua abundans , ut Strabo scribit lib. oëtavo , ubi interpres non satis scitè nec verè autoris sententiam appendisse mihi videtur : eadem ad verbum transcribit in Homerum

Ea-

„ Eustathius. Quem fontem dictum scribit  
 „ Pausanias in Corinthiacis à Pirene Acheloi  
 „ filia, quæ Cenchrum filium à Diana invita  
 „ peremptum in lachrymas & exinde in fon-  
 „ tem delicuisse memoratur in fabulis.

*Locus item alter in Plauto correctus.*

„ **P**lauti fabulas non adeo jocis salibusque,  
 „ quam mendis refertissimas esse constat,  
 „ quibus sanandis multi salutares admoverunt  
 „ manus, in quibus principem facile locum ob-  
 „ tinet Camerarius vir extra omnem judicii  
 „ aleam doctissimus, nec postremas ferens Adr.  
 „ Turnebus. Horum ille in Pœnulo, ubi vetus  
 „ habet lectio, Cochlearæ sunt è testa, ut se su-  
 „ stolli solent; reponendum putat, Herruscæ  
 „ sunt columnæ, sustolli solent. At Turne-  
 „ bus, Græcæ sunt hæ columnæ: quod hoc  
 „ genus apud Romanos in pretio fuerit. Ego  
 „ neutri assentior, sed veteris lectionis vestigia  
 „ quam proximè sequens, lego elegante sensu  
 „ & loco isti accommodo, Cochlearæ sunt,  
 „ columnæ. Vel certè, Cochlacæ fiunt co-  
 „ lumnae. Nam quum filias à multis annis  
 „ parvulas raptas, pater Hanno jam adultas  
 „ inveniens, miraretur tantas evasisse è tantil-  
 „ lis, lerido joco adolescens amator subjicit,

„ Cocheatæ sunt columnæ , ut indicet quod  
 „ illæ veluti scalæ cochlides gradatim scansiles ,  
 „ annis grandiores altioresque evaserint : vel  
 „ Cochlacæ fiunt columnæ , quasi dicat , nil  
 „ mirum si illæ in eam proceritatem evaserint ,  
 „ quando & cochlacæ , hoc est , glareæ & ro-  
 „ tundi lapilli temporis progressu fiant co-  
 „ lumnæ.

*Lampridii locus unus , aut alter ex-  
pensus.*

„ **A** pud Lampridium in spurcissimi illius  
 „ Elagabali vita , legas monstrum illud  
 „ equis pro pabulo objecisse uvas apamenas :  
 „ quam ibi lectionem vitium habere existimo ,  
 „ siquidem pro Apamenas , legendum censeo  
 „ apyrenas , quæ ut delicati saporis sunt , ita  
 „ acinis non sunt molestæ . Nam uvæ ex A-  
 „ pamea Bithyniæ non sunt hujus cognitionis.  
 „ Itaque locus ita legendus . Misit & uvas apy-  
 „ renas in præsepio equis suis . Ibidem paulo  
 „ superius pro , & masticatum & pulentatum ,  
 „ repono pulegiatum , condituræ scilicet genus  
 „ è pulegio .

„ **P**lurimæ sunt lacunæ in Terentianis  
 „ commentariis, quæ Donati nomine ex-  
 „ stant, quas universas explere citra vetustarum  
 „ codicum opem nemo facile queat, quantum-  
 „ vis variæ lectionis opibus suffultus. Unum ta-  
 „ men locum in primis, qui est in Adelpho-  
 „ rum initio videor mihi restituere posse, ubi  
 „ quum Mitio suam felicitatem ab orbitate  
 „ prædicans, dixisset, & quod fortunatum  
 „ isti putant, uxorem nunquam habui. In Do-  
 „ nato Menandrum testem citante, asteriscum  
 „ quidem notatum videoas, sed verborum nihil.  
 „ Itaque desiderari ibi loci autumo hosce fe-  
 „ stivissimi Comici versus,

„ οἵτις γενόμενος βέλεται ζῆν ηδέως,  
 „ ἐτέρων γαμόντων αὐλὸς ἀπίχεσθω γάμων. id est:  
 „ Qui vivere optat suaviter, ubi conjuges  
 „ Ducunt alii, ipse prudens vitat nuptias.

„ Felicitatis genus αγαπίαν prædicat, ei qui  
 „ suavem velit vitam degere: id quod Teren-  
 „ tianus senex gloriatur, eo nomine se fortu-  
 „ natum existimans. cum quo etiam consentit  
 „ Horatianum illud hemistichium, melius nil  
 „ cœlibe vita. Enimvero non possum quin  
 „ una eademque opera aliis nonnullis mendo-  
 „ sis locis Donati aut lucem addam, aut me-  
 „ dicam manum, quoad ejus à me fieri pote-  
 „ rit, adhibeam. Itaque in Donati commen-  
 „ tariis

„ tariis ad Adelphos act. 4. scena 3. ad eum  
„ versum Terentii, Propter suam impoten-  
„ tiā sic semper credunt negligi. scriptum in-  
„ venias, legitur & claudicarē. quæ vox ut est  
„ absurdā à sensu, ita & absōna & intolerabilis  
„ etiam in quadrato Jambico. igitur reponito  
„ eo in loco, *calvier*, quod frustrari & decipi  
„ significat: cuius vocis usus est apud Plautūm  
„ in Cassinā: Nam ubi domi sola sum, sopor  
„ manus calvitur. & apud Sallust. Contra ille  
„ calvi ratus, hoc est, decipi; à quo verbo  
„ calumniam derivatam esse putat Priscianus  
„ primum nominis grammaticus. Nec desunt  
„ qui in Eunicho legunt ex vetustis exempla-  
„ ribus, Nunc ubi meam benignitatem sensisti  
„ te calvier. pro quo vulgata habent, in te clau-  
„ dier. Deinde scena 3. act. 5. ad eum ver-  
„ sum. Tam excoctam reddam atque atram  
„ quam carbo est. Ubi Donatus, excoctam  
„ ad tenuitatem siccati coloris, Atram ad co-  
„ lorem retulit. lego, excoctam ad tenuitatem  
„ siccantis caloris &c. Idem in Eunicho actu  
„ 4. sc. 7. ibi, ego eo ad Sophronam. errat  
„ (nisi aliis quispiam sciolus id somnii asperse-  
„ rit) ubi inquit. Hoc lentius à Thaide Chre-  
„ meti. manifesto errore. nam Thais ibi non  
„ loquitur, sed Chremes adducere pollicetur  
„ nutricem, id quod confirmat scena tertia  
„ quin-

„ quinti actus. Item act. 1. sc. 2. ubi Mi-  
 „ tio fratrem complacare satagit , Donati  
 „ verba hæc leguntur , quod imitatus Cicero  
 „ se cœlum exagitat. Scribendum censeo ,  
 „ quod im. Cicero est , ubi Cæcilium exagitat.  
 „ In commentario Donati in Hecyram sc. 4.  
 „ ejusdem numeri actus , in verba illa Pamphi-  
 „ li quibus miseriam suam deplorat , omnibus  
 „ modis miser sum , nec quid agam scio , tot  
 „ nunc me rebus miserum concludit pater. co-  
 „ dicis à Frobenio excusi errorem dissimulan-  
 „ dum non putavi , ubi legitur , Indignatio de  
 „ fera indignata. ego legendum existimo. In-  
 „ dagata aut indagine cincta , sic enim feram  
 „ concludi dicimus , ubi indagine , hoc est ,  
 „ plagarum continua serie cingitur , quomo-  
 „ do Lucanus libro 6. illud extulit :

„ *Et silvas, vastaque feras indagine clausit.*

*Festi Pompeii locus restitutus , simulque de  
 strenis earumque origine nonnihil.*

„ **A** Pud Festum Pompejum quærenti aliud  
 „ mihi occurrit non indignus vindice lo-  
 „ cus in verbo , Sacram viam , ubi mentio fit  
 „ facelli Sirenæ , lectione manifestò adultera-  
 „ ta , nam Streniæ vocabulum indubitato re-

pro-

„ ponendum est illius vice , docet enim sacræ  
„ viæ initium ordiri à regis domo ad facellum  
„ streniæ : lectionis fidem integrum tuetur  
„ Varro in libris de lingua Latina , his verbis,  
„ ex hinc oritur caput sacræ viæ ab streniæ  
„ facello. Coluit enim Romana supersticio in  
„ illa putatitiorum deorum turba , aut infini-  
„ tate potius & Deam Streniam , non autem  
„ Strenuam (id quod Giraldus amplecti magis  
„ videtur) à strenuè faciendo , ut vult Augu-  
„ stinus , aut quod strenui viri tutelarem eam  
„ agnoscerent , è cuius luco jam inde ab urbis  
„ conditæ primordiis , Tatius rex verbenas no-  
„ vi anni auspices primus assumpsisse legitur ,  
„ inolita inde conferendarum strenarum con-  
„ suetudine , quod hisce verbis testatum reliquit  
„ urbis præfectus Symmachus. Ab exortu  
„ penè urbis Martiæ strenarum usus adolevit ,  
„ autoritate Tatii regis , qui verbenas felicis  
„ arboris ex luco Streniæ anni novi auspices  
„ primus accepit , Diyi imperatores. Nomen  
„ indicio est viris strenuis hæc convenire ob-  
„ virtutem. Quo ex loco clarissimè elucet  
„ Strenæ etymon , sive à Strenia , sive à stre-  
„ nitate vocis originem derives , cum Nonio:  
„ nam Feitus Pompejus extortam planeque ab-  
„ surdam rationem commentus , quin latæ cul-  
„ pæ notam incurrat , minimum abest , dum  
„ stre-

„ strenam quasi trenam dici autumat , à nu-  
 „ mero , qui alterum tertiumque similis com-  
 „ modi venturum portendat . Tranquillus de  
 „ Caligula sic scribit cap. 42. edixit & strenas  
 „ ineunte anno se recepturum , stetitque in ve-  
 „ stibulo ædium Cal. Januariis ad captandas sti-  
 „ pes , quas plenis ante eum manibus ac sinu  
 „ omnis turba fundebat . Strena dicitur mu-  
 „ nus quod datur ominis boni gratia , qui  
 „ mos durat etiamnum apud nos , quando  
 „ quotannis ante Cal. Januarias munuscula fe-  
 „ licis anni auspicia missitamus vicissim ami-  
 „ cis . Strena dabatur etiam advocatis &  
 „ amicis , ut testatur Plautus in Menech-  
 „ mis .

*Loci Plinii & Athenæi vindicati , &  
 Rondeletii error ostensus.*

„ **M**Ultijugæ eruditionis , magnique in re  
 „ piscaria judicii virum Rondiletum  
 „ suspexi & veneratus sum , ut decuit semper :  
 „ non potui tamen impellente huc veri studio ,  
 „ inconniventer præterire locum , ubi censo-  
 „ rio planè supercilio omnium sententias de  
 „ buccino convellens , & Plinii & Athenæi  
 „ locos corruptos asserit , erroris ipse manife-  
 „ stus , & Archippi senarium fœdè delumbat

„ atque commutilat. Plinii verba sunt, Duo  
 „ sunt genera, Buccinum minor concha, ad  
 „ similitudinem ejus buccini, quo sonus edi-  
 „ tur &c. alterum purpura vocatur. quam le-  
 „ ctionem confirmat vetustissimum exemplar,  
 „ quo diu multumque usus sum, quanquam  
 „ ille in vetustioribus legi, major, asseveret,  
 „ sed qua fide dubito, quando nullum istius  
 „ lectionis documentum. comperiam, vel apud  
 „ Hermolaum, vel Massarium, vel Gelenium,  
 „ vel etiam Pincianum, quorum tamen est spe-  
 „ cta in restituendo Plinio cum diligentia  
 „ tum fides. Sed quid hos nomino, quum ex  
 „ ipso Aristotele convinci possit magnitudine  
 „ Purpuram Buccino præcellere, id quod mox  
 „ subjiciam, si prius Comici Archippi trime-  
 „ trum asscripsero, quem vir ille, pace ejus  
 „ dixerim, fœdè insulto ac ridiculo interpre-  
 „ tamento commaculavit, & fœdius pede suo  
 „ mutilavit: is autem integer talis est.

„ Κηρυξ θάλασσης τρόφιμος, υὸς πορφύρας. i. e.  
 „ Aequoris alumnū, Purpuræque Buccinūne  
 „ Proles.

„ Nunc vide quam infeliciter hunc deartuet,  
 „ dum loco ϗος legendum sancit ως, atque ita  
 „ reddit latine. Buccinum marinum abunde  
 „ nutrit ut purpura. Quæ interpretatio quam  
 „ sit à fide Græcæ phrasis aliena, vel cœco ap-  
 „ pa-

pareat : siquidem Archippi verbis astipula-  
 tur Aristoteles libri 8. cap. 32. ubi sic ait,  
 τον αὐτὸν ἥ τρόπον ἐγίνονται ταῖς πορφύραις καὶ οἱ  
 κηρυκεῖ. id est : itidem in purpuris gignuntur  
 & buccina : quod si gignuntur intra purpu-  
 ras buccina , non immerito nec imperito  
 Comicus buccinum purpuræ natum nuncu-  
 pavit : & Plinianæ lectionis veritas confir-  
 matur . quando eam alvei capacitatem pur-  
 puris tribuit , cui buccina suos natales ac-  
 ceptos referre possint .

### Euripidis locus.

**A** Pud Euripidem in Oreste fabula ver-  
 sus sunt qui choro attribuntur , illi  
 μηνιάριμ , Σίγα , σίγα λεπτὸν ἵχνος αἰρέθυλης  
 τιθεῖτε , μὴ κακοῦτε (vel φαφεῖτε meliore scrip-  
 tura) μήδ' ἔσω κλύπος  
 ἀπὸ προβάτ' ἐκεῖσ' , ἀπὸ προβάτων κοίτας .  
 quibus compellat cœtum Argivarum mu-  
 lierum , ut silentio accedant , neve stre-  
 pitum ciēant , ne somnus malè sopito O-  
 resti abrumpatur , utque in suam gratiam  
 illorum concedant à lecto procul . quod ita  
 esse ut ex prolegomenis incerti autoris li-  
 querit potest . Idem & ex Laërtii Clean-  
 the elucebit , qui interroganti cuidam quid

„ potissimum filio inculcaret , memoriaque  
 „ tenendum præcipiteret , respondit , τὸ τῆς  
 „ ἡλέκτρας , σίγα σίγα λεπτὸν ἵχνος ἀρθίλης τιθεῖται .  
 „ ita namque interpolandus est locus apud  
 „ illum , pro τὸ ἐκ τῆς ἡλέκτρας , eamque lectio-  
 „ nem secutus est & Hesychius Milesius ,  
 „ oscitantia quadam deceptus aut loci ignora-  
 „ tione , apud quem pro λεπτὸν scribitur λευ-  
 „ κόν : meliorem tamēn codicis lectionem ex-  
 „ pressit Laërtii interpres , qui ita legisse vi-  
 „ detur ut ego , vertit namque , illud ait  
 „ Electræ . A cuius fide cur discesserit in  
 „ Apophth. Erasmus , quid dicam nescio ,  
 „ hallucinatum certè constat . Porro lectio-  
 „ nem λευκόν agnoscit & Scholia fest Euripi-  
 „ dis , ut priore ratione jubeat tacitè & levi-  
 „ pede accessum moliri foeminas , posteriore  
 „ verò , ut tacitè candidos pedes promo-  
 „ veant .

### *Fragmentum.*

„ \* \* \* institutum suum damnent , sui-  
 „ que officii memores , quid se deceat ,  
 „ qua in parte ab aliis privatis personis dif-  
 „ siveant , inspicere non graventur . Ne-  
 „ mini ferme obscura est Regis hac no-  
 „ stra ætate cujusdam sordities , qui impro-  
 „ ba

„ ba ratione à subditis ipse suis frumenti  
 „ acervos , butyri aliarumque rerum strues  
 „ mercatur , quos suis navibus exportatos  
 „ aliò carius divendat , interverso ab suis ē  
 „ simili negotiatione lucelli momento : ne-  
 „ que hos intra fines ea stat folidies , quin  
 „ insuper & libripendis , ipse munus prope-  
 „ modum subeat , & ab exteris negotiatori-  
 „ bus viliorem mercium importatarum nun-  
 „ dinationem minis ( ne quid gravius ad-  
 „ dam ) extorqueat , Vespasiani patris in ea  
 „ re æmulus , quem Tranquillus memoriae  
 „ prodidit exercuisse negotiations vel pri-  
 „ vato pudendas coëmendo tantum , quod  
 „ piuris postea distraheret. E diverso Anti-  
 „ gonus Macedonum rex olim Aristodemo  
 „ amicorum uni , minuendas esse largitiones  
 „ & impensas regias suadenti lepido dictorio  
 „ respondit , verba ejus juscum redolere:  
 „ quod coquos non autem Reges parsimonia  
 „ deceat : Quodnam hujus regis importu-  
 „ næ , turpes , ne dicam flagitosæ fordes ,  
 „ responsum ab illo tulissent , si ea ætate  
 „ vixisset ? Praeclare ergo Artaxerxes Rex  
 „ barbarus , Regalius ajebat esse addere quam  
 „ adimere. Sed tu quisquis es princeps ,  
 „ quem non dispudet foedum orbi præbere  
 „ exemplum , audi quid de Theophilo illo

„ commemoret ZONARAS. Hic quum  
„ quodam tempore navis oneraria sarcinis  
„ mercibusque onusta, quæ ad uxorem suam  
„ pertinebat, in portum appulisset, re in-  
„ tellecta, nec detecto interim suo consilio,  
„ nautarum \* \* \*



HADRIANI JUNII

HORNANI MEDICI

COMMENTARIUM

DE COMA.

1920-1921

1920-1921

1920-1921

1920-1921

PRUDENTISSIMO ET SPE-  
CTATISSIMÆ ERUDITIONIS  
viro D. Martino Ædituo Amsterodamo,  
rei medicæ experientiss. Doctori,  
Hadrianus Junius Hornanus Medi-  
cus salutem optat.

**M**Agna est in utranque partem consuetudi-  
nis vis atque iyrannis, humarissime  
Martine, ut quiaquid aut damnet liben-  
ter novum & recens, aut longo usu re-  
ceptum probet, ad exemplum morosæ  
senectutis, cui nova semper sordent, vetera cum-  
primis arrident & commendantur, quantumvis il-  
laudatoria. Quod ut argumentis doceri multis po-  
test, ita nunc de industria silentio præteribo cætera  
omnia, solum de recepto superioribus annis alendæ  
comæ more, nunc desito & abrupto, ac propterea  
magnam apud populareis meos invidiam sustinente,  
verba facturus. Quod equidem argumentum non  
malevolentiae stimulo actus in manus accepi, sed ut  
justam consilii factique mei rationem, quoad ejus  
fieri possit, instituerem, novitatisque opinionem ex  
animis quorundam consuetudinis jure nimis abuten-  
tium exculperem. Nam quum paucos ante annos  
ex Italia (quò ad capiendum animi cultum fueram  
profectus) in patriam redisem attonso vertice, ex  
more Italæ gentis, cui me (sicuti τολύτης ον virum  
debet) decet)

decet) in cultu non infeliciter attemperaram, plerique difficiles homines & refractarii, qui cum Aglae Arcade nunquam patriæ, ut ille agelli sui, fines excesserant, cœperunt obgrunnire, factumque gravi viro, qualem deceret esse medicum, indignum suggestillare. Quapropter tum temporis, ut potui, vindicavi me ab inveterata illorum & improba pertinacia, quam tamen difficillum fuit altissimis radicibus insidentem evellere, aut quod Graci dicunt significantius, devoroidi elvere. Arcades more suum glandibus vesci solitos, esum cerealium frugum aspernatos legimus. Qui vapidum baurire conuevere, generosissima quæque vina respuunt. Antipodes ex altissima Platonici specus caligine eruti, gratissimam hanc rerum faciem, aliamque lucem aversantur, longeque præoptant ad consuetas redire tenebras. Sic isti pristinæ consuetudinis legem tenere mordicus malunt, quam ad nova, licet potiora, transire. Medæa Ovidiana videt meliora, probatque sed detiora sequitur. At isti animadvertisunt quidem meliora, haud probant tamen, & pravitatis erroribus imbuti, pejora amplecti non desistunt. Proinde pleniorem super hac re velificationem, quam tunc animo conceptam premere in commodius tempus operæ precium fore videbatur, nunc adornare visum fuit, præsertim quum lusus iste non sit prorsum illitteratus, (nisi mea fallit Philautia) imò seria quoque ducat. Porrò quum ternas ferè scribendorum commentariorum rationes olim fuisse observemus,

ut aut literatos lusus in publicum darent, aut ut amicis gratificarentur, familiariumque precibus acquiescerent, aut cum Platone senilis oblivionis remedium quererent. quam philosophi sententiam exprimens Cicero, vindemiolas omneis eò reservare se ait, ut illud subsidium senectuti paret. Certè prima ratio nostro huic lusui patrocinium adferet, ut spero. Alioqui fateor argumentum esse per se tenue & exile, sed interdum etiam ad minutiora juvat descendisse. Sunt autores non pauci, qui simili in genere ludere non fuerunt gravati. Culicis encomium scripsit Maro, Lucianus muscæ, pulicis Michael Psellus, & apud nos (nisi mentitur titulus) Naso. Laudatur ab Heraclide Lycio Labor, ab Aristophane Paupertas. Mortis præconium extulit Alcidamas, Dion Prusiaus cornæ, Synesius calvitii, calculorum Polycrates, Clitarchus teredinis, Quartanæ Phavorinus: bombycum, salis & somni laudationem aliis quispiam. Stultitia nuper Erasmus. At nostrum hoc argumentum prosequi non piguit argutissimum philosophorum Chrysippum, toto fermè quanto librorum de honesto & voluptate. Evidem non profiteor hoc libello veritatem ipsam abstrusam ex altissimo Democriti puto revocasse me, sed illustrare tantum conatum, ut morositatem quorundam, meum meique similium factum damnantium castigarem. Proinde per capita malui delibare argumentum istud, quara continente oratione ac perpetua urgere: neque verò tyrannicè sancire, quod nobis probatur, sed

multipli solūm autoritate & probabilibus rationibus  
id vindicare placuit. Quid si quis pro inveterata  
libidine antiquis mordicus inhærere malit, quāmer-  
rorem agnoscere, & agnitorum persequi, huic Mar-  
tialis illud occinuero: Non intret Cato theatrum meum,  
aut si intraverit, specter. Tu pro tuo candore, be-  
nigna fronte libellum excipies, benignioribus oculis  
spectabis & leges: aut si hoc non merebitur, pro tuo  
arbitrio in eum statue quicquid libet, sive flammis  
dedi velis, sive aquis interire. Vale amicorum can-  
didiss. Harlemi, sexto Idus Aprileis, anno 1556.



# HADRIANI JUNII HORNANI MEDICI DE CO- MA COMMENTARIUM:

## C A P U T I.

*De Comæ vocabulorumque eò spectantium multiplici  
suppellectile & significatione.*

**V**oces instituti operis proprias enumerare singulatim atque enucleare postremo loco institueram, quia grammatices propria sit ista tractatio, ac propterea quia fastidii plenior, in calcem operis eam rejicere visum erat. Sed ab eo instituto revocavit me omnium penè eorum qui de re quapiam commentarios scripsere consensus, quos à vocum finitione auspicatos ferè video, ut lectori constaret, qua de re institueretur oratio. Accedit eodem quòd toto hoc in genere vocum istarum sèpius recurrat mentio in citandis autorum testimoniis, quorum nisi prius explicata, obscurior foret ratio, præsertim quum non Læliis, sed Consentinisi (ut Lucillii utar verbis) non eruditionis culminibus, sed literarum amantibus parentur ista, à deprompturo can-

dicē

didè in medium opes lectione non parum multa in penum conditas. Coma itaque (ut inde auspicet) Græcorum κόμη respondet, non menque habere videtur ἀπὸ τῆς κομῆς, id est, à curando & ornando, ut Artemidoro placet, qui vocabulum istud τὸ ἐπιμελεῖσθαι significare ait, quoniam studio excoli requirat, alioqui eo indigna nomine. Sunt qui Comam quasi κόσμον & capitis ornamentum dici autumant: qua ratione & arborum folia κόμαι dicuntur, quod ad ornatum sint comparata. Unde hyems ventorumque injuria exuere plantas honore suo & expoliare comis legitur, ubi frondes decutit. Ita Flaccus, Arboribus redire comas simul cum vere, ait. & Osiris apud Tibullum, vir idem docuit cædere falce comam, hoc est, putare ramos & frondes arborum. Nec desunt qui παρέχε τὸ κόπτειν, id est, à cædendo, vocis originem derivare malint, ut ab ejus verbi præterito κέκομψαι descendat. Quorum opinioni refragari videntur Servius simul & Tib. Donatus, nobilissimi grammatici, quorum ille Comas esse capillos non tonsos annotat; hic comarum significatione prolixitatem monstrari scribit: usquead eo non esse fidendum etymologiæ videtur, ut eam non immerito ἀλάζονα μάρτυρε Galenus dixerit, mendacem videlicet testem. Hinc descendit κομῆς variè acceptum, modò pro

pro luxuriare capillis, quomodo κομῆτης λεπρὸν, pascuum læto graminis proventu abundans à Tragicis dicitur: & quemadmodum Scamander pingebatur minimè κομῶν, hoc est, coma exuberans (quod inquit Philostratus) propter incendium, quo juxta fabulam ripæ ejus conflagraverant: in qua significatione & οὐελῶν, pro comare, efferunt illi, quasi tonsuræ indigere, autore Polluce, licet eas voices discrepare tradat Ammonius. Interdum κομῶν simpliciter pro abundare capit. Sic Scyron insulam τῇ σχίνῳ κομῶσαν, lentisci copia scatentem dixit Philostratus junior. & Procopius de fano istud extulit, ναζακομᾶς τοῖς ἀναθήμασιν, donariis refertum est. Præterea tropicè pro superbire cristasque attollere ob res bene gestas, idem accipi annotat Hammonius, Aristophanes Nebulis: κάγω μὲν τοις τῷ οὐρῆ ὥν ποιητὴς κομῶ id est: Evidem tantus ego poëta nihilo magis ferocio. Herodotus, ἐπὶ τυραννίδι ἐκόμησε, hoc est, superbuit ob assumptam tyrannidein, sive, magnos sumpsit spiritus, jam regnum adeptus., Sic,, illud apud Suidam jambicum

„ ἐπὶ τῷ κομᾶς καὶ κομψὸς εἶναι προσποιῆ:

„ Qua re superbis, visque splendidus viderier.  
Significat & οὐελῶς comam, sed propriè quam comendo alimus, & in qua nutrienda studium ponimus, juxta consuetudinis legem,

η ἐξ ἔθετημένη, ut Theocriti scholia stes ait. Eandem & φόβη nominat Tragoëdia, unde illud Sophoclis in Antigone:

*πᾶσαν αἰκίζων φόβην ὑλῆς πεδιάδος.* id est:

*Omnem deglubens campestris sylva comam.*

Quæ quidem vox horroris terrorisve significationem quandam insinuare videtur, si ejus etymon spectemus. Idem in Oedipo Colonoæo:

*ἐν δ' ἀκραν δέημ' ὑπῆλθε κρατὸς φόβον.* id est:

*Metus subiicit capitis in summam comam.*

Æschylus in Prometheus metaphorice pro solis radio, quem comæ instar diffundit, extulit:

*σατευτὸς δὲ ήλις φοίβη φλογὴ*

*χροιᾶς ἀμένθεις ἄνθος.* hoc est:

*Aduitus crine solis torrido*

*Florem nitoris exues.*

Eiusdem classis est & κρέξ, cuius usus est in eo versu: Πορφυρένη ἡμησε κρένα. *Purpureum sequit crinem.* quod de Niso dictum est. Æschylus in Agamemnonē κόρσας dixit capitis pilos, λευκὰς δὲ κόρσας τῇ δὲ ἐπαντέλλει νόσῳ. id est:

*Canos capillos morbo in isto nutricat.*

Unde & δοχμοκόρσαι dicuntur qui obliquant cæsariem: & κόρση cognomen fuit ejus qui primus capillitium radi sibi passus est: hinc & κόρσωτήρεον pro tonstrina apud Athenæum. Vendicat sibi locum in hoc ordine & χάιτη, im-

impropriè tamen , ut quæ setam notet. *χάρτας πεξημένην* , id est , comas peccentem Junonem facit Homerus: quod vocabulum etiam ad folia transfert Archestratus , quum ait , *μήτηρ οινοφύς βότρυς χάιτην ἀποβάλλει* , significans vitem pampinos suos exuere. Huc referuntur & *τείχες* , istud nomen adeptæ *ἀπὸ τῆς τείχεων* , quod inter tondendum stridorem ædant , ut annotat Phavorinus : unde & tricæ Latinis dictæ , teste Nonio Marcello , dempta aspiratione. Item *τείχωσις* , & *τείχωμα* , de quo *ἄναστρου τείχωμα* Hesychio capillitum exponitur , quod sursum per frontem ad verticem assurgit. „ Eodem veniunt & „ *ποκάδες* sic dieti crines *ἀπὸ τῶν πέκεσθαι* à „ Etendo , teste Hesychio. ” Addatur huc & *λάχνη* poëticum vocabulum , ut & *σμήριγγες* apud Pollucem & Lycophronem in Alexandra. *Μαλλὸς* quoque accedit , quæ vox tamen hirsutiorem & villorum instar oblongam comam notat propriè : à quo *μάλιον* diminutivè Stoicorum familiari more in Epigrammatis legitur. Quin & *κέρας* veteribus capillitum notat , quo sensu *κεράγλασσον* Paridem nominat , sed convicio , Homerus , quod ad inescandas & ad stuprum solicitandas virginis coma lasciviret : tametsi Herodotus & Appion grammatici in istum Homeri locum annotant , esse quoddam plexus crinum genus , instar

cor-

cornu effigiati, unde illi nomen: variis si-  
quidem modis ornare capillos satagebant ma-  
iores, quemadmodum plenius dicetur postea:  
alioqui crinem *κέρας* dixisse illos simpliciter,  
ostendunt voces *κέρεσθαι*, id est, tonderi, &  
*κερεγη* tonsura, quas à *κέρας* derivari vult gra-  
vissimus autor Plutarchus, Archilocho etiam  
*κεροπλάστην* nominante hominem ornandæ co-  
mæ & componendæ studiosum. Poteſt &  
*οὐθοκέρως Φείκη* ex Sophocle hujus rei fidem fa-  
cere, surrectrix pilorum formido. Superio-  
ribus Græcis vocabulis respondent Latina  
ista, Coma, pilus, capillus composita voce  
quasi capitis pilus, crinis *ἀπὸ τῆς κείνειν*, à dis-  
cretione dictus, autore Festo Pompeio. ad-  
jicit Isidorus, quod vittis discernantur cri-  
nes, esseque mulierum propriè voluit. Cæ-  
saries, à cædendo, quam virorum tantum  
vult esse Servius. Succedunt deinde Antiæ,  
pili à fronte propendentes, quos *προκόπτεις* il-  
lis dici ex Polluce intelligimus: iidem etiam  
Propenduli, & Anteventuli nostris dicti, &  
Capronæ, quasi à capite pronæ, ut Nesto-  
ri videtur. Lucilius satyra septima:

*Aptari caput, atque comas fuitare capronas  
Altas frontibus immisas, ut mos fuit illis.*

Sequuntur Cincinni & Cirri intorti crines,  
quos Martialis annulos, Claudianus orbes,  
Plautus etiam Cinnos dixit:

Fam

*Jam ego istos fictos, compositos, crispos cinnos tuos  
Unguentatos usque ex cerebro expellam.*

Græci ἔλικας ab imitatione capreolorum vitis  
fese illaqueantium : ἀλεκτάνας à plectendo : βο-  
σεύχης , quod in racemi formam intorti pen-  
deant , ὅτι μετὰ σχήματι βοτρυοειδῆς απήρηνται ,  
juxta Homer. illud ,

ἀλόχμοι βοτρυόεντες ἐπερρώθοντο κίοντι.

Sic apud Theodecten Phaseliten , Græcum sig-  
ma majusculem Σ ἐλικτῷ βοσρίχῳ , quasi in gra-  
dus fracto capillo , id est , cincinno assimila-  
tur : atque itidem apud Euripidem in Theseo ,  
ubi rudis literarum pastor Thesei nomen expli-  
caturus , tertiam literam cincinno comparat .

Τείτον δέ , inquiens , βόσευχός τις ᾧ εἰλιγμένος .  
Eosdem Eupolis & Theocritus κικίνες dixerunt .  
Sic Comicus : ὁσπερ ἐγχέλυς χρύσες ἔχων κικίνες .  
id est , Cincinnos gerens aureos anguillarum  
instar implicantes se : quos & κοκίνες in Ves-  
pis dixit Aristophanes : ita enim interpres ex-  
ponit περιτεμένας καὶ τετημέλημένας τείχας , cir-  
cumplexos & compositos cura crines . Hos &  
ὅσλιγγας à nitelæ argumento dici annotat Her-  
odianus grammaticus , ut in illo Epigramma-  
te Callimachi .

Απ' ὅσλιγγων σῇ αἴεν ἀλειφα ῥεει . hoc est :  
*Cincinni semper rore fluunt liquido.*

Quin & βότρυς in ea significatione accipitur apud  
Coluthum Lycopoliten , pro intorto cincinno-  
rum

rum globo in racemi spissitudinem „ aut certe  
 „ in modum botryos herbae crispae & confer-  
 „ tis affatim seminibus in quandam uvæ ima-  
 „ ginem stipatae ” coacto , ubi ait :

χρυσέοις δὲ ἐκάτερθε τινασσόμενοι πλοκάμοισι  
 Βότρυς ἀπερσεκόμης γεφύρω συφλίζετο χάιτην.

*Crinibus auratis spissatus utrinque racemus,*

*Intonsus motas zephyri nutabat ad auras.*

„ Et apud Agathium Scholasticum ,

„ καὶ ἐυπλέκτον βότρυν ἔργης κόμης .

„ Ebellitque comam confertam more racemii .

„ Sic Chrestodorus Thebanus poëta de Chrysē  
 „ loquens

„ παῖ τανᾶς ἀπλακτος ἐσύρετο βότρυν ἐθίσης .

„ Pendebatque comæ boirus compressior hirtæ .

Eos à deliciarum & compturæ significatione  
 χλιδæs appellavit Sophocles : σημονίæ Crati-  
 nus , quod præ exilitate stamini sint similes.  
 nonnulli etiam κορτίδæs , quod circum aures  
 in temporibus crimpentur , autore Polluce . Di-  
 cuntur præterea πλοκαι & πλόκοι ab impli-  
 cando , Sophocles :

ὅπωσπερ τόνδι ἔγω τέμνω πλόκον .

*Velut hunc ipse plexum præfeco.*

Et in Epigrammate ad Dianam :

σοι πλόκον λοικεῖας τόνδι ἀνέθηκα κόμας .

*Hunc tibi cincinnum Delia sacro comæ .* Et iterum :

Παρθένος ιμερτὸς πειραμένη πλοκάμης .

*Detondens cirros virginis aureolos .*

At Lycophron simpliciter etiam pro capillo  
πλόκον usurpavit in eo versu:

*κρηπίδα πηγῷ νέρθε καλλυνεῖ πλόκω. hoc est,  
Humum proverret albida cæsus coma.*

Sunt inter grammaticos curiosuli, qui fœminarum πλοκαμὸν (quem πλοκάδα Pherecrates privatim vocat) virorum πλοχμὸν faciant, cuius usus apud Homerum & paulò antè est commonistratus, & legitur alio loco:

*Πλόχμοι οἱ χευσῶνται αργύρῳ ἐσφήκαντο.*

*Cæsaries nodata auro, argentoque nitente.*

Non desunt qui apud Virgilium in eo versu, & rubræ cornua cristæ, cornua pro intortis cincinnis accipient: neque alia habuisse cornua Mosen, quām ejuscemodi cincinnos assieverent: quomodo Armenii & Lydi sacerdotes incedunt hac ætate cincinnis spectabiles, seu potius crobylis, quos Juvenalis quoque cornua appellat. Est autem crobylus crinum utrinque in acumen intortorum plexus, qui (si Thucydidis scholiaſtæ credimus) viris attribuitur: in pueris σκόρπιον vocatur, in fœminis κόρυμβον: unde illud apud Suidam lectum, κόμη τρέφων χευσῶν σεόφων κεκρευμένην, id est, comam nutriendo aureo strophio implexam. Erat & κράνον reticulum comam constringens, quod Etymologici autor & Cœon in primo rhetoricorum annotant Cyprios κορδύλην sua lingua, Persas κίδαεν, vel ut alii νιδάειν, Athenienses κρώνην

Ευλον appellare. Plutarchus libello de tacente Pythia , loquens de oraculis ubi sacerdotes antiquitus in aureos crobylos capillitum frangebant, ἐξωθεῖσα, inquit, τὸ περιττὸν ή χρέα κρεβύλας τε χειροῖς ἀφήγετο, καὶ ξυσίδας μαλακὰς ἀπημφιάζε, καὶ ταχέη κόμην σοβαρωτέραν ἀπέκειρε. id est : Usus superfluitatem nimiam abolens , aureos crobylos sustulit , amicula mollia rejecit , & fastuosiorē comæ sylvam detondit. Usus est hac voce Q. Septimius Florens libro de velandis virginibus. Debebunt , inquit , etiam & ipsi aliqua sibi insignia defendere , aut pennas Garamantum , aut crobylos barbarorum , aut cicadas Atheniensium , aut cirros Germanorum , aut stigmata Britonum. qui locus in æditione Germanica corruptus est , pro crobylis scrobulos legente Beato Rhenano , & mox strobulos : qua de re in Miscellaneis nostris plenius. Theophylactus scholasticus in epistola quadam , κρεβύλῳ , inquit , καὶ τέττιγῃ γοργίας τεμνύνεται , μήπω τοῖς ιώλοις κατασκιάσας τὸ ωρόσωπον. Crobylo & cicada superbit Gorgias , nondum inumbrante malas lanugine. Cæterūm cicadas , quarum est crebra apud autores mentio , aureas crinibus innodabant Athenienses , ostendere volentes eo argumento indigenas se esse. Thucydides initio historiæ , de Atheniensibus loquens , ἐπειδὴ , inquit , χιτῶνάς τε λινῆς ἐπαύσαντε φορῶντες , καὶ χειροῖν τεττί-

γων ἐν ἔρσει κρωβύλων αὐαδόμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. hoc Latinè sonat ita : Postquam desiere lineis uti tunicis , & religatis capitis cirris aureas implicare cicadas. Philostratus lib. 2. Helladicān : ὁ δερίκων ὁ τῆς Αθηνᾶς , ὁ ἔτι καὶ νῦν ἐν αἰρεοπόλει οἰκῶν , δοκεῖ μοι τὸν Αθηναῖων ασπάσασθαι δῆμον ἐπὶ τῷ χρυσῷ , ὃν ἔκεινοι τέτλιγας ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἐποιεῦντο. id est : Draco Minervæ qui etiamnum in arce stat , videtur populum Atheniensem salutare , propter aurum , quod illi in cicadas capitum ornamenta convertebant. Gregorius Nazianzenus :

*κεροπίδαι τέτλιγα πλόκων ὑπερψέα γάινς Γηγενέες.*

*Cecropidae indigenæ natam tellure cicadam Innovandi cirris.* Lucianus in Navigio : οἱ πρόγονοι ἡμῶν οἵ τε ἀνεῖκει καλὸν εἶναι πομᾶν τὰς γέροντας , αὐαδόμενοι κρωβύλον ὑπὸ τέτλιγι χρυσῷ ανειλημένον. quod est : Majoribus nostris decorum videbatur senes coma luxuriare , religantes crobylum aurea cicada exceptum. Quem morem expressit & in Ciri Virgilius , seu quicunque alias ejus poëmatii autor est , de Niso Pandionide loquens :

*Aurea solenni comptum quem fibula ritu*

*Mopsopio , tereti necetebat dente cicadæ.*

Asius poëta Samius popularibus suis Junonis festum celebrantibus morem fuisse scribit , ut depexis contortisque cincinnis auro micantibus , ac desuper cicadis redimitis lucem frequentarent : cuius versus est .

*Χειροίαι ἐπ' αὐτῶν τέτλιγες.*

Porrò non omiserim illud, Cirros capitis pilos attonfos, à Græco κείρεσθαι, quod tonderi significat, manifesto errore interpretatum esse Iridorum & Merulam, cuius occasionem dedisse Ovidius male intellectus, meo quidem judicio potest, quum de Scylla patricida loquens in avem mutata, νείρην, hoc est, Latinè si efferas, Cirin (quæ eadem est cum Galerita) nominatam testatur, quod patriam cæsariem attondisset. Habet enim ita:

*Ciris & à tonso est hoc nomen adepta capillo.*  
 Huic autem vocabulo consonat τὸ κείρεσθαι etymon: at Cirrus purè puteque Romana vox est, quasi in circum tortus, ut annotant grammatici, sive de capitis pilo efferatur, sive polypi capillamentum (quod simili translatione & πλόναμον & πλεκάνην illi appellant) significet. In pilorum ordinem veniunt & μυρσόβα, qua voce intelligit Ammianus promissas philosophorum barbas, abigendis videlicet æstate muscis comparatas, quæ τάλαιπωρών Σynesius dixit. Fuisse olim in usu & apposititiam comam legimus (quem morem necdum in Anglia antiquatum apud matronas videre est) quam & adoptivam forsitan non malè dixerimus cum Palladio rusticarum rerum scriptore, qui arbores per insitionem inoculationemve acquirere adoptivas comas loquitur: φαινάσκυν communi im-

imposturæ nomine, teste Libanio, dicunt Græci, & πηνίην: item ἡρόσθετον κόμην, Ælianus περὶ θετον. „ Quomodo & Dion Nicenus referunt „ Heliogabalum περιθεταῖς κόμαις χρωμένον, hoc „ est, ascititia coma ornatum lustra obisse: & „ Polybius libro historiæ Romanæ tertio scribit Annibalem industrio planèque Phœnicio stratagemate usum, quum apud Gallos „ Transpadanos hyemaret, à lubrica illorum „ fide se vindicasse, ascitiis crinibus sibi comparatis: hunc enim fermè in modum scribit, Metuens Annibal Gallorum defectiōnem suæque vitæ insidias ab iis quorum animos non ita pridem sibi adjunxerat, περὶ θελὰς τείχας. id est: fictium capillamentum, „ diversis planè ætatibus congruens comparavit, illud assidue mutando, comparatis etiam vestibus quæ crinium diversitati responderent, „ quò hac ratione ignoratus illorum perfidiam eluderet. Quod ipsum prodidit & Appianus in eo quem de Annibale edidit libro. „ Præterea & ἐντελεχον & προκόμιον Pollucis testimoniō eadem gens nuncupat, Latini galeriū, Juvenalis galerum, ibi:

*Nigrum flavo crinem abscondente galero.*

Qu. Septimus Florens sutile & textile capillamentum dixit: Tranquillus simpliciter capillamentum, quo Othonem Sylvium ad obtengendam capillitii raritatem, capiti annexo

usum commemorat. Insuper & πιλίδιον Græcis vult dici Budæus commentariis in Pandectas, exponens ἐπίηδευτὴν κόμην apud Demosthenem in orat. περὶ τὸ πρεσβεῖας, id est, de male obita legatione: sed perperam, ut in nostris Animadversorum libris ostendimus. Talis fuit coma emptitia, quam Epigrammarius Lucilius Nicyllæ cuidam obiicit, quæ nundinata fuerat galericulum atrum, quo canos velaret, ut ætatem mentiretur. Epigramma quia lepidum est, lubet hic ascribere:

τὰς τρίχας ὡς νικυλλα τινὲς Βάπτειν σε λέγοσιν,  
ὡς σὺ μελαινοτάτας ἐξ ἀγορῆς ἐπριώ.

*Tingere te perhibent quidam Nicylla capillos,*  
*Quos mercata atros ipsa foro extuleras.*

Explicata hactenus vocabulorum quæcunque ad comæ materiam attinent sylva, restare videbantur duæ voces, quæ quia momentum omne ducunt in argumento vobis proposito, eas silentio transmittere non duxi operæ fore precium. Sunt autem hæ, κέρεσθαι & ξυρεῖσθαι: illam tondendi, hanc radendi vocabulo exprimunt Latini, constantiores in observatione harum vocum discriminis tuenda: contrà leviores Græci, qui confundere suas, & promiscuè alteram pro altera ponere interdum videntur: unde multus passim apud autores ipsos & interpres irrepsit error, ac fortè superiori oscitantiæ ascribenda causa. Atque ut plu-

plura loca , quorum in hoc commentario fiet  
sparsim mentio , omittam , ascribam unum aut  
alterum , indicasse contentus . Euripides in  
Troadibus conjungit utranque , κεφαλὴ ξυρηκέα ,  
tonsuram acuta nosacula factam , rasuram in-  
telligi vo'ens . Hec ubam enim inducit κεφαλὴ<sup>ξυρηκέα</sup> τενθῆσαι κεφάτ' ἐκ πορθηθεῖσαν , id est , ton-  
sura rafili lugubri capite nudato , miserabilem  
suam facere sortem . Jam verò quod in Actis  
cap . 18. legitur , κειρόμενος τὴν κεφαλὴν , hoc  
est , tonso capite , Erasmus vir extra omnem  
controversiam longè doctissimus vertit , raso  
capite , respiciens (ut arbitror) magis ad lustra-  
tionis modum , quàm ad vocis significationem .  
De simili nanque lustratione legitur alter vice-  
simo primo capite , in hæc verba , ἵνα ξυρήσων-  
ται τὴν κεφαλὴν , id est , ut radant caput : si-  
mulans enim illic se Nazaræum Paulus , radi-  
tur nuncupato voto . Nazaræi nanque nova-  
culæ subjiciebant caput , crines consecratos  
igne adolendos præbentes : quod & in Samp-  
sono factum est , Judicum decimo sexto , ubi  
rursus & rasuræ pariter & tonsuræ fit mentio .  
Eadem censura in profanis scriptoribus , &  
quidem frequentius occurrit . Apertissimum  
verò discrimen inter rasum tonsumque indica-  
vit , qui Aemylio Recto Aegypti Prætori gra-  
viora consuetis vectigalia imperanti rescripsit ,  
Tonderi pecus se veile , non radi . Is fuit Ti-

berius, cuius dictum istud recenset ita Dion,  
 Lib. 57. καίρεσθαι με τὰ πρόσωπα, ἀλλ' εἰς απο-  
 ξύρεσθαι βέλομαι: nimis humaniter, haud  
 mancipiorum modo, tractandos provinciales  
 innuens. Nunc missam facientes istam tracta-  
 tionem, ad rem ipsam accedamus.

## C A P U T II.

*De rasura capillorum pariter & barbæ, viroque non  
 esse eradendam barbam.*

**P**Riusquam de rasura verba faciamus, ad-  
 monitum lectorem æquum velimus, nostrum  
 non esse institutum de rasura sacerdotali (quām  
 vitiose minusque Romanè tonsuram nuncupa-  
 mus) agere, aut eam ullo dictorio aspergere:  
 neque enim tam lævā nobis mens est, ut prisco-  
 rum instituta Pontificum revellere, Ecclesiæ  
 ritus actis per tot jam secula firmissimis radici-  
 bus validos oppugnare, in animum induxerim-  
 us unquam: siquidem disertè profitemur,  
 laudabili, quippe vetustissimo, neque myste-  
 rii cujusdam experte ritu sanctam fuisse læ-  
 vigandi rasili honore sacerdotum verticis ratio-  
 nem, non tam ut detectis capitibus (quod ple-  
 rique opinantur) extaret discrimen aliquod in-  
 ter sacros ordines & inter prophianum genus  
 hominum: verū vel maximē ut partis unius  
 depili nuditate, deglabrationem universi cor-  
 poris in Levitis exprimerent, eoque facto ad-  
 mo-

monerentur ex professo liberationis atque discensus a curis mundanis : adde huc & perfectio-  
nis vitæ & absolutæ sanctimoniacæ , quam etiam  
circulari schemate designari existimant. Sed  
adducamus huc verba Theodoreti Cyrensis E-  
piscopi , disertissimè declarantis , cur Levi-  
tæ radere cunctos pilos carnis suæ jubeantur ,  
hunc in modum : αἱ τρίχες τῆς νεκρώσεως σύμ-  
βολον , νεκραὶ γὰρ αὐται εἰσι , καὶ ὁδύνης αἰσθησιν &  
δεχόμεναι : τὴν ἀληθῆ τοινυ ζωὴν ἔχειν κελένει τὰς  
τῷ Θεῷ λειτουργῶντας , καὶ μηδὲν ἔχειν νεκρὸν μηδὲ  
δυσωδεῖς . quod ita sonat Latinè : Pili mortiferæ  
conditionis symbolum habent , mortui etenim  
& ipsi sunt , nec doloris sensum recipiunt :  
propterea præcipit Deo sacrificantes , veram  
amplecti vitam , nihilque admittere aut mor-  
tuum aut spurcum . Quibus verbis & legis di-  
vinæ voluntas intelligitur , & mysterium sub  
illo tectorio latens explicatur . Eam Levitici  
generis legem amplexi videntur & Ægyptii sa-  
crifici , quos Synesius Ptolemaidos episcopus  
commemorat totum lœvigasse corpus , erasis  
pilis , usque adeo ut ne cilia quidem reliqua fe-  
cerint , ne quid scilicet sordium spurciæve  
in peragendis sacris excidens , divinum cultum  
contaminaret : quod ex Herodoto desumpfit ,  
asserente , in Euterpe , illos eam in radendis uni-  
versi corporis partibus operam navare tertio  
quoque die , ea ipsa de causa . Inficiatur tamen

Ju-

Julius Pollux ab illis supercilia radi , quòd ea, ut & palpebrarum pili, à primo ortu enascantur. Subscribit Herodoto Diogenes Laëtius, qui Eudoxum Geometram insignem apud sacerdotes Ægyptios quaternūm mensium spatio supra annum substitisse ait, rasis & pube & superciliis, ξυρόμενόν τε ἡβην καὶ ὀφεῦν. Artemidorus quoque in Onirocriticis usitatam peculiariter Ægyptiis sacrificis totius capitis rasuram ostendit. Sic Isidis Ægyptiæ cultores linigeros rasos fuisse legimus: unde calvum gregem acerbo morsu illos nominat Satyrographus.

Sat. 6. quos æmulatus Commodus Antoninus, dum sacrī Isidis operaretur, caput rasissime traditur in Capitolini & Spartanī historiis. Huc spectat illud Plutarchi libro de Iside & Osyride, quo negat Isiacum esse protinus, cui rarus sit vertex: non hercle plus, quam philosophum, qui barbam crinemque promittat, vilique lacerna induatur. Unde manavit vox illa D. Hieronymi in Ezechielem commentariis, Cap: 44. superstitionem gentilem rasa habuisse capita. Adde huc Samanæos ex philosophis Indis homines continentissimos, vitæque austeritate decantatissimos, qui superfluam pilorum materiam deradebant, ξυρόμενοι τῷ σώματῷ τὰ πεπτὰ, ut in libris de abstinentia ab animatis testatur Porphyrius. Cæterūm quod ad vetustatis opinionem attinet, qua inter nascen-

nascentis ecclesiæ primordia rasuram verticis  
usitatam fuisse probari possit , documento eit  
Simonis Magi factum , qui falso Apostolorum  
æmulus , immo flagitosissimus fidei corruptor,  
ad imitationem quandam illorum , quadrangu-  
la rasura verticem nudari instituit : quam in pri-  
stinam melioremque , hoc est , orbiculariem  
mutari Anicetus pientissimus pontifex censuit:  
qua de re Ægidius Massæus & Bedas annalium  
lib. 5. Taceo quod apud Ethnicos Sabinorum  
sacrifici æneis usi fuerint cultris in radendo ,  
idque autoritate Carminii vetustissimi gramma-  
tici. Atque ista quidem de rasura sacerdotali  
dicta sunt : nam quod ad reliquam rationem  
de cura comæ attinet , ne quis aliorum quam  
dicta sunt accipiat: utque innocentiae suus con-  
stet honos , cum profanis hominibus rem mihi  
esse contestor. Fuisse autem senos fermè ob-  
servatos ab antiquis modos , quibus recremen-  
titiam crinium sylvam tollerent , invenio: nam  
aut tondebant forficula , aut radebant novacu-  
la , aut digitis vellebant , aut volsellis eradi-  
cabant , aut deglabratoriis medicamentis ex-  
tringebant , aut denique pice resinave extirpa-  
bant : quas quidem omnes decalvandi capitis  
vias à prima illa eaque sola tondendi ratione  
sequestrabimus , ac sub rasuræ nomine & ca-  
pite ; velut sub una Mycono , comprehende-  
mus. Rasura itaque genericè loquendo , fer-  
vilos

vilis mihi habetur , ridicula ac morionum propria : mollitiei macula infamis : ignominiae , calamitatis , damni , noxæque index : indecora , quippe calvitio depili affinis , imò voluntarium ultroque accersitum calvitium : denique scriptis divinis repugnans : atque ( si de barba sit sermo ) impietatis etiam ingratitudinisque erga Naturam & Deum rea . Quibus dictis ut fidem quæramus , non tam proprio ingenio aut industria freti , quām luculentis autorum testimoniis , rem docebimus . Diximus primo loco servilem esse rasuram : certè Græcorum mancipia rasa fuisse constat : testatur hoc ipsum in Avibus Aristophanes :

*Ἐπειτα δῆτα δέλασσον κόμην ἔχεις. id est:*

*Quo jure nutrit servus existens comam?*

Apud Romanos servi manumittendi rasis capitibus Prætorem adibant , ibique virgula , à Vindicio quodam vindicta nuncupata , pulsati , servitutem exuebant : unde Amphitryone festivissimus Plautus inquit :

*Ut ego hodie raso capite calvus copiam pileum.*

Quem morem & in Tito commemorat Plutarchus , & in Mithridatico Appianus : idque in Feroniæ libertorum deæ templo fieri consueisse addit Servius . „ Hujus rei causam redit Nonius Marcellus his verbis : qui liberi fiebant , ea de causa calvi erant , quod tempore pestatem servitutis videbantur effugere , ut „ nau-

„ naufragio liberati solent :” Hinc est quod  
gravis autor Polybius Prusiam Bithyniae regem  
indignum tanti nominis maiestate scribit, quod  
pileatus raso capite obviam procedere Legatis  
Romanis solitus esset: quod ipsius factum re-  
fert etiam loco paulo ante citato Appianus,  
addens illum Romanis verbis eorum libertum  
se professum fuisse. „ Appiani verba sunt, τὴν  
„ κεφαλὴν ἐξυρημένος, καὶ πῖλον ἐπικείμενος, ὡς  
„ τρόπῳ τυὲς προϊστοι, τῶν ἐν διαθήκαις ἐλευθερωθέντων.  
„ id est: raso capite, pileoque imposito, qua  
„ ratione incedebant qui testamento liberta-  
„ tem acceperant.” Dacas, qui & Davi,  
servitiis nobiles solum, rasissime totum caput le-  
gimus, relicto in vertice cirro intacto: id quod  
apud Rutenos & Sarmatas, quos Moscovitas  
nominamus, observari etiamnum audio, ut  
caput radatur servis totum, pendula in alter-  
utris temporibus crinum spira relicta. Alanos  
quoque ἐν χεῷ ξυρεῖσθαι, hoc est, ad vivam  
usque cutem radii solere annotat Eustathius.  
Idem & Scythis genti non minus barbaræ re-  
ceptum fuisse arbitror: quanquam Clearchus  
ad injuriam ab hostibus genti illatam referat:  
atque inde natum verbum ἀποσυθίζειν, quod  
est, cutim capitis simul cum crinum sylva ab-  
scindere: abusivè vero, comam abradere: nisi  
si σκύθη, quod Stephano rette ferrum notat,  
verbum istud deformasse dicamus. Utitur eo-

ver-

verbo in Electra Euripides , ubi illa cæsariem novacula derasam Oresti commonstrat :

*καὶ κρέπει τολόκαμόν τ' ἐσκυθίσμενον ξυγῷ.*

*Caput comamque demessam novacula.*

Apud eundem Hecuba Helenam conviciis flagellat insolenter se gerentem , quum débuerit ob antea commissa tonsor capite pœnitudinis testimonium dare :

*Φείκη τρέμουσαν , κρέπει ἀπεσκυθίσμενην . hoc est :*

*Metu trementem , & ferro succisam comas.*

Itidem Riphæi pariter viri & fœminæ capillos rasissime produntur . Cæsar in Commentariis , Britannos omnem corporis partem rasitavisse , præter caput & superius labrum , memoriæ prodidit , quod barbarie illorum attribuendum est . Cicero in orat. pro Roscio Comœdo , in C. Fannio Chærea rafuram vix mancípio dignam detestatur his verbis : Qui idcirco capite & superciliis semper est rasis , ne illum viri boni pilum habere dicatur . Et iterum : Nonne ipsum caput & supercilia penitus abrasa , olere malitiam & calliditatem videntur ? Deinde quod diximus , morionibus peculiare esse radi , à veteribus hodierna consuetudo mutuavit , quibus viva cute tenuis crineis ancidiimus , ut ingenii mentisque inopia hūnūmoda significetur : eadem ratione , quā servis dimidium ejus ademisse apud Homerum Jupiter dicitur : alioqui & Artemidorus in primo Ὀρειστικῶν , Gelo-

Gelotopœis, stolido atque ludicro hominum generi ad ciendos tantum risus comparato, rasuram in mores receptam fuisse testatur. Jam verò & in flagitiosæ mollitiei notam abiisse rasuram, præsertim menti, docent euchi, quod genus hominum (nam virorum nomine non dignatur eos Epicurus, quod sint animo enerves & fœminei, τὴν ψυχὴν ἐνευρεσθέντες, quæ ejus sunt verba) molle & esse, & vocari, nemo inficias ire queat, neque alio nomine, quam quod glabelli sint, virilitatisque signum, barbam videlicet, non producant. quibus porrò assimulari & eadem in classe censeri debent, qui se rasitandos tonsoribus præbent. „ Quid abjectius & mol- „ litiei labe inquinatus memoratur Isidis „ cultoribus, qui rafis vertice & genis, si- „ stra complodentes, vicatum stipem quæ- „ rebant? Heliogabalus omnis turpitudinis „ criminibus infamis Imperator, vel por- „ tentum potius, ferias indictas celebravit, „ quum primum barbam posuit, Niceno „ Dione teste. ” Neque sine causa est, quod rasi vulgari convicio fœminæ audiunt. Fidem facit & Clisthenis rasura, quæ proverbio Græco locum dedit: nam κλεισθένην ὅραζεν, Clisthenem videre, de homine delicato semper raso efferunt, qui ut juventam mentirentur, ridiculè, imò flagitiose radi quotidie

se passus est : quo nomine & pathicus Stratton in comœdia traducitur ab Aristophane.

*Εὐνούχος οὐδὲν ἡλθει ἐξυρημένος.* hoc est ,

*Eunuchus hic ades rasus novacula.*

Quod ne quis miraculi vice habeat, cur idem instituerit Africanus Scipio, observandum est ejus mollitiem in cultu corporis multorum libris testatam esse, sed gestarum rerum gloria, vel fatali potius felicitate obliteratedam fuisse. Cujus exemplum secutus Divus Augustus, non uno nomine mollitiei notatus, cultris semper usus est, teste Plinio Lib. 7. nat. hist. Adde huc & Siculi Dionysii factum, malaciæ viro cum primis indignæ plenissimum, qui cultros metuens tonsorios, ut à Cicerone in Officiorum libris proditum est, filiabus tradebat ustulandos candente carbone crines: quod idem in Tusculanis, lib. 5. carentibus juglandium putaminibus factum refert: de quo ita Diodorus magnæ in historia fidei scriptor: Usque adeo nemini, inquit, fidebat, ut plerumque & cæsariem & barbam promitteret, ne cogeretur novaculæ subjicere principes corporis partes: quod si tamen ferret usus aliquando, tondendum ut foret caput, amburebat crines, ita demum securum maximè tyrannidis statum volens demonstrare, si nemini fidas. Sed præstat autoris verba adscribere, quod plus habeant gratiæ:

gratiæ : ἐτῷ ἐπὶ τοσῦτον ἀπισῶς διέκειτο πρὸς ἀπαντᾶς, ὅτε καὶ μὲν τὸ πλεῖστον κομῆτην καὶ πωγονοτροφεῖν, ὅπως μὴ συναναγκασθῇ τῷ τῷ περέως σιδήρῳ πλανηταῖς μέρη τῷ σώματῷ. ἐτῇ καὶ ποτὲ χρείᾳ γένοιτο τὴν κεφαλὴν ἀποκείρρεσθαι, περιέκαε τὰς τείχας, μίαν ἀσφάλειαν τυρεννίδῃ ἀποφανόμενῷ τὴν ἀπισίαν. Refert Clearchus 4. Vitarum libr. Tarentinos cō luxus & molli- tiei proiectos fuisse, ut totam lævigarent cu- tem corporis, ejusque nuditatis exemplum aliis præscriberent. verba ejus sunt, εἰς τοσῦ- τον τρυφῆς προελθεῖν, ὅτε τὸν ὄλον χρῶντα πλα- οίνεσθαι, καὶ τῆς φιλάστεως θάυτης τοῖς λοιποῖς κα- τάρξαι. Idem prodidit Japygas luxu enerva- tos, extrita facie & rasa primos ascititiis co- mis usos fuisse, προκόμια & περίθετα eas vocat. Quin & prima radendi institutio mollitiem facilè arguit: siquidem autor est Chrysippus libro de honesto & voluptate quarto, Ale- xandri Macedonis ætate primum radendæ barbæ morem fuisse excogitatum, antea inu- sitatum, quando ille luxu Persico fractus at- que eviratus, Macedonicam asperitatem pror- fusi exuisset. Sub idem fermè tempus Ro- mani quadringentesimo quinquagesimo quar- to ab urbe condita anno, in Asiaticam luxu- riā degenerante jam pristina virtute, & in exoticam mollitiem rebus defluentibus, ton- fores Siculos primū accepere, ut autor est

Plinius lib. 7. natur. hist. Et qui Athenis primum radi se passus est, *νόερος* convicci nominé dictus fuit, teste Chrysippo, *αὐτῷ τὸ κέρας φέρει*. At enimvero quod mollitiei evidenter indicium, quam in speciem muliebrem transformari, levique mento, fœminarum in morem, conspici? pudenda nimium mercede metamorphosi, qualisque Tiresiam quempiam deceat, aut Heliogabalum, qui, Herodiano teste, vultum elegantius componebat, quam fœmina. Majores nostri insigne piaculum reputabant, & monstri cuiuspiam modo procurandum, solo habitu mentiri mulierem: quanto magis lævore & glabritie faciei fœminam exprimere. Præterea, quod probro fuerit habita rasura, vel ex unico literarum sacrarum testimonio constare potest, quod rex barbarus Hanno durius ignominiosiusque consulere nescivit in legatos Davidicos i. Reg. 10. i. Paralip. 19. (nisi etiam sanguine ius gentium maculare voluisse) quam ut derafa illis per contumeliam barba remitteret: itaque reversi in Hierichunte oppido tantisper jussi fuerunt subsistere, donec ea excrevisset, ne gravis accepta ignominia palam fieret omnibus. „ Ignominiae significationem portendit intermixta natio Euphemii patriarchæ Constantino politani, qua se truncaturum Imperatori

„ ca-

,, capillos paulo morosius dixerat, quum lu-  
,, dibrium illius minaretur: nam quum Ana-  
,, stasius Imperator comitia cum nonnullis  
,, celebraret, Euphemius illum minacibus  
,, verbis compellavit, ut aut cœtu fidelium  
,, cōacto de rebus ecclesiæ statueret, aut ab  
,, incepto omnino desisteret, nec rudiores  
,, perverteret, quod nisi faceret, se excisa  
,, illius cæfarie, coram populo de illo trium-  
,, phum acturum. Grégorii cujusdam impe-  
,, rium affectantis satellites flagris cæsos ra-  
,, soque capillito relegando, ignominiosif-  
,, simè tractassè putatur Leo Isaurus Impera-  
,, tor, teste Zonara. ” Jam si seculis omni-  
bus exosum semper & despectum probrosum-  
que habitum fuit calvitium, vitio ætatis &  
nativi caloris defectu natum, quanto magis  
spontaneum calvitium fannis excipi, infamia  
ignominiaque notari debet, & exibilari. Pro-  
pterea rasuram aversatur non sine causa D.  
Hieronymus in citatis paulò antè commen-  
tariis, his verbis: In cæfarie, inquit, &  
barba pulchritudinis & virilitatis indicium est,  
quæ si radantur, fœda nuditas apparet. De-  
nique pari ignominia loco censeri debet in  
viris rasura, quo in fœminis tonsura, quip-  
pe quibus velamenti loco coma sit data. Ne-  
que graviorem ignominia notam uxoribus  
adulterii suspectis inurere poterant Germani,

quàm si præcisiss capillis denudatas foras extrusifent, uti à Tacito proditum est. „ Quod „ ipsum in leges suas recepit Demonassa quæ „ Cypriis leges condidit, ut adultera tonso „ vertice prostitueretur.: τὴν μοιχευθῆσαν κε- „ ρομένην πορνεύεσθαι, uti refert Dion Bithy- „ nius, quam legis severitatem in filia adul- „ terii rea exercuit, illam præfectis crini- „ bus in prostibulum relegans.

Addidimus calamitatum damnique significationem habere rasuram: planum hoc faciunt non modò sacri scriptores, verùm & prophani, quibus barbam radere, & calvitium facere, ærumnas, luctum, perniciemque portendit. Apud Esaiam Cap. 7. Deus interminatur rasurum se caput & barbam universam regis Assyrii, nimirum angustiis & afflictionibus opprimendum innuens. Cap. 15. Idem rursus Moabitarum barbam omnem rasurum cadem significatione prædicit. Item Hieremias imminens malum prænuncians, Omne, inquit, caput calvitium, & omnis barba rasa erit Cap. 48. Apud Esaiam Cap. 3. iterum minatur Deus, se denudaturum crinibus & deglabraturum verticem Sionidum, propter oppressos egenos. Verbis quoque Ezechielis Cap. 27. prædicit Tyriorum vicinos rasuros super se calvitium, superventura Tyro mala præviis minis augurans. Rur-  
fus

sus Cap. 7. per eundem Israëlitis dira prænuncians, Accingent se, inquit, ciliciis, & in universis capitibus calvitium. Michæas quoque Cap. 1. monet Judæam, ut decalvetur super filios delitiarum, dilatetque calvitium more aquilæ, cui senio confectæ implume fit caput. Minatur similiter Amos propheta Cap. 8. Deum pertæsum flagitorum sui populi, inducturum cuilibet capiti calvitium, volens innuere gravibus modis divinitus eos fore plectendos. Puto exemplorum satis è literis sacris à nobis adductum esse penè ad fastidium usque, quibus clarissimè omnino sum rasuræ nomen esse docetur: nunc è profanis scriptoribus haud ambigua ejusdem significationis proferenda documenta. Priamus in illa calamitatum & malorum Iliade faciem cute tenus erasam habuisse legitur, unde πελαμωθῆναι specie proverbiali, pro, obradi penitus apud Suidam legitur. Nunciato Germanici præstantissimi summæque spei principis exitu, Regulos exteris barbam posuisse, rasis etiam uxorum capitibus, ad majorem luctus declarationem, prodidit Suetonius. Sybari urbe à Crotoniatis direpta, Milesii universi capita raserunt promiscue, ingentis luctus testimonio. Neque aliter fortassis accipiendum, quod ab Aul. Gellio in Noctibus Atticis lib. 3. in scripta relatum est, belli

Punici temporibus viros nobiles barbam rafitavisse , nimirum calamitosum reipub. statum lugentes. Atque inde fieri potest , cur diutina consuetudine in mores abierit , ut tam cives quam Imperatores radenda menta præbuerint , quod à Dione Cassio scriptum est. „ Macrinus Imperator amissso exercitu „ in summis angustiis positus , caput pariter „ & genas sibi radi jussit , ut a Dione Nice „ no perscriptum est. ” Artemidorus ubi dicit rasuræ somnium portendere nautis naufragium , ægrotis extremum vitæ discrimen , rationem subjicit istam , quod naufragi & à diuturno morbo se colligentes , radi confuerint : hunc enim in modum loquitur : ναυ-  
αγήσαντες μὲν γὰρ οὐ ἐν μεγάλης σωθέντες νόσοι , ξυ-  
ρῶνται , ut rasura periculi magnitudinem te-  
statam aliis faciant. „ quo facit & Juvena-  
lis satyrographi illud : Sat. 12. Ibi vertice  
raso Garrula securi narrare pericula nautæ.  
„ & votum Lucillii de naufrago ,  
„ τωθεὶς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος ὥδε κέκαρμα  
„ Τὰς τείχας ἐκ νεφαλῆς , ἄλλο γὰρ ψδὲν ἔχω.  
„ E pelago sospes Lucilius , omnium egenus ,  
„ Hic posui raso vertice casariem.

Apud Ægyptios , gentem præ cæteris natio-  
nib. superstitioni altissimè immersam , à mor-  
tuo Api bove , nemo non comam radebat , si  
vel puniceos Nisi cincinnos (ut Luciani ver-  
bis

bis , lib. de sacrificiis , utar) illa superasset : itaque alium quæsituri qui in extinti locum sufficeretur , velut publico luctu præpediti capita radebant , testante Plinio. lib. 8. nat. histor. Idem faciebant & Biblii in sacris Adonidis , autoritate Luciani de dea Syria. Sophocles in re periculosa proverbialiter usurpat , τὸ ἐν χρῶ ξυρεῖν , ad vivum usque radere , pro , funditus abolere : in Ajace flagellifero , pro mordicus pungere , & insidendo altius penetrare :

ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ τάχοι , μὴ χάιγεν τινά . id est :

*Rudit cute tenus , absit omne ut gaudium.*

ubi vice τάχοι , Suidas ὥσε legit & citat. Senarii quoque illi ex autore incerto , qui totam divinationem per insomnia Jambicis singularis inclusit , desumpti , per rasuram crinum , dispendium , per eorundem deflumum , periculum denunciari ostendunt. habent autem ita :

τείχας καρκίνου , περγυμάτων δηλοῖ βλάβην.

τείχας πεσεῖν δέ , κινδυνον φέρει μέγαν. hoc est :

*Damnum in negotiis coma obrasa indicat.*

*Discrimen ingens , si cadant crines , notat.*

Quo in loco tonsio iterum pro rasura usurpatur : siquidem & Artemidorus somnium rasuræ pilorum , ærumnas & tristia atque indubitate mala portendere in Onirocriticis autor est , diversa ab hac tonsuræ ratione , ut

infrà dicetur. At quod illustrius argumen-  
tum præsentis noxæ ex rasura adferri possit,  
quàm quod de Sampsono legimus ; qui vi-  
rib. omnibus defectus fuit, postquam suo ip-  
sius malo novaculam in caput suum accersis-  
set ? mox nanque post derasos pauculos cri-  
nes , enervatus est , roburque omne , quo  
toti exercitui par fuerat , diffluxit , ut reddam  
Nazianzeni verba in prima adversus Julianum  
invectiva , ή δύναμις ἐν θεοῖς σερπίτις ὀλης ἀντίφ-  
ροπον. Jud. 16. Accedit ad hæc , quod ipsum  
radendi vocabulum non efferant Latini , abs-  
que molestiæ cujusdam acerbæ atque ingratæ  
significatione. Sic jejunam & aridam trans-  
lationem , aures radere dixit Fabius : & veri-  
tatem mordacem radere teneras auriculas ,  
propter odium quod parit , ait Persius : quin  
& avari per fas nefasque corradere opes cum  
multorum injuria dicuntur. Sed istum gram-  
maticis proprium campum relinquo.

Jam quòd ultroneum calvitium sit rasura ,  
quod clarius documentum expetatur , quàm  
calvitii ipsius vocabulum ? quum nanque gla-  
brum & læve sit caput , calvitium nomina-  
mus. & Hebrewæ gentis (cui inter omnes lin-  
guas principatus omnium calculis defertur )  
phrasis est , facere calvitium , pro radere :  
qualis est illa , Deut. 14. quæ prohibet super  
mortuο faciendum calvitium , nimirum luctus  
ar-

argumento non esse radendum caput admo-  
nens. & alio loco illa: Levit. 21. Non indu-  
cent sacerdotes calvitium in caput suum. Jam  
verò quoties novacula ita funditus pilorum  
germina succidimus ut ne vestigium quidem  
illorum extet ullum, eodem ferri exemplo in  
radices quoque animadversuri, nisi vulnera  
cutis & deformes cicatrices metueremus, an  
non calvitium quoddam inducimus, læviga-  
ta jam cute? Proinde non citra rationem ul-  
troneum sive voluntarium calvitium rasura à  
nobis dicta est, & æquali loco habenda.  
Postremò, quam divinis scripturis repugna-  
re rasuram, & ingratitudinis erga Deum ream  
diximus, et si nemini qui sacra vel à limine  
salutarit, ambiguum esse arbitror, tamen  
disertè verba ipsa ascribam, ut temeritatis no-  
tam effugiam. Primum in Levit. Cap. 19.  
Deus ad cœtum omnem Israëlis loquens, ver-  
bis Mosis gravi edicto fancit, ne in gyrum  
tondeant comam, neque corrumpant angu-  
los barbæ, hoc est, novacula resecant tam  
supremum, quam infimum barbitii honorem,  
quo genæ mentumque vestiuntur, quod ta-  
men forficula fas erat. Latina autem æditio  
simpliciter reddidit, Neque radetis barbam.  
Mox subjungens præcepta & leges in sacer-  
dotum familiam, ita pangit: Cap. 21. Ne  
calvitium inducant capitibus suis, neque an-  
gulos

gulos barbæ vitient : sive , quod idem est ;  
Nec radent caput , nec barbam. Clarissimè  
verò propheta Ezechiel repetit , Cap. 44. Ca-  
pita sua , inquiens , non radent sacerdotes ,  
neque comam nutrient , sed tondentes atton-  
debunt sua capita. quem locum D. Hierony-  
mus enucleatius etiam explicat hisce verbis :  
Perspicuè , inquit , demonstratur , nec rasis  
capitibus , sicut sacerdotes Isidis atque Sera-  
pidis , nos esse debere : nec rufus comam de-  
mittere , quod propriè luxuriosorum est bar-  
barorumque & militantium , sed ut honestus  
habitus sacerdotum facie demonstretur. At  
nos non modò Naturæ resilientes , sed & ipsi  
Deo repugnantes Gigantum more , contraria  
fancimus , & diversam ingredimur viam : nam  
refragantur scripta divina modò citata , &  
consonat synodus Carthaginensis , qua sic  
constat sanctum fuisse ex Gratiano (si vetu-  
storum exemplarum fide non perinde muti-  
lata stabimus : & si locum Prophetæ , unde  
ejus Synodi verba sunt repetita , expendemus  
integre) ut Clerici , hoc est , asciti ad sacer-  
dotii munus , neque comam nutrarent , ne-  
que barbam raderent. Cui concilio suffraga-  
tur & alterum , quo in Archidiaconorum ma-  
nus devolvitur ius & potestas tondendi cle-  
ricos , qui forte comam promitterent. Epi-  
phanius item vetus autor & præsul probatæ  
fidei

fidei atque autoritatis , libro contra hæreses tertio invehitur in Mesopotamiæ fratres monasticam vitam degentes , quòd muliebri ritu comas promitterent , & barbam viri formam resecarent : diserteque ait , filios sanctæ virginis matris Ecclesiæ , in tonsura reverendos esse oportere , quippe , inquit , cùm comæ nutritio à doctrina Apostolica & catholicæ ecclesiæ consensu sit aliena. Ac rectissimè quidem ille barbam formam viri nuncupavit , utpote Natura (quæ justissima parens meritò nominatur) haud alio discrimine , quod ocularum judicio sit obvium (reliquis à conspectu semotis) marem à fœmina separante , quām barbæ proventu , quem sive extirpes , sive deradas , naturæ legem penitus vertere velle , ut perduellis , censebere , atque in Heliogabalici senatus , præter colos fusosque aliud nihil tractantis , familiam esse adoptandus. Proinde scitè Diogenes conspicatus quandam eraso mento lævem , habesne , inquit , cuius naturam accuses , quòd virum te fecerit , non fœminam ? Idem interrogatus qua de causa barbam aleret , respondit , ut se virum esse subinde recordaretur. Quumque vidisset aliquando rasa similiter barba equo insidentem quandam , unguentis delibutum , equestris ordinis virum , ait , se diu quæsivisse , quid esset *ιππόπογος* (quasi dicas equimæchum )

nunc

nunc tandem invenisse , ut ex Chrysippo refert Athenæus , lib. 13. dipnosoph. Rectissimè Alexis Comicus in rasos contorsit illud :

*τί γὰρ αἱ τρίχες λυπήσοιν ἡμᾶς πρὸς Θεῶν ,  
διὰς αὐτὴς ἔκαστος ἡμῶν φάνεται , id est :*

*Quid nos molestant crescentes pili obsecro ,*

*Qui quemlibet nostrum videri dant virum ?*

,, Ascribenda hoc loco est gravis Dionis Chrysopoliostomi infestatio adversus istos barbitii extirpatores , cujus non tamen verborum momenta , quam sententiam fideliter appendam , quod illa plusculum difficultatis obpræcisam brevitatem habeant. Barbæ , inquit , tonsura principio excogitata alicubi terrarum fuit , videbaturque honestum inventum , non transgredi moderationis terminos , sed ad mediocritatem quandam naturæ superfluam luxuriem revocare. Mox ad genas usque eradi incepit barbæ incrementum , neque istud grave visum fuit , tametsi acerbo morsu Comicus tales accendi jubeat super ficalneis veretris secundum , mollitiei nimirum argumento , ut præter ætatem pulchella scilicet ac puerilis appareret facies. A qua lanugine quum forent liberati , ad omnes corporis partes pilis exuendas processum est , ut pubes quoque virilitatis index supervacanea videatur , ut que præclarum illud Naturæ artifici-

„ tifcium tanquam exoletum , ineptum at-  
 „ que delirum traduceretur , velut inutilia  
 „ plæraque corpori largitæ. Quorsum nan-  
 „ que crinibus , quorsum unguibus opus fuit?  
 „ fortasse neque manibus aut pedibus : nem-  
 „ pe pudendis duntaxat armare corpus illa de-  
 „ buerat , & veneribus , ac dapum sagina,  
 „ qua perpetim frui licuisset. Hinc adeo fa-  
 „ ctum est , cur bæbam recidimus , pubem  
 „ tollimus , quæ tamen virorum sunt pro-  
 „ pria. Haec tenus ille. Archilochus odisse  
 „ se ait ducem qui barbam radendo extrive-  
 „ rit , & φιλέω (inquit) μέγαν σεριγὸν ὑπεξυ-  
 „ ρημένον. ” Apud Græcos Christianos sum-  
 mi piaculi loco fuit habitum barbam raden-  
 do succidere , quòd eam virilitatis (uti res est)  
 argumentum , & singulare Dei donum esse  
 confiterentur : quam qui deponeret , haud  
 aliò spectare , quam quò fieret evirator. Lu-  
 bet Theodoreti elegantissimi scriptoris verba  
 hoc loco inferere , ex 4. de Providentia Dei  
 sermone : πρότερον μὲν ἵξατο οὐθεῖ , μετὰ δὲ ταῦ-  
 σα τρίχωσις μετρία καλύπτει , ἵνα τῇ προσθήκῃ δι-  
 δάξῃ τῶν ἡλικιῶν τὸ διάφορον καὶ πείσῃ διὰ τὴ σχῆ-  
 ματός . τῶν παιδικῶν μὲν οὐδυριάτων ἀπέχεσθαι ,  
 τὰ δὲ σπεδαῖα τῶν ἔργων προσίεσθαι. ἐπειδὴ δὲ γύ-  
 ναιξιν αἱ ὥδινες εἰς τοιαύτην διδασκαλίαν ἀρκεῖσι , μό-  
 νων δὲ τὰς τῶν ἀνδρῶν παρειὰς ἐσεφάνωσεν. Sub-  
 jiciam Latinè idem. Primum lanugo in ju-  
     ve-

venilibus malis efflorescit , inde spissior pa-  
lo crinis integit , ut natura adjectione ista ,  
ætatum discrimen prodat , doceatque eo or-  
natu nuces relinquendas , & seria capeſſen-  
da : quia verò fœminis abundè documenti ta-  
lis præbent partus labores , hinc factum est ,  
quòd solas virorum genas barba coronarit  
Deus. Propter istud singulare Dei privile-  
gium ſoli collatum viro , interdicto xii . ta-  
bularum prudenter cautum fuit in hæc ver-  
ba : Mulieres genas ne radunto , ut à Cice-  
rone libro de legibus secundo , & à Plinio  
postea relatum eſt , ut ne diutino radendi  
usu ſuccreſcentibus pilis à natura non datis ,  
ſub ementito virilis oris honore fallerent :  
nam ut præter naturam eſt barbatam eſſe fœ-  
minam , ita ejus occurſus non immeritò Ita-  
lis habetur ominofus : unde joculari ejus gen-  
tis dictero barbatam eminus eſſe ſalutandam  
præcipitur. Atenim nos cum Rhodiis & By-  
zantiis in eadem claſſe cenſeri poſſumus. quid  
ita ? inquies forſitan. Dicam. Apud illos ubi  
lege cautum eſſet , ne quis raderetur , ple-  
riique omnes præter legem rafitare mentum  
cœperunt : apud hos verò mulcta insuper  
proposita tonsori , qui domi haberet novacu-  
lam , non tamen ita deterruit populareis ut  
ad novaculaſ tantum non confugerent om-  
nes , ut diſertissimus philoſophus Chrysippus  
com-

commemorat. „ Musonius barbam esse viri  
 „ symbolum ait , ut cristam galli, jubam leo-  
 „ nis , unde de capillitio demi oportet quod  
 „ superfluum est , de barba verò nihil : eam  
 „ siquidem nihil incommodare dum integra  
 „ valetudine fruatur corpus , aut saltem non  
 „ eo laboret morbo , qui tolli eam suadeat. ”  
 Itidem & nos contra edicta Dei , vatum ora-  
 cula , Synodi placita , & eruditorum judicia ,  
 inolitam radendi consuetudinem amplectimur  
 mordicus , citius aqua & igni nobis ipsis inter-  
 dicturi , quàm aliena moribus nostris jussa exe-  
 cuturi. Nempe verè dictum est à Poëta :

*Nitimus in vetitum semper , cupimusque negata.*  
 Si itaque tantorum malorum , servilitatis , stul-  
 titiae , mollitiei , superstitionis , ignominiæ ,  
 damni , calamitatumque index fuit æstimata  
 jam olim , tam capit is , quàm barbæ rasura ,  
 & divini oris edicto prohibita , quid nec illa  
 ponderamus , & istud contemnimus impii &  
 exleges , iræ divinæ fulmen despuentes ? Si  
 juxta Græcum versiculum concessus , quamvis  
 magnificus cultus autoritatem addit , testante  
 Fabio , contrà muliebris & luxuriosus non mo-  
 dò non ornat corpus , verum etiam detegit men-  
 tem , atque deturpat insuper : hoc si verum est  
 (quod nemo sanæ mentis inficias ire queat) con-  
 cessus certa & irrefragabili naturæ prærogativa  
 barbæ honos , ad sexus discriminem datus , se-

G g

moto

moto etiam omni alio judicio, cur autoritatis suæ jure cadet? cur obliterabitur? cur indicta causa occumbet? Quin è diverso muliebris quidem illa & luxuriam minimè ambiguis notis spirans, ornandi laevigandique menti ratio, animi parum virilis testis adeò atque detectrix, ne dicam labes quæpiam, cur stabilietur mor-dicus? cur abibit indemnus? cur non explo-detur potius? aut saltem in Anticyras proscri-betur? Sed ne longius in altum efferar extra modestiæ terminos, vela paulisper contrahen-da sunt. Abundè igitur ostensum puto, bar-bam ferro subjici, radive non debere, refra-gante divinæ scripturæ immutabili autoritate, reclamante naturæ lege: quin & doctorum vi-rorum consensus ubique gentium repugnat, qui virum gravem, constantem, justi tenacem, & probitate morum atque sapientia præstan-tem, decere barbam uno ore loquuntur om-nes. Aarona principem sacerdotem propexa barba venerabilem facit sacra historia. Socra-tem virum sanctissimum & sapientissimum mor-taliuin oraculo judicatum, barbatum magi-strum non temerè appellat Juvenalis. Euphrati Philosopho Syrio ingentem & canam barbam plurimum venerationis addere Plinius Junior commemorat lib. i. Epist. Timotheus insignis tibicen, qui Alexandrum Macedonem cantu in diversos animi motus impellere potuit, præ-gran-

grandi barba venerabilis canebat, autore Chrysippo. Lystandri præclarissimi Ducis statua Delphis posita visebatur prolixa barba, πώγωνας παθειμένος γενναιόν, teste Plutarcho. Aesculapius medico barbam addidit Græcia, ad autoritatis testimonium, quam auream derasit per contemptum, non inultus (ut putabatur) Dionysius. Gymnosophistas Indos philosophos πωγωνοτρόφειν, barbam nutrire scribit Strabo, lib. 15. geog. & confirmat Diodorus lib. Bibliothecæ quarto, ubi & Dionysium sive Liberum patrem cognomento barbatum, natione Indum (plures enim eo nomine fuere) enumerat, Indorum more barbam alentem. Duces exercitus Romæorum, qui in expeditione Africana cum Belisario fortissimo viro contra Vandaloſ militarunt, barbatos fuisse omnes refert Procopius. lib. 4. belli Vandalici. Apollinem, qui idem est & Sol, barbatum colebant Hieropolitani, autore Fulgentio mythologo. Syrios quoque Apollinis γενναιτεω, id est, barbati simulachrum coluisse annotat Lucianus de Dea Syria libello: quanquam alii νέον καὶ περθίβην coluerint, cui primum lanuginis flos erumpere inciperet, qualem & Callimachus facit:

Ἐποτε Φοίβε

Θηλεῖας ἀδελφούς ἐπιχνόντης ἡλθε παρειῶς.

Nec vestit lanugo genas tibi Phœbe tenellas.

Jovem etiam suum Deorum supremum ad ma-

jestatis & venerationis decorem πωγωνίτην, hoc  
 est, barbatum, &, quod idem est, γενείτην,  
 dedicavit gentilitas: licet αγέρειον imberbem in  
 donariis suis eundem posuerit Smicythus, teste  
 Pausania,, ejusque simulachrum αγέρειον etiam  
 „ in Dictæo monte stetisse apud Etymologici  
 „ autorem lectum est. ” Mercurius itidem di-  
 vorum ille interpres ψωηνήτης, labro malisque  
 barbatus, apud Lucianum lib. de sacrificiis  
 nominatur. Idem à cuneata barba, qua fin-  
 gebatur, σφηνοπώγων audit apud Artemidorum  
 lib. 2. ὀνειρον. Quid quòd ipse Christus, verus  
 ille (si vana & gentilia veris componere fas eit)  
 Mercurius, patris verbum, σφηνοπώγων, cu-  
 neata barba effigiatur à pictoribus, invento  
 non ita pridem reperto, sed antiquissimo, &  
 à majoribus velut per manus tradito? quod fi-  
 dem facit quare olim Christiani exemplo sui  
 ductoris & domini, barbam aluerint., Pe-  
 „ trum antesignanum Apostolorum barbæ pi-  
 „ los crisplos densosque habuisse in scripta re-  
 „ tulit Nicephorus Callistus: Similiter & D.  
 „ Paulum spissiore fatisque promissa barba, ea-  
 „ que canis aspersa, idem refert. Idem judi-  
 „ cium est de Jacobo Justo Domini nostri fra-  
 „ tre, cuius caput non attigisse novaculam  
 „ scribit Hegesippus Apostolorum temporibus  
 „ vicinus. Seleucus à præclaris victoriis Cal-  
 „ linicus dictus, cognomento πώγων, id est,  
 „ bar-

„ barba vocatus fuit, Polybio teste lib. 2. hi-  
 „ stor. ” Quocirca. insanus ille fidei desertor Julianus inventivam orationem adversus Galilæos (eo nomine velut odii inexpiabilis pleno Christianos appellans) scripsit, cui titulum fecerat *μιτοπώγωνα*, quasi dixeris, barbæ osorem & inimicum ut quidam putavere. Neque silentio prætereundum est, quod barbata in Venerem coluerint Romani, cujus superior lumbis pars, maris speciem præ se ferebat, inferior fœmineam, Suidæ testimonio: voientes innuere genitalem Naturæ vim, qua ex mutua diversi sexus consuetudine, ὁμογενὲς unum nascitur. Accedit huc, quod pilosus ille oris decor, efferis Gallis, qui duce Brenno Romanam occuparant, non admirationem modo, sed & metum incusserit non mediocrem, quando irrumpentes in atria Quiritium, reverendos prolixa & incana barba senes in curulibus sellis sedentes, ceu numina quædam suspexere primò, mox post acceptam injuriam in omnes desæviere. Apud Lacedæmonios ut esset discriminis aliquod inter magistratus & promiscuum vulgus, tum etiam ut plebs in minimis morigera imperio assuesceret, Ephori magistratum ineuntes præcipere solebant, autore Plutarcho in Agide, ut mentum tonderent, legibusque obtemperarent, ne sævire cogerentur teste Aristotele: Græcè enim est, κέρπεσθαι

τὸν μύσαντα: ex quo liquet noluisse eos penitus  
 tollere virilitatis signum, sed intra quosdam  
 mediocritatis cancellos coercuisse. Jam & se-  
 culo præ mollitie luxuque cæcutienti, primus  
 quasdam animi fenestras aperuisse Hadrianus  
 Imperator, barbam promittendo scribitur,  
 antiquata pristina consuetudine, qua eradi-  
 mentum cives pariter & senatus principes sibi  
 patiebantur, ut autor est Dion Nicenus.  
 „ Eustachius Thessalonicensis archiepiscopus  
 „ doctissimus Homeri interpres amarulente sa-  
 „ tis perstringit Latinum omne nomen, quos  
 „ λαλινθεῖς vocat, qui compendium quoddam  
 „ & methodum perpetuae pubertatis captan-  
 „ tes, quo videantur semper leves & primos pu-  
 „ bertatis annos ingressi, barbæ vim adferunt  
 „ continua ad vivam cùtem rasura, quod ut  
 „ illis turpe atque infame studium male vertat,  
 „ precatur. Cæterum persuasum mihi est,  
 Romanos citius consensuros fuisse in alenda bar-  
 ba, nisi deterruisset eos vetus mos reorum,  
 impexam ac squalentem barbam promitten-  
 tium, ad miserationem videlicet. Unde fluxit  
 responsum illud Sabini ad Cretenses flagitan-  
 tes, ut summi magistratus (qui barbam capil-  
 litumque alebat) munere fungi apud se non  
 dedignaretur: fertur enim dixisse, Bis se eum  
 magistratum Romæ egisse, bis scilicet reum.  
 Sic Luçanus scribit Catonem ex oriente bello  
 Civili

Civili , velut publico in luctu radi se noluisse , sed mœstam genis increscere barbam permissee . Propterea suspicor Scipionem Æmilianum , jam tum in capitis discrimine reum productum , barbam rasissle præter morem , vel fretum inculpatæ & integræ actæ vitæ conscientia , vel quòd antea quoque barbam aluerit . Sed quid singulis istis inhæreo , quum tam scriptores , quam prophani philosophi , ex illis D. Augustinus , ex his Halyabbae Arabs non ignobilis , in barba præcipuum decoris & ornamenti argumentum esse prodiderint . Ita Cynicus Luciani eodem in loco ponit , & barbam viro demere , & leoni tondere jubam , detracto videlicet utriusque peculiari suo deco-  
re . Chrysippus lib. 4. de honesto . (cujus te-  
stimonio non semel in hoc libro utimur) ab honesti ratione excludi barbæ nutritionem non patitur , rasuram prorsus damnat . Quid mul-  
tis verbis opus est , quum in confessio sit , vi-  
rum esse imaginem Dei : neque sit controver-  
sum , viri formam esse barbam . Certè quot-  
quot nos protoplastæ Dei imaginem repræsen-  
tare & agnoscimus & profitemur , citra sumi-  
num piaculi crimen deponere barbam non pos-  
sumus : sin illud inficiamur , ac pro ludo duci-  
mus , liberè etiam eviremur . Quocirca gra-  
ves viri & literati , qui eruditione cultuque in-  
genii reliquos antecellunt , quotquot Reip. ha-

benas moderantur , & civilia obeunt munera ,  
deradi sibi barbam nulli patientur : illi quidem  
philosophiæ germanam semper & eruditio-  
nis testem habitam : hi verò , ut maximum auto-  
ritatis (qua præcipue magistratui in continen-  
dis in officio civibus opus est) adjumentum nu-  
trituri . Multò his magis principum virorum  
atque magnatum intereat , barbam summitte-  
re , & illæsam conservare , quòd augustam ma-  
jestatem deceat , imperii dignitatem stabiliat ,  
& decentem reverentiam popularium animis  
injiciat : quem in modum Virgilianus Jupiter  
barba propexa totum nutu tremefacit Olym-  
pum . Huc adde , tanto contentiore studio  
alendæ barbæ patrocinium tueri debere in uni-  
versum omnes , quanto dissimiliores cupimus  
esse prodigiōsi illius ac dissolutissimi Sardana-  
pali , nusquam quàm in morte viri , quem Cte-  
sias in tertio rerum Persicarum erasa barba ac  
pumice lævigata inter mulierum greges deli-  
tuisse , memoriæ mandavit , κατεξηγμένον τὸν  
πώγωνα , καὶ κατεκιστηρισμένον : quanto item  
Neronis , unius immanissimi terrarum omnium  
portenti , qui , cùm ægrotantem invisiſſet offi-  
cii gratia amita , dixiſſetque tum se haud ægrè  
mortem obituram , quum ille barbam posuiſ-  
ſet , illicò radi eam jussit : quique Juvenales  
etiam ludos celebrasse legitur derasa sibi bar-  
ba , & aureo inclusa loculo , uti à Dione hi-  
stori-

storico proditum est. Attamen rasuram licet in homine libero prorsus damnem , est tamen cur in morbis quibusdam & capitis vitiis , valetudinis ergò , permittenda sit , id quod sanæ mentis nemo improbandum quoque duxerit : quemadmodum in area , quam alopeciam nominant , quotidie novacula caput radere elegantissimus scriptor Cor. Celsus præcipit , cui & alii medici suffragantur. Sic etiam fluentibus capillis sæpe radendo succurritur. Inde & Phrenitidi remedium quæritur. Usque adeo non sine causa dixit Synesius , quosdam à capite ceu arce morborum funes dependere. Enimvero istiusmodi rasuram rigida inexorable necessitat is lex extundit aliquando , minus itaque improbanda : haud perinde , voluntaria. Nam quod literis prodidit Herodotus , Ægyptios à pueris statim radere capita , ut hac ratione compactiora , neque facile ulli externæ injuriæ obnoxia reddantur crania , valetudinis respectum quandam habet. Quin & Demosthenis Græcæ eloquentiæ parentis studium , quamvis plus satis imp̄ obum , ignominiæ macula vacare debet , imò meretur aliquam laudem apud studiosos , quòd adolescens etiamnum solitus fuerit in specum secedere , raso capitis dimidio , ut prodeundi in publicum pudore , literis incumberet melius : quod de eo scriptum reliquit Plutarchus. Istud accura-

tioris diligentiae exemplum non minus certè gloriæ promeretur , quām laudabile pernoctis lucernæ crimen eidem à Pythea quodam objectum , neque indignum ad quod se compararet studiosus juvenis , qui perfugium aliud non videret , aut remedium vitandi Sirenæa naufragia , aliaque à literis avocamenta . Opponent hoc loco tetrici nostri Catones , D. Pauli religionis nostræ diligentissimi assertoris ac propagatoris factum , qui raso capite expiatus templum adit Actor. 21. at isti considerent quæso quo scopo illud fecerit , nempe ut falsam Judaicæ gentis opinionem de eo conceptam destrueret , dictitantis subverti ab ipso & pessundari legem : proinde cum Nazaræis simul & radi , & expiationis tempus observare , velut ex illis unus , instituit , suam ut illis fidem probaret , exempto offensionis animorum scrupulo . Adjicient iidem & Nazaræorum institutum , semel atque iterum à nobis jam repetitum , qui intactum antea capillitium , post magnam vitæ continentiam radebant , sacrificiique igne adolebant : at illi novaculæ usu abstinebant , cæsariemque alebant votivam , in statum quoddam lustrationis tempus , quo ea consecranda erat semel : neque enim toties iteratam legimus . Objicient alii philosophicum barbitium , nusquam non graviter exagatum atque despectum : at philosophorum

grex

grex ille non ob barbam solum, sed propter intempestivum ejus colendæ studium in demulcendo & summittendo ridetur, ut qui ne minimam quidem præsegminis portiunculam truncari sibi, quantivis passuri fuerint, eo facto sapientiae quoque parte fraudatum iri se rati, qui barba sapientiam æstimabant: unde factum est, quod Cicero frigidos quosdam & ἐπιπολάτως philosophantes, barba tenuis philosophos nuncupat. Eodem spectat Horatii morsus lib. 2. sermo. Sapientem pascere barbam. Hinc natum illusorium illud Epigramma.

Ἐν τῷ τρίφεν πώγωνα δόκει σοφίαν περιποιεῖν,  
καὶ τεάγη εὐπώγων εὔσολός ἐστι Πλάτων.

*Reddere si valeat sapientem barba profunda,*

*Esse potes doctus barbiger hirce Plato.*

„ Sic Antiocheni hircum vocarunt Julianum  
 „ Imper. adjicientes & illud dictorio, barbam  
 „ summissiorem implexibus funium accommo-  
 „ datam fore. Sed is convitiatores suos, mol-  
 „ litiem insignem illis exprobrando, ulcisci  
 „ contentus fuit, dictitans, se Antiochenis  
 „ non præbiturum barbam ad innectendos in-  
 „ de funes, ne asperior illorum tractatio  
 „ manus illis attereret, ut a Zonara prescri-  
 „ ptum est.” Ita Epicraten oratorem σακεσ-  
 φόρον appellarunt Athenienses scommatibus no-  
 biles, quod clypei loco promissam gereret  
 barbam, pusillus alioquin homuncio. Sed quid  
 ad

ad nos istæc? non herclè plus, quām quod Alexander Macedo barbam exercitui deradi sub pugnam in Arbelis imperavit, velut ansam hosti ad prehendendum facilem: quod haud deteriore jure fieri potuit, quām quod idem Macedo calceamentorum ligulas detraxit, quum iis impeditus in vinea procubuisse. Tametsi non sit verisimile aut rasum fuisse exercitum omnem, aut fieri hoc etiam potuisse, ut in procinetu jam stanti militi otium fuerit ad præbendum tonsoribus mentum, ne dicam nunc tanto exercitui impares numero sufficere nequivisse tonsores: quin potius videtur innuere voluisse eo dicto, nihil tamen fuisse reliquum, nisi ut militem instructum & paratum pugnæ, irritet hostis in suum exitium, haud aliter, quām si quis leoni jubam resecare tentet. Porrò ad rasuram pertinent, aut saltem sub eadem classe recenseri possunt, reliqui superius à me enumerati modi, qui continent trahendi digitis capilli munus, quod depilatrices (*αθητιλτέιας* nominat Philostratus) obibant, & quod per volsellas (*μαδισήεια* appellant nonnulli, *Ægineta τεχολαβίδας* & *τεχολάβια*) fiebat, instrumenta ad prehendendos ducendosque pilos comparata, unde & nomen illis. atque extat proverbium in parum viros, à Varrone repetitum, Volsellis pugnant, non gladiis. Est & tertium, quod per medicamenta deglabrantia

tia fiebat, quæ & Psilothra & Dropaces illis dicta, atque ex auripigmento & viva calce concinnata, ad exurendam depascendamque genitalem pilorum materiam, Paris Pantomimus (qui Domitiano fuit in delitiis) aliqui ex cogitarunt, & à medicorum filiis peti possunt. Præterea picationes & visci resinæque usus ci nædis familiaris, & à Satyrographo satis acerbè suggillatus, huc spectat: clarè etenim Ju venalis Saty. 9. pathicos depilari solitos testatur visco cum resina & cera, quò nitidiores redderentur, ubi Nævolo cinædo exprobrat horridam pilorum suffruticantium sylvam:

*Nullus, inquit, tota nitor in cute, qualem  
Præstabat calidi circunlita fascia visci.*

Idem & Martialis lib. 12. Epig. non uno in loco affirmat, apud quem & summœniana scorta pilantur. Meminit & Alexis Comicus alicubi his verbis:

*Πιτίοκοπάμενον τίν' ή ξυρόμενον ἀράς.*

*Rasumne quempiam piceve lævem vides?*

duos frugiperdas ejusdem farinæ homines, rasum & pice ex ritum designans. Quin & Plinius lib. 14. cap. 20. pudet confiteri maximum sua tempestate picis honorem fuisse in evel lendis virorum corporibus pilis. Clemens Alexandrinus lib. 3. paedagogi, acerbè increpat effeminate, *οἱ σφαῖς καταπιτόσιν, καὶ τὰς τείχες τοῖς ἀνασπῶσι πάντα τρόπον παρέχοσιν, qui* seip-

seipsoſ picant , piloſque quo viſ tandem modo  
vellendoſ præbent . Ibidem indignè fert quòd  
totæ urbeſ ſuo tempore abundarent hominibus  
qui picandi , radendi , vellendique officia pro-  
fiterentur . Et Fabius lib . 8 . vulſa corpora fœ-  
diſſima nuncupat . Theopompus in quadrage-  
ſimotertio historiarum , Tyrrhenos occiden-  
tales omnes publicis in officinis in eum uſum pa-  
ratis , radi , & picatoſ velli , autor eſt . „ A  
„ Lydis ſive Tyrrhenis moſ fluxit in Latium ,  
„ ut Ludios ſine Ludioneſ vellendo deglabra-  
„ rent , ita dicebantur , teſte Halicarnassæo ,  
„ adoleſcentes pubertatiſ annis proximi in  
„ pompiſ omnibus tam theaſtralibus quam cir-  
„ censibus ordine prævii ceu pompaे duces ,  
„ quibus ſi ætas pilorum quippiam ſuffudiffet ,  
„ id volſura aut picatione exterebatur : unde  
„ manavit Plautinum illud , Glabriorem red-  
„ des mihi , quam Volsus Ludius eſt . ” Inſe-  
Etatur graviter Artemonem illum versatilem  
„ (Ut vertit Erasmus , vel potius lecticarium ,  
„ qui in ſella lecticave circumgeſtaretur , id  
„ enim περιφέρετος ſignificat epitheto ) ” Ana-  
creon , quòd coma barbaque eſſet vulſa , κό-  
μην πώγωνα τ' ἐκτειλμένο . Invehitur acriter  
Seneca in quoſdam , quibus apud tonsorem  
multæ horæ transmituntur , dum decerpitur ,  
ſi quid proxima nocte ſuccreverit , dum de ſin-  
guliſ capilliſ in conſilium itur , dum aut diſje-  
cta

Et a coma restituitur , aut deficiens hinc inde  
in frontem compellitur , quos parum viros in-  
nuit . „ Hegesippus inter alia mollitiei (quam  
„ probrofè Hierosolymitanæ urbi inurit) argu-  
„ menta , ait viros vellicare barbulam . ” Sco-  
peliano sophistæ disertissimo objectum fuit ,  
quòd daret se picationi & depilatricibus , ὡς  
ἐνδεδωκώς ἐαυτὸν πίτην γιγανθετιλτρίαις , teste Phi-  
lostrato . lib . I . de Soph . vitis : Ephori Læc-  
dæmonii morum quidam censores , jussi fue-  
runt aliquando edicto promulgare , ne in bal-  
nea inferretur pix , utque ejectis depilatrici-  
bus , ad pristinam temperantiam revocaren-  
tur omnia , ut in Suidæ collectaneis lectum  
est . „ Depilaticum meminit in ὥραις fabula  
„ Cratinus , ibi :

„ μελὰ τῶν καρδετιλτριῶν ” Εχων χορὸν λυθιστὶ τιλ-  
„ λεσῶν μέλη Πονηρά . id est :  
„ Cœtus agens cum pilatricibus simul ,  
„ Quæ more Lydo obscœna vellerent loca .

Cyzicenos quoque velli solere indicat prover-  
bium , Tinctura Cyzicana , de ineluibilis tur-  
pitudinis nota dictum , διὰ τὸ τίλημα , ut Ety-  
mologici autor annotat . Est & apud Lucia-  
num jocus alumni ad Celeripedem Podalirii fi-  
lium , podagram , qua discruciatatur , infi-  
ciantem , ἢ καθίμενος .

Πώγωνα τίλλει περέων υπὸ ὀλέναις . id est :

*Vel desidens Euelle barbam sub tonsorum brachiis.*

Quum

Quum admonere vellet, ut cursu malum diffimularet, aut pateretur sibi remedium adhiberi. Quem locum perperam intellectum ita redidit Alexander Braslicanus, Barbam ne velle à puerorum ulnis, & veluti proverbialem, pro frustaneo labore interpretatur. Bionis dictum est allegoricum apud Senecam, Non minus molestum esse calvis, quam comatis, pilos velli: „ nimirum illis quod carerent, his quod præco- „ pia molestiam sustinere cogerentur, ” volen- tis (ut puto) innuere, tantundem vulneris ac- cipere tenuioris fortunæ hominem è jaictura exigua, quantum locupletem in magnarum facultatum carptu. „ Admonendum est hoc in „ loco Græcis αἰσθάνειν τὰς τείχας dici, ca- „ pillos vellere metaphora à fidibus sumpta, „ Hesychio teste: quod & Æschyli Græcus „ interpres annotat in Persis, ibi, οὐ φάλ „ ἔθεισεν, Comamque velle: unde & χειροφάλ- „ λας cognomento Bacchus. ” Accedit huc, quod effrenis quorundam petulantia, stulte va- riare rasuram aut neutiquam ignominiosum du- xit, aut sanè præ libidine maculam infamiæ, si qua aspergi posset, neglexit: inter quos antesignanus fuerit Julius Cæsar, quem in cu- ra corporis morosius se gessisse, Suetonii clas- fici scriptoris testimonio, constat, usque adeo, ut & tonderi ac radi se, atque insuper etiam velli ad opprobrium usque passus fuerit. Otho quo-

quoque Sylvius animosissimus Imperator faciem quotidie rasitasse, corpusque vulsisse mulierosius, ab eodem autore memoratur. **Martialis** jocatur false plus satis in quendam.  
*Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est,*  
*Pars vulsa est, unum quis putet esse caput?*

Non sunt hinc excludendi Maxies populi, quos dextram capitis partem capillatam ges-  
 sis, lœvam rasisse, veterum monumenta  
 prodidere. Eodem veniunt Euboënses, qui  
 sinciput tondebant, occipitum comatum re-  
 linquentes: unde apud Homerum in Bœotia  
 ὥπισθεν κομῶντες audiunt:

*τῷ δὲ ἀπὸ Ἀρντές ἔποντο θόοι, ὥπιθεν κομώντες.*

*Criniti retro atque agiles comitantur Abantes.*

quod Statium quoque non latuit, qui de il-  
 lis ita:

*Non ego Abantiadas in terga comantes.*

Pöllux composita voce ὥπισθοκόπιας eosdem ap-  
 pella: quibus id tributum esse ob rei belli-  
 cæ præstantiam annotarunt veteres, cuius rei  
 occasionem paucis perstringam. Archema-  
 chus Euboicus scripto prodidit Curetas inco-  
 las Chalcidis, assiduis præliis agitatos, & de  
 Lilantæo argo cum finitimis decertantes,  
 postquam semel correpti crinibus (quorum  
 alebant ea tempestate lætam in sincipite ma-  
 teriem) profligati fuissent, immutata confue-  
 tudine, capillos in occipitio foyere cœpisse,

H h

tonso

tonso syncipite : qua specie visebantur apud illos & Deorum simulachra. Rursus eosdem verso solo in Ætoliam commigrantes , Acarnanas ab intonsis capitibus nominatos fuisse. Hactenus de rasura , eoque facientibus abundè multa : nunc ad tondendi rationem , proximo ordine assequentem , quæ hoc ipsum quale quale sit ingenii rudimentum à nobis expressit , accingamur , si prius nonnulla de comæ nutritione perstrinxero.

## C A P U T III.

*De nutritione Comæ.*

**C**omptus capillitii absolutè consistit in eo vel alendo , vel tondendo , id quod à Sc. abone dictum est totidem penè verbis : απλῶς ἢ ἡ τετέλητας κόμας φιλοτεχνία συνεσήκε περὶ θρέψιν , ηγῆ καθέραν τεχός . Utrumque in comam incurrit. Sed alteram partem , quæ illum tollit , plenius executi sumus : nunc repugnantem huic provinciam (ne quid indictum , quod huc pertineat , omittatur) attingere tempestivum videtur : ea verò promittendi alendique capillitii (quod & summittere crinem Tacitus , Suetonius , & submittere capillum Plinius dixerunt) studium tuetur & tractat : qua in parte includitur etiam

etiam comæ encomium , quod eloquentissimus Dion Prusiaæus , cui ab aureo ore cognomen dedit facundia , & in aureo curru triumphare cum Trajano dedit existimatio , scripsisse commemoratur. quanquam quid amplius , quidve disertius dici potuit à Rhetore , quàm quod D. Ambrosius lib. 6. Hexaemeron succinctè in hæc verba extulit : Comam esse reverendam in senibus , venerandam in sacerdotibus , terribilem in bellatoribus , decoram in adolescentibus , comptam in mulieribus , dulcem in pueris : quibus verbis summatim complexus est fermè , quicquid dici possit de re cuivis ætati , sexui , conditioni congrua. At quod hic verbo tenus præsttit , istud re ipsa Lycii testatum voluere , tanti comam facientes , ut ne dubitarint quidem æs solvere mulctæ nomine Mausolo Carræ regi , quò liberis esse & immunibus liceret à legis imperio , quæ crinium tondendorum necessitatem proponebat , uti refert Aristoteles in Oeconomicis lib. 2. quam legem Condalus regis præfectus , commentus fuerat , ut ἐπικεφαλαίον , hoc est , congiarium eliceret. Galliæ à comæ studio , vel , ut Plinii verbis dicam , ab intonsis capitibus Comatæ nomen fuit. Ligures Cisalpinæ Galliæ populos Capillatos nominatim recenset Plinius : & suffragatur Lucanus in primo

Pharsaliæ , quos belli civilis tempore tonsos  
fuisse memorat , utpote in servitutem reda-  
ctos , his versibus :

*Et nunc tonsæ Legitur , quondam per colla decora  
Crinibus effusis toti prælate Comatæ.*

Apud Getas Capillati dicti publicis etiam car-  
minibus celebrabantur , Jornande teste . „ Sic  
„ Hunnos ἀπειρούμας , id est , intonsos Epi-  
„ gramma Græcum notat . ” Capillatos Cel-  
tiberos nominat Catullus . Cæsar in Com-  
mentariis , Britannos capillo prôlixo fuisse  
est autor . Solinus Indis quoque promissam  
cæsariem tribuit . Parthos βαθυπλοκάμψ ob  
prolixos crines appellat Oppianus in Cyne-  
geticis . Persas longis capillis hirsutos tradit  
Marcellinus . lib . 23 . Apud Homerum exer-  
citus Græcorum universus παρηκομόωντες , id  
est , comati audiunt . Apud Ægyptios con-  
suetudo inoleverat , ut peregrinantes , quoad  
domum reverterentur , comas nutriren , ab  
Osyride sumpta , qui toto peregrinationis  
suæ tempore capillum non antè posuerit ,  
quàm in patriam redisset „ quod a Diodoro  
„ Siculo in monumenta relatum est . ” Sene-  
ca scribit Parthorum esse capillum effundere ,  
Germanorum jungere , Scytharum spargere .  
Æthiopes τιθηνόμον γένεται , velut comæ nu-  
tritiam gentem appellat Tragoëdia . Thracas  
ἀκεούμενος vocat Homerus Iliad . 4 . hoc est , ut  
in-

interpretantur nonnulli, in summo capite comantes, neque promissam crinum sylvam alentes, sed ad justum & medium quendam statum crinitos, ut eo loco annotat doctissimus Eustathius. Spartani quoque comam nutrivisse leguntur, quam præfens adituri periculum, teste Herodoto, pectere solebant: unde est, quod trecenti illi, qui cum universo Persarum exercitu, duce Leonida, infessis Thermopylarum angustiis confixere strenue, ædita ingenti strage hostium, ante prælum in comenda cæsarie occupati fuisse perhibentur: quæ res primò despecta Persis, mox in ipso prælio in miraculum fuit conversa, ac tantum non in luctum. Contrà Lacænis comam promittere negat licere Heraclides. Hactenus ferè gentium nomina recensuimus, quibus capillatis esse concedunt autorum testimonia: nunc deorum hominumque genera & privatas quasdam personas summatim detaleabimus. Deas namque soluta coma & per terga fluente (quam ἐπίστεισον κόμην quasi ventilantem & concussam dixit Lucianus) reverebantur prisci mortales. Sic Horis, quæ præstites deæ anni temporum habebantur, ἐλευθερίαι αὐτέτο κόμης, id est, liberam laxamque comam tribuit apud Philostratum vetus pictura. Charites καλλικόμης, id est, pulchricomas celebrat Stesi-

chorus , & eodem epitheto Musas Simonides Lyricus. (,, Easdem θερενοπλοκάμους Ausonius „ à mollibus cincinnis: ut Mnemosyne earum „ matrem κηρηδεμυνοκόμου : Aristophanes ἐλικο- „ βοσρύχας. ”) Pleiadas idem ιοπλοκάμους à vio-  
laceo crinum colore , & Maiam Mercurii  
matrem ἐνπλόκαμον dicit. Venerem βαθυπλό-  
καμον capillatam Apollonius Rhodius. „ Or-  
„ pheus ἐργαπλόκαμον ab amabili cincinno-  
„ rum implexu vocavit : ut Proserpinam  
„ ἐργαπλόκαμον. ” Isidem Deam solutis cri-  
nibus λυσίκομον canit fabulosa vetustas. Ho-  
merus & Phidias statuarius comam Jovi di-  
viduam tribuunt , qua totum tremefacit  
Olympum , majestatis scilicet plenam. Nep-  
tunus audit κυανοχάίτης , cœrulea cæsarie spe-  
ctabilis. Bacchus intonsus longos amat cri-  
nes : neque contentus capillorum sylva ,  
etiam hederæ ferti comat. Apollo ἀκερσεκό-  
μης , & Pindaro ἀκεροκόμης , intonsus , item  
κυροτρόφος , crinitus Latinis vatibus nomina-  
tur : cui propterea ἄδετον πλόκον , id est , so-  
lutam & fluentem cæsariem tribuit Chresto-  
dorus Thebanus poëta. Pan φελξοκόμης ab  
Anyte poëtria , quasi horridus coma nuncu-  
patur. Æsculapius comatus dicitur , atque  
ea specie in Epidauro colebatur. Jam verò  
& deorum sacerdotes promissis depexisque &  
barba & cæsarie venerata est antiquitas , quod  
(ut

(ut de aliis taceam) ex Heliodoro colligere  
est , non deteriore jure , quām & ipsa numi-  
na quibus operabantur. Mænades in Orgiis ,  
effusis solutisque crinum spiris vagabundæ  
discursabant : quod in fœminis non patitur  
Nazianzenus , ut sparsam hinc inde comam  
& ad auræ sibilum ventilantem ferant. Suc-  
cedunt sacrificis reges , quibus apud Francos  
solis licebat esse intonsis : hinc enim præci-  
puum regiæ dignitatis decus spectabatur ,  
tonsis cæteris subditis omnibus , testante hoc  
Agathia.. Ita Clodianem Pharamundi filium  
Francorum regem cognomento Comatum in  
Gallicis annalibus recenset Paulus Æmylius.  
„ Adonidem illum Veneris delitias Cypri re-  
„ gem , ut Philostephanus ait , vel certè  
„ regium puerum βαθυχαίταν profunda cæ-  
„ farie comatum vocat Orpheus hymnorum  
„ autor , & ἀβροκόμαν , insigniter capilla-  
„ tum . ” Trajano optimo principi (cui prin-  
ceps quoque locus debebatur) crinum pro-  
missio nomen dedisse videtur : dictus enim  
Ulpius Trajanus Crinitus Eutropio teste.  
Recensetur & à Flavio Vopisco Ulpius qui-  
dam Crinitus dux Illyriciani & Thracii limi-  
tis sub Aurelio Imperat. Scipionem majo-  
rem eximiæ autoritatis virum Masinissæ ob-  
vium adornabat , inquit T. Livius lib. 8.  
belli punici , promissa cæsaries. Cycloem

pingit Philostratus χάιτην ἀνασειόν τοῦ οὐρῶν, καὶ ἀμφιλαφῆ, πίτυ δίκην: hoc est, jactantem rectos crines & patulos pinus in morem. Achillæas comas ut prolixas densasque celebrat Martialis lib. 12. de Menogene parasito loquens, qui dum palpatur, pro exigui incrementi & rarissimis capillis, ajebat se Achillæas disposuisse comas. quod minime ambiguè extat apud Philostratum Heroicis, de Achille sic scribentem: τὴν μὲν δὴ κόμην ἀμφιλαφῆ αὐτῷ Φησὶν εἶναι, καὶ χρυσὸν ἴδιω, καὶ ἐνσχήμονα, ὅπῃ καὶ ὅπως κινοῖται αὐτὴν οὐδὲμις, οὐδὲ τόσο. hoc eit, comam illi attribuit spissam & utraque manu prehensibilem, auro venustiorem gratioremque, quocunque aut utcunque agitaretur vel à vento vel ab ipso. Idem rursus alio loco sparsam & prolixam cæsariem illi jam tum juveni addit, ἐπισκύνιον τι καὶ θυμοειδές φεύγυα, velut umbraculum quoddam frontis, & magni animi, quod ferociat magis, incitamentum. Mezentium describit Virgilius sanguine turpantem comptos de more capillos, quod antiquo more receptum fuisset, viros juxta ac mulieres componere crines, ut ibi annotat Servius. Euphorbus Gratiarum cinnis similes habuisse capillos ab Homero prædicatur, tales enim in imperfecto deplorat, quam ob causam ἐργσιπλόναμος à Zeze nuncupatur, ut qui solitus fuerit auri ramenta

menta implicare cirrato capillitio. Idem Zethin & Calain Boreæ filios ἀβροκόμας ob capillitii delicias nominat. Absalon Davidis illius beati filius mortales omnes comæ decore superasse creditus est : unde proverbiale illud in Zezis Isacii omnigena historia , καὶ τὸν ἀβεσταλῶν αὐτὸν εἰς τείχωσιν νικῶντες . id est : Comæ venustate vel ipsum Absalona vincentes. Nisi & Pterelai aureas comas missas hoc loco facio , ne eadem bis dicamus , quod de illis pau'lo pòst sit scribendum. Empedocli Agri-gentino βαθέιαν κόμην , id est , profundam comam , ex Phavorini testimonio tribuit Laërtius Diogenes. Prolixam quoque cæsariem nutrivisse traditur philosophus idem & magus Apollonius Tyanæus. Denique ut huic capiti colophonem imponamus , adscribenda huc veniunt & Philostrati verba , quibus comæ decorem commendat , ex quadam ipsius epistola : Κεφαλὴ γὰρ , inquit , αἱθύσα , ηδίων πολὺ τῇ τῆς Αθηνᾶς Φυτῇ , ἐπερ γε δεῖ καὶ ταυτὴν τὴν αἰρόπολιν μὴ φιλήν ὁρέσθαι , μηδὲ ἀκόσμητον . Latinè sonant ita : Caput crinibus luxurians , amoenius est longè Palladis germine : hanc enim arcem minimè omnium glabram atque incomptam decet conspicere .

## C A P U T I V.

*De inutili coma alendæ studio, quodque præstet cœduam crinum sylvam tondendo resecare.*

**C**aput sensum rationisque arcem, ac princeps quoddam animæ facultatis sacrarium, (*ἥγεμονικὸν* dicunt Philosophi) fœcundo pilorum plantario consevit communis parens Natura, partim ut affluxus humorum subrepentium nonnihil ebiberent, partim ut eo velamine adversus aëris injurias & animalculorum aculeos uteretur. Deinde & superciliorum piloso honore faciem vestivit ad ornatum, ac veluti suggrundis quibusdam extantibus, aut vallo, oculis prospexit eadem, adversus exiguorum corpusculorum incursum. Noluit tamen illa ceu irrefragabili edicto sanctire sempiternam permittendorum crinum luxuriem & incoercitam, quin pro arbitrio resecare liceret & ad justam moderationem revocare superfluam illam & recrementitiam sobolem, haud deteriore jure, quam & unguium præsegmina truncamus, ne in odiosam *γένπτωσιν*, ac falcatam curvitatem exeant. Vitis farmenta quæ se nimis læte profundunt, falce putamus: pampinos in frondosioribus vineis defringimus: in fruticibus, plantis, herbis, rebus denique omnibus, luxuriem compescimus: excrescentes carnis moles medica-

dicamentis domamus , cauteriis obruimus , ferro ancidimus : ecquid dubitamus improficiuam crinum materiam tollere , atque liberè coërcere ? Qua in causa si quis expensis ad Critolai bilancem examinet omnia , aut more sâltem Areopagitarum citra affectus judicet , is facile inveniet , studium nutriendæ comæ non inutile modò esse , vile ac ferum , solosque cùm pueros tum fœminas decere , verum etiam servile , ignominiosum , supercilii fastusque plenum esse , ac mollitiei nota seculis omnibus , in viris infame fuisse : contrà tonsuram decoram , cultuique corporis necessariam , libero animanti & politico , homini videlicet , propriam , salubrem , virilitatis denique argumento honorificam esse habitam . At ne quis ex jure manu consertum me velle istud arbitretur , & dextra laudatæ ubique antiquitatis opinione , & locuplete autorum testimonio , veritatisque ipsius nudæ comprobatione astruere conabimur , faceffat interim livor . „ Certè Musonius philosopus libro peculiari de Tonsura inscripto , eadem ratione adhibendam esse capiti tonsuram differit , qua viti putatio farmentorum adhibetur : quippe quum superfluum quavis in re natura respuat . Itaque tondendam esse comam admonet ; tollendi superflui gratiâ , non autem ornatius ,

„ tus ; quod multis persuasum est conveni-  
„ re , qui alia ratione anteriorem à fronte  
„ capitis partem , alia posteriorem tonderi  
„ curant : qui decor , multum adfert secum  
„ deformitatis , à muliebri lautitia nihil quid-  
„ quam differens , siquidem ut formam ama-  
„ toribus commendent fœminæ , crines hos  
„ demittunt , illos crispant & in gradus fran-  
„ gunt , alios aliter concinnant. In hanc  
„ ferè sententiam ille , cuius si verba ipsa  
„ quæras , ea apud Stobæum titulo de in-  
„ temperantia legas. Rectè dictum fuit à  
„ Zenone , eadem de causa tondendum esse  
„ capillitium , qua alendum : nimirum quod  
„ ex naturæ usu est , sequendo , ne aut oneri  
„ sit , aut actionibus officiat , impedimen-  
„ tumque adferat. Natura nanque defe-  
„ ctum aversatur magis , in re omni , quam  
„ excessum , quod proclivius sit tollere super-  
„ flua , quam quod deficit supplere. Utro-  
„ bique autem naturæ opitulari nos par fue-  
„ rit , & sarciendo defectum , & auferendo  
„ superfluum . ” Nam quorsum , aut ad quem  
tandem usum superflua capillitii seges alenda  
sit , quid præstantis emolumenti adferat , non  
video , nisi fortassis lendium , atque animal-  
culturum (quibus à pedum multitudine nomen  
est) proventum beneficii loco ponere velim-  
us , aut uidos sudores in furfuracea cor-  
puscu-

puscula concrecentes, & fordium copiam lucro apponamus, more Hybernorum, quæ gens, ut est ab omni humano cultu longè alienissima, vix alium capillitii usum agnoscit, quàm ad detergendas manus à pinguis bus cœnæ fordibus, cæteraque omni illuvie: qua de causa ingentes concretorum crinum spiras alunt in humeros usque pendulas, quibus vice mantilium diffluentes pinguedine ciboque digitos solent injicere, eoque pacto extergere. Alioqui ut quidque vilissimum est, aut veneno armatur letali, aut ferum & immiti cultum fugit, ita fermè pilis horret. *τελχίας* vilis pisciculus, quem Sardam Latini dicunt, nomen habet à pilari exilitate. Lendes qui pilos erodunt, *τελχοτρώπται* & *τελχοβρῶτες*, quasi pilivori, non absque vilitatis nota, Græcis dicuntur: quomodo apud Aristophanem abjectè concinnatrices crinum, lendium instar, corrosisse sibi verticem deplorat quidam, *τελχοβόσευχας* allusorio vocabulo nuncupans: sic enim ait,

Αλλ' αἱ τελχοβόσευχες τὸν λόφον μη πατέφαγον.

Quin & in contemptus indicium, de lana (quod ajunt) caprina disceptare, proverbiali schemate *τελχολογεῖν* dixerunt Græci. Rursus usitata illa omnibus penè nationibus, Latinis autorib. vel receptissima hyperbole, Ne pili quidem facio, abundè declarat, quàm ab-

abjecta & vilis res fit capillus. Imò ortus ipse capillorum vilitati facile attestatur suæ: nam è fumido crassoque vapore existunt, siccissimi pariter & frigidissimi ex omnibus humani corporis partibus, si Galeni autoritate stabimus: ac propterea mortuum quiddam & inanime præferentes, quippe siccitate & frigore, in quibus mors consistit, illi affines, & qui libenter in defunctis corporibus crescunt, quod ipsum non inficiatur doctissimus Aristoteles. cui fidem facit & Ægyptiorum factum, qui è cadaveribus cute tenus erasis, in sequente anno comam barbamque erupisse observarunt, quemadmodum & quotidiana experimenta attestantur: vereque dixisse putatur Synesius, τειχες, inquiens, οὐαὶ τοῖς ζῷοιν ἐισὶ νέκεον. hoc est: Crines etiam in vivis mortuum quiddam sunt. Quid quòd bruta animantia rationis expertia, pilis vestita, solo homine præ cæteris lævi, certo naturæ consilio videmus? Præterea à superfluo comæ onere, demonum quoddam genus tenebricosum, & materiæ mancipatum, τειχίων dictum (quos & ὄνοκενταύρους nominant) quasi pilanos nomines. Histrix & Echini setarum jacula crinum vice erigunt, unde ὀξυκόρυς velut acutis comis infestos epitheto vocat Oppianus. Scolopendra, venenatus vermis, totus pilis obsitus est. Lupus

pus immitis ac subdola fera , horrida & cinericea pilorum sylva riget. Aper rectis horret setis , hispidus idcirco Statio dictus. Apud Virgilium in quarto , pubentes , hoc est , pilosas seu lanuginosas herbas ad beneficium exquirit scelerata maga : sic enim locum illum intelligo : nec enim placet viridiores cum Servio exponere. Gorgonis illius , quæ solo aspectu saxeos reddebat homines , os crinitum anguibus legimus. Cilices , immane genus & piratica vivens , intonsi Tibullo dicuntur. Getas nationem barbaram ac truculentam , hirsutos intonsosque appellat Naso Metam. 13. Idem Polyphemo rigidis setis densum corpus horrere scribit. Ausonius Philonem quendam rusticatum hominem describens , horrere capillis asperis , non aliter atque marinum echinum dicit. Caligulae orbis portento hirsutum corpus tribuit historiæ fides , quo fortè prætereunte , capræ nomen , quavis tandem de causa citatum , exitio erat illi , qui nominasset , quod ea quoque hirta sit. Orpheus Gigantes Jovem regno detrudere assectantes , vastos & immanes homines comatos prodidit eo versu :

Τιτῆνες οἱ κομῆται ἐπέρβιον ἦτορ ἔχοντες. id est :

*Titanesque comati immania corda ferentes.*

Indorum populos efferos quidem illos , & solitudine commerciique jure denegato immites ,

tes , unguibus nunquam recisis , & hirsutis intonsisque comis asperos damnat Q. Curtius Rufus lib. 9. Lusitanos quoque qui in montibus horridam & incultam vitam humi ferarum ritu strati degebant , profundam comam nutrire solitos scribit Strabo. Deinceps quam pueros solos deceat , & virgines pariter cum mulierum grege , coma , non itidem viros , testantur clarissimè poëtæ , qui absolute capillatos appellant pueros : veluti Martialis lib. 5. Epigr.

*Et pædagogo non jubente lascivi  
Parere gaudent villico capillati.*

Idem venustè pueros nominat crinitam turbam , & ludimagistrum crinitæ turbæ pædagogum. Sic Persius cirratos nominans pueros intelligit. Rursus Martialis imprecatur Thestilo puerο , ut jam adultus nihilominus ametur , depositis scilicet capillis : nam quòd huic idem sit ponere capillos , & sumere togam virilem , paulò pòst dicemus. Philostratus delicatum adolescentulum , qui sibi ipse capillos truncaverat , suo ipsius capiti injurium nominat , quòd voluntario vulnere vernum illum pueritiae decorem resecuerat. Smerden , Samii tyranni Polycratis delitias , impensis carmine laudatum , in suum amorem traxerat Anacreon Teius poëta : re intellecta rivalis , ut poëtam pungeret , puerο præ-

præcindi comam imperavit , teste Æliano lib.  
 9. variæ historiæ : quod dissimulans poëta ,  
 culpam in puerum transtulit , ferocem fuisse  
 dicitans & protervum , qui in suam ipse cæ-  
 sariem manus flagitiosè armarit . „ Unde que-  
 „ rulus ita canit , ἀπέκειρες δὲ ἀπαλῆς κόμης  
 „ ἀμωμον ἀνθες . hoc est . Detondisti tenellæ co-  
 „ mæ eximum florem . ” Menander inducit  
 Polemonem quendam morosum ac difficilem  
 hominem puellæ capillos in ira præcidere :  
 eundem , ubi ad se redisset , humi stratum ,  
 agnitam culpam pluribus verbis prosequi :  
 quò allusit Græcum epigramma , quod lib. 7.  
 extat :

*En Polemona trucem , docti quem scena Menandri  
 Tondentem inducit virginis ab ore comas ,  
 Expressit junior Polemon , dum audace Rhodanthes  
 Aggreditur cirros depopulare manu .*

„ Puerum haud aptiore epitheto insignire po-  
 „ tuit Anacreon Lyricus , quam quod αἴβεοχαι-  
 „ ταν κοῦρον eum vocat , velut largicapillum . ”  
 Commendat & Tibullus in puellari forma pro-  
 lixos crines : & Martialis requirit in amica ,  
 ut molles comæ flagellent colla : sic ταυνέθειρες  
 Semelen à promissi capillitii ornatu celebrat  
 Pindarus . Theseus Athenas veniens ignotus  
 omnibus , quòd comam haberet decorè ple-  
 xam , à fabris tignariis , Delphini Apollinis  
 fano tectum imponentibus , dictorio isto fuit

exceptus, Πάρθενος ἐν ὁραὶ γάμῳ πλανῶται μόνη.  
 id est: Virgo matura viro oberrat sola: nimirum in juvēne muliebrem cultum notantibus  
 meritò illis. E diverso apud Hyginium Agno-  
 dice virgo, quum præter legem medicinam  
 addiscere vellet, ut muliebribus vitiis opem  
 ferret, capillos detondisse legitur, ut habitu  
 virili falleret. Diogenes Xeniadæ Corinthii  
 liberos, quos erudiebat, tondere cæsariem juf-  
 sit, ubi cæteri pueri ad formæ commendatio-  
 nem alerent. „ Apollonius apud Philostratum  
 „ fratri, quem ex decoctore & libidinibus ad-  
 „ dictissimo ad meliorem frugem revocaverat,  
 „ comam quam ad luxum alebat tonderi per-  
 „ suasit, ceu primum frugalitatis rudimen-  
 „ tum: quo in loco haud scio certò, an radi,  
 „ pro tonderi, reponendum sit, quod Græ-  
 „ cus codex mihi ad manum non sit. Con-  
 „ simili ratione Herillum, non postremi no-  
 „ minis futurum postea philosophum, quum  
 „ puer amatorculis in delitiis esset, Zenon Ci-  
 „ ticus novacula radi (ξυργόθαι) coëgit, ut ab  
 „ incesto flagitii studio eos averteret, uti re-  
 „ fert Laertius. ” Non sine causa Diogenes  
 adolescenti cincinnato, qui quæstiunculam in-  
 tentarat, negavit responsurum se prius, quām  
 constaret, utrum mas esset an fœmina. Quo-  
 modo & in alium studiosius sese comentem in-  
 vectus fuit, dicens: Si ut viris placeret, cul-  
 tus

tus ille institueretur , spe sua frustrari : sin ut fœminis , sceleratè agere. Profectò si rem pressius examinemus , quorsum virilis naturæ sequestram litem cum fœminea vel miscebimus , vel mutabimus ? Manicarum diversitas , panni color , capillitii ratio , ut olim , ita & nunc apud plerasque nationes herum à famulo , liberum à servo distinguere solent : quid obstat , cur non & viri à muliebri sexu dinoscamus ? In omni animantium genere quolibet in sexu Natura posuit aliquam discriminis notam. In pavonum gente versicolores pennas & gemmeas admiramur , inter mares solos : at fœminæ non item pennarum vario decore pinguntur , ut est apud D. Ambrosium : sic phasianis diversus color sexus discretionem distinguit. Imò naturæ ipsius judicium neutquam ambiguum est , quæ auëtilis capillitii , vel ad talos usque promissi decus unicum fœminis indulxit , denegato barbæ honore : in viris aliam se ostendit , in barbæ incremento , quàm cæsariei , liberalior. Concesserit itaque illarum glabritiæ pro ornamento prolixos capillos natura , usus contorserit : nos quò & cultu sumus non minus dissimiles , quàm sumus sexu , resecessimus illos. Neque verò par est magis , nos mentiri fœminas , quàm illas viros : utrumque turpissimi propudii loco semper habitum fuisse , negare potest nemo. Libet propè exclamare

cum D. Ambrosio lib. 4. epist. Ergò & pariant, ergo parturiant, qui nutriunt, qui crispant comam, sicut fœminæ. Cæterùm quòd servile quiddam sit coma, testantur servi, qui libertate donandi capillos ponebant, ut nullæ sordidi aut servilis status reliquiae extarent in eo, qui inæstimabile illud dulcissimæ libertatis pignus esset accepturus. „ Franci libertatis vinnit, dices, omnes circumtondebantur, recisis ad cutim usque comis, libertatis argumento, unde & Frisios militiæ operari volentes, Carolus Francorum rex circumtonderi supra aures summas, volentes tamen, in diplomate mandat, quo libertatem à se illis oblatam testari queant. ” Cicero in Pisone genas pilosas agrestis ingenii argumentum traducit: at quòd dedecori fuerit ingenuum comam alere, ostendit qui apud Lucianum sic ait, οὐ κόμη καὶ οἱ τυπίσω ὁ πλόκαμος συνεσπειρήμενος, οὐκ ἐλεύθερον φυσίν αὐτὸν εἶναι. id est: coma & cincinnus retro sparsus haud ingenuæ conditionis esse hominem loquitur. Plato stupidum, indoctum, & vecordem designans, serviles in animo pilos habere dicit, ἔχων τὰς αὐδεραποδάστεις ἐπὶ τῆς ψυχῆς τείχας. Sic & Pythagoricus Lysis, spissum atque hirsutum vepretum innasci in illorum animis ait, qui non ritè & purè disciplinis sint inaugurati: in vituperium videlicet traxit, quod ad laudem convertisse

Homerus ab aliis male judicatur , ubi crinitum hirsutumve pectus tribuit Achilli & Patroclo , metaphoricè quidem istud à densitate consiliorum in illis confertim se suggesterentium : non quod re ipsa pilosum habuerint cor , cuiusmodi in Lylandro & Aristomene Messenio , historiæ prodiderunt . „ Scitè propterea Archilochus imperatorem exercitus non vult coma superbum , non erasa barba lœvem , sed ἡπιον μαστόν δασύν , qui prudentia hirsutus sit . ”

At quòd probrosa viro sit coma , quodnam luculentius optemus testimonium , quām quod extat in hæc verba D. Pauli elogium . 1 Cor. 11. Anne , inquit , natura quidem ipsa hoc docet vos , quòd viro si comatus fuerit , probro sit : contrà mulieri si comata fuerit , decoris sit ? eò quòd coma pro velamine illi data sit . Certè Ambrosius ait D. Paulum secundum legem extulisse illud . Quia vir si comam habuerit , ignominia est illi : prohibet enim , inquit , lex virum esse comatum . Hinc Origenes ait Jobum tondentem caput facto præstitisse , quod acerbius postea ab Apostolo interminatum est verbo , quòd vir si comam nutrierit , ignominia illi sit . Et D. Hieronymus super illud Paulinum , Vir non debet velare caput suum : ergo inquit , nec comam nutrire . Legitur & alio loco : Vir comam alere non debet , quum sit imago & gloria Dei . Phocylides quoque

cujus versus planè aurei divinum mereque Christianum pectus spirant, eandem cum Paulino dicto extulit sententiam, ubi negat masculis alendos esse cincinnos, aut contorquendam cæsariem, præter virilis sexus decorum. Dein subjicit :

*ἄρτεσιν δὲ ἐπέοικε κόμη, χλιδάι δὲ γυναιξί.*

*Cæsaries decet haud marem, sed fæmina comptu Gestiat.*

Aristophanes quoque in Avibus, comæ promissuram ignominiæ macula aspergit, eo versu:

*ἐκόμων, ἐπέινων, ἐρρύπτων, ἐσωκρήτων. id est :*

*Comabant, esuribant, squallebant, socratisabant.*

quod in philosophorum squallorem contorsit, qui vel ob parsimoniam comam summittebant; quod objicit illis idem Comicus Nubibus, neminem eorum tonsuram unquam ob parcitatem dicitans,

*ῶν νῶτὸ τῆς φειδωλίας ἀπεκείεγετ' οὐδεὶς πώποτε.*

Vel quod Flaccus innuit, eam alebant, ne simul cum crinum unguiumque præsegmine mutilarent aliquam sapientiæ particulam per artus diffusam. Quid, quòd & proverbiali scheme *περικειρόμενον τὰς πλοκάμυς*, pro ludibrio habitum dixit Lucianus: ut annotat Erasmus, eò quòd cincinni aut tollendi aut alendi omnino sint, in quibus forficula (quod nunc fit) circum attondendis operæ multum ponere, infamiæ macula dignum est. Comatum in

sta-

stadium prodire, sibilos olim & posticas san-  
nas merebatur. Laërtius ex Phavorini omni-  
gena historia scribit, Pythagoram quendam  
(plures enim fuere eo nomine) qui primus pu-  
gilatum in artem rededit, à pueris exhibilatum  
fuisse & subsannatum, eò quòd comatus in  
certaminis locum, ubi virili labore sit opus,  
ingressus fuisset. Accedit ad hæc quòd apud  
veteres effœminati & meritorii habiti fuere,  
quotquot impendio comam curabant, quod à  
Synesio eleganter expressum est iis verbis, *να-  
θάπταξ οἱ θηλυδεῖαι τεχοπλάσου πάντες ἐισὶν*, in  
universum effœminati omnes capillorum con-  
cinnatores sunt: è quo ludo Autoclides, Ther-  
sandri, Antimachi & Timarchi, molles &  
decantati cynædi prodierunt. Sic Plautus ca-  
lamistratum cynædum appellat. Quid, quòd  
& pictores, si quando pathicum depingebant  
aut adulterum, comatum faciebant: quomo-  
do Horatianum illud intelligi debet de Geta-  
rum uxoribus, quas negat nitido fidere adul-  
tero. Apud Philostratum Antoninus Imperat.  
Alexandrum sophistam mollem designans, co-  
mæ studiosum illum vocat, unguentatum,  
dentesque lævigantem. „ Hegesippus inter alia  
„ muliebris mollitiæ, quæ Hierosolymitanam  
„ urbem occuparat, testimonia atque argu-  
„ menta, commemorat eos pavisse comam.”  
Apud Corinthios Coryi dæc tarpitudinis ara

erat posita , cui libidinosi & calamistraturæ studiosi , suamque formam quæstui prostituentes , sacra factitabant , si Suidæ credimus . Unde Cotyos thiasotæ proverbialiter Synesio dicuntur effeminati & profligatae vitæ omnes , de quo in Miscellaneis nostris . Singularis verò testimonii fidem facit vetus proverbium , vel verius oraculum , ἔδεις κομῆτης , ὅσις & Φηνίζεται : hoc est , si verbum verbo reddatur rectius propter obscoenitatem : Nemo comatus , qui non præciditur . ita autem in doctissimis Synesii præfulis Ptolemaidos epistolis legitur , quanquam alibi Suidas περὶ φαλάκρους citat : cujus senarii postremam dictionem ut & vocabulo & re ipsa obscoenam exprimere volens idem Synesius in libello περὶ φαλάκρους , id est , de calvitio , ad resonantiam senarii versus lege sua cadentis , relegat non illepidè , cujus hæc sunt verba : ἔδεις κομῆτης ὅσις & , τὸ δὲ ἀκροτελεύτιον αὐτὸς σὺ πέπος τὴν ψήφω τῷ τεμέτρῳ συνάρμοσον , γαρ ἔγωγε φθέγξομαι τὸ δεῖνὸν ἐκεῖνο περίγυμα καὶ ὄνομα . quod ita sonat Latinè , propter linguæ Græcæ ignaros : Nemo comatus , qui non : at postremam vocem tu ipse ad trimetri resonantiam adapta , neque enim efferam ego sceleratam illam rem pariter & vocem . Pherecydes comato juveni factus obviam , pallio obducto velavit oculos , morbum designans , atque innuens , è cultu corporis pathicum videri . He-

ctor

Etor Homericus Paridi objicit probri loco studium comendi capillitii , appellans eum *κέρα  
ἀγλαὸν* , id est , cæsarie nitentem : id quod Philostratus non dissimulavit , ubi de Hectore ait in Heroicis : *διεβέβλητο ἥ,* inquit , *πρὸς τὸν  
Πάτερν* *ως δειλὸν,* *καὶ οὐτῶ τῷ κομῆσθαι.* hoc est , invectus est in Paridem , ut meticulosum , & compturæ studio plus æquo deditum . quin & Horatius comptos crines adulteri Paridis arsisse Helenam dicit . Cicero dicere solebat de Cæsare , se , quo minus crederet eum ad tyrannidem aspirare , adduci capillorum molliter fluentium argumento . Petronius quoque Arbitrator Satyricus poëta crines laxos inter luxus titulos recenset , ubi ait :

*Scortæ placent, fractique enervi corpore gressus,  
Et laxi crines, et tot nova nomina vestis.*

Præterea Panas & Satyros suos libidinosissimos , antiquitas finxit hispidos : & salacissima natio celebrantium Liberi patris Orgia fanatico cursu , comata erat . Postremò & vox illa *ἀβυδοκόμας* , apud Hesychium , ni fallor , molliorem indicat , qua notatur is qui cadentes molliter crines alat : siquidem Abydeni delicati & molles olim audierunt , ut in Bœotiam Homeri annotat doctissimus Eustathius : & alioqui Hermippus *νεανικὴν κόμην* illis tribuit : quod facit cur hanc lectionem amplectar magis , quam *ἀβυδοκόμας* per *ω* , ut quidam legunt . Sic ca-

pronas pilos à fronte promissos libidinis indices  
rectè dixit Nestor grammaticus. „ Huc spe-  
„ etat quod Varro in libris rerum divinarum  
„ memoriæ prodidit antiquos secundis rebus  
„ comas habuisse. ”

Quid dicam de fastus argumento, quo comæ nutritionem insimulant non temerè? sed quam assequitur mox luctuosa ærumna, velut comes, quemadmodum sponsioni præstò sollet esse noxa. Nisus Megarensium rex, aurea, vel ut Pausanias, purpurea cæsarie spectabilis memoratur: & Pterelaus rutila auri instar coma superbus. Sed quid? ille truncato à Scylla filia (quæ amore Minois deperibat) fatali crinè: hic insidiis Comæthûs filiæ similiter præfecta coma, uterque regno exuitur. Idem documentum præbuerunt Zethus & Calais Boreadæ, quos præ fastu nimio, volasse etiam crinum remigio fabulatores non tacuere: iidem postea oculis orbati superbiæ pœnas dederunt. Absalona quoque illum omnibus seculis notissimum, ad hoc intolerabilis superbiæ exemplum, comæ nitor impulit, ut non dubitarit impia in patrem arma sumere: itaque dignum eo fastu exitum naëtus est, ut de refugo capillo sublimem implicaret arbōr, qui ad sublime folium sceleratè aspiraverat. Insuper & aureos Medusæ crines superbia mutavit in anguum flagella, ut ad nostri institutionem lo-

quun-

quuntur fabulæ. Denique quòd inanime quidam & mortuum sit coma, docet dictum superius testimonium de emortuis corporibus, quæ suo nomine, hoc est, morte dignam propaginem gignunt pariter & fovent alimento infrugifero: docet item quòd in phthisi mortis germana, & similiter in senecta leto vicina excrescere pilos refert Plinius lib. 11. Confirmat istud ipsum metus, qui ut est exanguis & mortis tantum non consanguineus, ita ubi adest, cæsariem surrigit: unde à Sophocle ὁρθοκέως Φείκη, hoc est, formido pilorum arrectrix eleganti epitheto dicitur: & ab Æschylo ὁρθότειξ φίβρῃ eodem sensu in Agamem. propterea de pavido alibi inquit, τειχός δὲ ὁρθίας πλόκαμψ ἵσαται. id est: Stat villus recti capilli. & rerum naturæ peritissimus Maro,

*Obstupui, steteruntque comæ.*

Ovidius quoque de seipso in Fastis lib. 1.

*Extimui, sensique metu riguisse capillos.*

Et apud Homerum Iliad. ult. Priamo arrecti steterant crines ad vocem Mercurii. Nec minus acriter quam metus, ira immanis bellua pilos facit inhorrescere, veluti in apris iram colligentib. observare licet. Et Polemoni Laodicæo Sophistæ natura biliosiori, barbam & capitis pilos obrigescere ac stare solitos, non aliter quam solent leonum jubæ in ira, autor est Philostratus. Synesii verba hic disertè apponam

ponam vice coronidis , quibus nullum potest  
luculentius testimonium & explanatus inveni-  
ri , nativi scilicet crinum decoris : ea extant  
in libello non semel citato *ωνι φαλάκρες* , quæ  
eo libentius adnoto , quod is perquam eruditus  
in publicum nondum exierit : *τρίχες* , inquit ,  
*ἄθέργες τίνες οὐσαι τῷ ζώῳ* , *καὶ περικάρπια* , *πάιγνια*  
*φύσεως* , *ὑλης ἀτελῆς ἐξανθήματα* . quæ ut possum  
latinis auribus appendere conabor : Crines sunt  
quisquiliæ & glumæ animantis , ac putamina  
quædam fructuum , naturæ ludibria , & im-  
perfectæ materiæ suffrutices . I nunc & quis-  
quiliis istis , putaminibusque rejectitiis , ridi-  
culè comatus incedito . At hercle iniquum  
fuerit in hoc nos luto hærere , quin modis  
omnibus inde eluctandum , valedictoque alen-  
dorum crinum studio , tonsuræ opera danda ,  
quæ quod in primis homini sit propria , de-  
monstratione non indiget , clareque liquet è  
superius dictis , ut agrestia , mollita , mortua  
denique omnia pilis horreant , cadavera , mon-  
stra , gigantes , semiferi Fauni , & unoculus  
ille Polypheus laudans hirtas virili in corpo-  
re setas , fidem arrogat veteri proverbio , quo  
dicitur , Similes habere labra lactucas . E di-  
verso virum decere tonsos crines , qua in par-  
te plurimum momenti , imò omnis ferè cardo  
rei vertitur , docebimus . Loquitur istud  
abundè mos antiquissimus , quo adolescen-  
tes

tes ad consistentem usque ætatem comam nutrire soliti, subiecte deinde tempore patriis eam fluminibus detonsam consecrabant, tribuentes hunc honorem aquæ, ut alimoniae parenti, vitæque conservatrici: unde & ἀγροτέροις epitheto dicti fuere poëtis fluvii. Sic Achillem Sperchio Thessaliae amni rutilum crinem vovisse, & Memnonem Auroraë filium Nilo, ex Philostrato constat. Sic Apollini cognomento ἀγροτέρῳ votivam cæsariem pubertatis annos ingressi adolescentes appendebant. Cato in de liberis educandis, Ambraciæ primum capillum puerilem demptum, item cirros ad Apollinem ponere solere ait. Refert & Plutarchus temporibus Thesei morem fuisse, ut excedentes ex ephœbis Delphos profecti, detonsæ comæ primitias Phœbo consecrarent. Testatur hoc & Epigrammatarius:

ἀελον ἀνθήσαντες ὑπὸ κροτάφοισιν ιέλας  
καιρόμενοι γενύων ἀρσενοὶ ἀγγελίας,  
φοῖσι θῆκε λύκων πρωτῶν χέρεις. hoc est:

*Tempora succingens, vultus lanugo virilis  
Nuncia, mature florida, tonsa cadit,  
Phœbo hanc primitias sacrat Lyco, &c.*

Martialis quoque consuetudinem eam Romanis fuisse indicat: lib. i. Epig.

*Hos, inquiens, tibi Phœbe vovet totos à vertice crines  
Encolpus domini Centurionis amor.*

Similiter Æsculapio appensum fuisse crinem pueritiae, idem in Epigrammatum nono ostendit, ubi de Earini pueri coma loquitur in hæc verba :

*Dulcesque capillos Pergameo posuit dona sacra-  
ta Deo.*

Statius quoque dñe eadem Earini liberti Domitiani coma agens, eam cum gemmata pyxide & speculo ad Pergameum Asclepium missam fuisse prædicat. Eam ob causam cirratos appellat pueros Aulus Persius, qui crines numini detondendos in ipso pubertatis limine, nutritiebant. Testatur Festus Pompeius Capillarem arborem Romæ appellatam, in qua tonsum capillum Deo consecratum suspendebant adolescentes. Sic Vestalium virginum crinis ad Loton arborem Romæ vetustissimam, cognomento Capillatam (sic enim à Plinio Polyhistore, literarum monumentis proditum est) deferebatur consecrandus : qui mos (ut pleraque alia à superstitionis omnis authoribus Ethnicis quasi per manus tradita, in nostram religionem irrepsero) etiamnum observatur in nostris Vestalibus virginibus, ut initiandæ cirros capillorum detondeant, peculiaribusque divis voveant, velut ejurantes fastus seminaria, & perpetuæ castitatis (cujus avocamentum esse queat

queat comptus capillus) observationem professa. Apud Ægyptios item pueri omnes ingenui, crines gerebant intortos ad pubertatis usque annos (iestis Lucianus in Navigio) deinde tondebantur. Hesychius scribit ephebos Athenis, qui virilem togam commutabant, οινισκέεια, id est, vinalia celebrare solere, antequam tonderent cæsariem. „ Quo ritu in „ Herculis ædem illatum vinum, præmisso „ libamine, comitibus bibendum præbebant. Apud Troëzenios lege vetabantur puellæ nubiles & adolescentes connubio jungi prius, quæ cæstariem totondissent, ut refert Lucianus: idemque Assyriis etiam observatum commemorat libello de Dea Syria. Huc spectat nomen tertii diei feriarum Apaturiarum, quem mense Octobri solennem κουρεώτιν dictum celebrant Athenienses, quo puberes adolescentes detonsis crinibus, ac exuviarum instar Dianæ appensis, virilem togam sumebant. Is autem crinis Græcis θρεπτίνειο velut nutritius, & apud Tragicos κούρεμος θεῖξ, quasi tonsilis appellatur: præterea πλοχμὸς & κολλὺς (quæ vox apud Pollucem depravata in σκόλυν legitur) hoc est, ut exponunt grammatici, verticis capillus, qui tantisper intonsus servabatur, dum diis consecraretur: cujusmodi Sampsoni capillum vocare possumus, ab utero matris Deo consecratum. Hisce autoritatibus omnibus eluce-

elucere potest & probari , idem fermè esse tondere comam , & virilem habitum assumere , ac proinde , relictis nucibus , viriles quoque animos & mores induere : id quod clarissimè indicat Epigrammatarii versus , qui libro nono extat :

*At tibi si dederit vultus coma tonsa virileis.*

Præterea huc facit quod commemorat Tacitus , apud Germanos adolescentes crinem & barbam non resecasse prius , quàm cæso hoste votivum oris onus ex lege deponere liceret : propterea Civilis Batavorum Regulus , deletis Romanis legionibus propexum & rutilum crinem jam tum p̄suisse , suæ gentis ritu , apud eundem scriptorem legitur lib. 20. Annalium : velut virilitatis fortitudinisque invictæ argumentum , attonsam illis cæsariem æstimantibus . Nam quod ex historia Pliniana refert Solinus , apud Arimphæos strenuissimam Scythicæ gentem viros juxtâ ac fœminas pertæsum fuisse crinum , nullus laudo . Accedit ad hæc integritatis pariter & lætitia argumentum ex tonsura : si quidem triumphales viri & qui amplos honores gesserant , tonsa coma ad rem divinam accedebant . Diali Flaminis , qui dignitate cæteros antecellebat , intonso esse non licebat : quò spectat illa lex ab Au. Gellio recitata . Capillum Dialis , nisi qui liber homo est , non detondeto . Josephus deposito squallore tonsus

sus è carcere Pharaoni regi fistitur , somnii interpres futurus , amplissimamque ad dignitatem evehendus. Jonathæ filium Davidi à profligato Abesalone reduci obvium , totondisse comam , velut publico luctu exuto liberatum , interpretatur Origenes. E diverso , rei intentati criminis fasce gravati mœstique capillum , vel Plinio teste , submittebant : quod & Artemidoro dictum est , τὴν ἀτημέλητον ἐν συμφοραῖς ἀνξεσθαι τείχα . Quid quòd ipsum tondendi verbum apud Græcos κέιρεσθαι , à verbo καρῆναι , ut ita dicam , quod permutatione unius litteræ χαρῆναι est , gaudii & hilaris animi significationem habet , ut idem testatur , ita scribens : ἐστι γὰρ , ὡς ἐπεῖν , ἀπὸ τῆς καρῆναι , τῷ τὸ χαρῆναι κατὰ ταραλλαγὴν σοιχέις ἐκδέξασθαι . Propterea boni omnis loco accipit Plinius Epistoliographus lib. 7. recisos suorum capillos per somnium à manibus nescio quibus amputatos , depulsi quod imminebat sibi periculi signum fuisse auguratus , haud alio arguento , quàm quòd reis moris fuerit capillum submittere . Sed unde ad confirmandam tonsuræ rationem aptius testimonium quærere velimus , quàm quòd valetudini corporis congrua , salubritatis arguento sit admittenda . Siquidem in multis morbis præsentaneo propémودum remedio efficacem experimur tonsuram : certè

in phreneticis ac lymphaticis similibusque certum est. Tonderi ad cutem in diuturno pituitæ cursu (qui morbus studiosis plerunque familiaris ac molestus esse solet) consulit nitidissimus Celsus : qua authoritate vel sola permoveri deberent, quibus animi cultus cordi est, ut insensilem illam ac mortuam crinium materiam truncarent. Profectò capitis vapores, qui cerebrum percellunt, attonso vertice eventari atque dissipari melius, omnium consensus est. Neque caret mysterio quòd Hygiæ, hoc est, sanitati (id uni ex Æsculapii filiabus nomen fuit) mulieres Sicyoniæ valetudinis curam habentes, comas suas detonsas consecrabant, ut apud Pausaniam lectum est. Ægyptii quoque conceptis verbis capillum puerorum defectum Divis suis nuncupabant, ut ab adversa valetudine respirarent. Neque aliorum Aristotelem Peripateticorum numen quoddam,  $\kappa\sigma\pi\eta$ , id est, attonso vertice usum fuisse (quod de eo prodidit Laërtius) crediderim. M. Antoniūm cognomento Philosophum, optimum Imp.  $\epsilon\nu\chi\epsilon\omega$ , id est, viva cute tenuis tonsuram fuisse, & cum eo medicos omnes, testatur Galenus lib. Epid. 6. Quod patris pientissimi factum degener patrique longè dissimillimus filius Commodus aurea coma superbiens mutavit, ejusque exemplo turba familiarium,  
quos

quos propterea justo dictorio μημολόγες nominavit. Sosocrates in tertio de philosophorum successionibus, testatur Pythagoræos olim crinem de more attondisse, καρπὸς συνήθει χεωμένες: quem morem postea novitatis studio fastuque elatum Diodorum Aspendium immutasse refert. Quin & Palamedes sagax rerum naturalium ventilator, & medicæ rei non imperitus, jam tum Troianæ expeditionis temporibus, ad ipsam usque cutem tonsus fuisse perhibetur, quod & effigies ipsius ἐν χεῷ τὴν κόμην habentis apud Philostratum testatum facit. Inter Athletas (qui in promovenda corporis firmitudine & euexia studium omne ponebant) qui viriliores erant, ad cutem usque tondebant capillos, ut in amatoriis Dialogis ostendit Lucianus his verbis: οὐδὲ ἐν χεῷ ὁφθῇ αὐτῇ, καθάπερ οἱ σφόδραις ἀνδρῶδεις τῶν ἀθλητῶν, ἀποκεκαρμένη. hoc est, visebatur ipsa cute tenus attonso capite, more athletarum qui cæteros robore anteeunt.

Satis superque multis testimoniis & documentis declaratum esse arbitror, tonsuram non antiquitatis modò gloria inniti posse, sed & integritatis notis ac salubritatis commendatione illustrem, ceu telamonibus quibusdam sustineri: nec non virilitatis titulo bene audientem, amplexandam esse, neque levitatis nomine (ut belli homines insimulant)

contemnendam , aut reje<sup>c</sup>titiam habendam , nisi cum illis unà malimus esse pueri , hoc est , capillati . Porro D. Hieronymus , cuius sacrosancta ubique authoritas legis loco haberri potest , nostrum istud tondendi consilium approbat disertè in hæc verba , super illo Ezechielis : Capita sua non radent sacerdotes , neque comam nutrient , sed tondentes attondebunt capita sua : Juxta quod discimus , inquit , nec calvitium novacula esse faciendum , nec ita ad pressum tondendum caput , ut rasorum similes esse videamur , sed in tantum capillos dimittendos , ut opera sit cutis . Huc spectat Aniceti institutum , qui ex Apostolicis decretis sancit , ne clerus comam nutriat , vetatque sacerdotes tam barbam , quam comam prolixas gerere , damnans nimirum superfluitatem omnem , ut cultui corporis contrariam , quò videlicet justa moderatio utrobique servaretur . Neque dissonat huic Diodori cuiusdam factum , quem refert Marcellinus lib. 22. exanimatum fuisse à populo , quòd , cùm præcesset ecclesiæ , cirros puerorum licentius detondisset , putans hoc quoque pertinere ad cultum divinum . Insurgent hīc nostri Solones , opposituri superiore capite de nutritione comæ adducta exempla & dicta , quæ promittendæ cæsariei attestantur in speciem : revera tamen contra nos

nos nil faciunt, imò malefirmis innixa sedibus labascunt ac nutant, levique momento convelli possunt. Nam ut à Dione exordiar, scripsit quidem ille de comæ laudibus orationem decantatam, non tamen ita, ut non alicubi in Synesii censuram impingat: sed adulatoris potius persona assumpta, quam philosophi, in gratiam sui Principis, cui ab ipso argumento nomen erat, & cui fortassis vel à familia, vel puerili joco ab ipsis usque incunabulis illud creatum, in cognomen perpetuum abierat, à quo tantopere honoratus, ut triumphanti aſſessor esse meruerit, non potuit non comminisci aliquid, quo illi vicissim gratificaretur. Aut quasi non & immanis Busyris, & cruore expiari solita Quartana Saturni filia, fuos Encomiastas invenerint. Sed connivendum est ad simulatricem illam philosophorum vel sophistarum potius familiam. Alioqui non est dissimile veri, quod à puero crinitus fuerit Trajanus fatali quodam præfigio: quemadmodum de Homero legimus apud Heliodorum rerum Æthiopicarum scriptorem, ipsum jam inde à primo ortu prolixam pilorum sylvulam in alterutro femore enatam habuisse, unde & nominis occasionem invenerit apud eos, qui notæ istius consciæ, indititio nomine uti maluerunt, quasi prolato digito femur illud

designantes. Deinde Lycii , an non extre-  
mæ dementiæ notandi veniunt , si non dam-  
nandi magis , qui maluerint fiscum regis ,  
alioqui inexplebilem , & hydropis instar sem-  
per siticulosum , explendo , suum defrauda-  
re genium , suis se opibus expoliare , quām  
inutilem molem nulli futuram usui , præter-  
quām inani ostentationi , deponere ? quum  
hac via legem industria Condali præfecti ad  
emungendum æs impositam eludere , ac ma-  
jori aliquanto usui pecuniam asservare potue-  
rint , dignissimi omnium , qui hisce artibus  
circumvenirentur. Gallis , Liguribus , Ge-  
tis , Celtiberis , Britannis , Indis , Arme-  
niis , Persis , Scythis , & si quæ aliæ fue-  
runt nationes nondum ad cultum civilitatem-  
que illam Græcanicam aut Romanam tradu-  
ctæ ea tempestate , capillatis suo more fuisse  
concesserim : siquidem & D. Ambrosius ex-  
cusationis fenestram illis aperit , patrios in  
eadem re ritus sequentibus. ita enim ait : Ve-  
rūm excusationem habeant qui patrios usus  
sequebantur , sed tamen barbaros , ut Per-  
sæ , ut Gothi , ut Armenii. Nam dearum  
genti & nympharum derogare neutiquam pos-  
simus , nisi toti fœminarum nationi (cui pro  
peculiari ornamento coma data est) injuriam  
faciamus. Habeat quoque Jupiter comam ,  
dignum videlicet patella operculum , egre-  
gius

gius ille stupri artifex , & prodigiosus luperum omnium infessor. Idem privilegii cedat Apollini , amatori non minus strenuo , & in pathicos furiato. Neque abeat hinc asymbolus Neptunus , cuius libidinum fervorem marinæ undæ nullæ extinguere potuerunt , quin in omne nympharum genus effervesceret. Baccho delitiis diffluenti , semperque puero , & assidue præter pocula aliud non tractanti , otium non suppetisse tollendæ commæ verisimile fit , propterea intonso semper. Egregiam verò laudem hinc reportent Tyanæus impostorum columen , & , si diis placet , medicus Æsculapius , circulator & lucripeta summus (qualis à Cyrillo & Pindaro describitur) quem auri sitis & intolerandus fastus , quo supra hominem se gessit , excusent comatum. Eodem jure absolvemus & Simonem magum illum insignem & Christi plagiarium , quem etiam *νοτάνομον* , hoc est , comatum fuisse constat : & illum divisorum contemptorem Mezentium Virgilianum , cui compti tribuuntur capilli. Græcos verò ab hac culpa absolvimus , ut bellatores & militiæ , ubi humano cultui honos omnis dengatus est , operatos , ad mutuam lanienam ritu ferarum ruentes. Similiter longa cæsaries inumbret Scipionem inter media arma. Achilli quoque danda est venia , cui devotum

Sperchio capillum tollere religio erat , jam olim inter Lycomedis filias virginali habitu delitescere , & muliebria arma tractare assue-to. In Cyclope laxa cæsaries , immanitatis: in Mænadibus , furoris : in Euphorbo , Borreadibus , Absalone , intolerabilis superbiæ morbum arguisse facile perspicitur. Neque aliter de Empedocle sentiendum est , qui & dum viveret , & à morte Deus immortalis haberí , stultissimè gloriosus voluit , ut ex Laërtio , Horatio , Nazianzeno liquet. Ægyptiis etiam ignoscendum est quòd in peregrinatione cæsariem non refecarent , ad doloris quandam significationem coma squallentibus , dum ab patriis sedibus & penatibus velut extorres peregrinarentur. Spartani itidem justam habuere promittendi capillitii causam , ut hoc discrimine ab hostibus Argivis internoscerentur , qui diversam , uti dictum est , legem sanxerant. Quòd verò Philostratus in adolescentulo deplorat crinum resectionem , eorumque promissuram laudat , suo se ipse indicio forex (quod ajunt) prodit : lascivus amator & paedotriba , non potuit non in cynædo comæ lenocinium commendare. alioqui pueris conveniens alendæ comæ studium ostendimus antea. , , Eadem , , protervia & Anacreontem Lyricum lasci- , , vum amatorem involvit , quo nomine sub- , , san-

„ sannatur & quidem meritò à Phavorino  
„ philosopho , ut homo ridiculus & circa res  
„ leves flagitiosè curiosus . ” Verùm diffi-  
cultatis plusculum adferre D. Ambrosii ver-  
ba videbuntur forsitan : at si quis penitus  
rem ponderet , nihil repugnant nostris dictis ,  
qui quum in senibus commendat comam ,  
merito id maximo facit , utpote quos in mor-  
tis limine stantes , mortua (quod diximus)  
coma deceat , ut res maximè affinis : nam in  
sacerdotibus , ethnicis præsertim , major gen-  
tium consensus aliquam juris prærogativam  
obtinuerit , in nostræ verò religionis sacrifi-  
cis reclamare videntur autorum sacrorum  
edicta. Quòd verò in militibus terribilem  
esse dicit , nobiscum facit : quippe à politi-  
co animante & mansueto , atque ad pacis mu-  
nia nato , homine videlicet , horrorem om-  
nem abesse debere contendimus : contrà la-  
niones illos sanguinarios non dedecere permit-  
timus : siquidem & Homerus istud perspe-  
xerat , *καρηκομόωντες* , hoc est , comatos fa-  
ciens Græcos milites , non ad formæ com-  
mendationeui , sed argumento terroris , ad  
percellendos hostes comparati , cruenti leo-  
nis instar , cui jubæ & villorum hirsuties ter-  
orem addit : quemadmodum & crinitæ stel-  
læ , quos Cometas dicimus , horrentes crine  
sanguineo , & comarum modo in vertice his-

pidæ , terrificum quiddam terris plerunque portendunt , testante Plinio. At in adolescentibus , qui pueritiæ crepundia nuper deposuerunt , ignaris etiamnum quid virilem gravitatem deceat , decoram pari jure statuamus , quo in pueris dulcem , quibus imbellis naturæ mollities capillatis esse concesserit. Quanquam & ipsius verbis D. Ambrosium refellere , comæque præconium retundere & elevare possimus , quippe qui disertè dicit alibi , lege prohiberi , ut vir sit comatus : & iterum optat eos etiam partus molestiis affligi , qui comam nutriunt. Sed ita est hominum ingenium , ut ad quamlibet occasionem sententiam facile mutemus , aliud atque aliud pro re nata affirmantes.

## C A P U T V.

*De recepto antiquitus in luctu tondendi capita more.*

**I**NSTITUTUM de tonsura argumentum appendice sua , quamvis à proposito nostro abhorrente , defraudari non patiar. Nam quod tonsura mœroris interdum atque luctus argumento observata fuerit ( „ ut ignominiae „ apud Indorum gentes , Nonno teste ” ) inficiari non possum , ac præsentim in funere , quod

quod celebre esse voluerunt non tondendis  
solum, sed radendis quoque, & pilis insu-  
per laniandis atque evellendis, honorificæ  
scilicet consecrationis ratione. Cujus tamen  
illorum facti ratio speciosum patrocinii præ-  
textum habere videtur, superflui naturæ or-  
natus contemptum. „ Dictys Cretensis re-  
„ fert Neoptolemum Achilli patri justa per-  
„ agentem, cum Phœnice unâ & omni Myr-  
„ midonum exercitu, comas sepulchro de-  
„ posuisse: Idem factum memorat a Græcis  
„ ducibus ad Ajacis tumulum.” Xenophon  
in primo rerum Græcarum, subornatos scri-  
bit fuisse pullatos, ἐν χρῶ κεκαρμένος, cute te-  
nus attonfos. Archelaus Alexandri Amyn-  
tæ in regno successor, defuncto Euripide  
Tragico scriptore, crinem totondit, ut quem  
animo conceperat mærorem, vultu quoque  
publicaret, uti Solinus refert. „ Idem etiam  
„ filium totondit, quod in lucri ac rebus  
„ adversis moris est (ut Senecæ verbis di-  
„ cam) quo die sol deliquium passus fuerat.  
Apud Theocritum Cupidines necem Adoni-  
dis lugent κειράμενοι χαύτας, detonsis crinibus.  
Bacchus extincta conjuge cæsariem totondit,  
intonsus alioqui. Tellus ob Phaëtonteum  
incendum lamentans, comas suas vellit.  
Sappho Ovidiana mœrenti sibi condolere ar-  
borum ramos ait, deposito frondium hono-  
re.

re. Bacchiadæ Corintho exules , squallidi detonso capillitio Lacedæmona profugerunt, ut in Lysandro refert Plutarchus. Argivos ob amissam in campis Thereaticis victoriam, accisis in rebus lege cavisse , ne quis comam nutririēt ante recuperatum pristinæ gloriæ decus , ab Herodoto proditum legimus , derelicto priore comam alendi studio. E diverso Lacones tum victores sanxere , ne quis comam tonderet , abrogato more isto ipsi solenni. Quo spectat quod apud Platonem Socrates demulcens caput Phædonis , joculari dictorio ipsum perstringit : Si essem , inquiens , qui tu , sacrosancte juraverim , quod Argivi fecerunt , comam non prius alere , quam expugnatis Simmiæ & Cebetis rationibus , victor extiterim. Athenienses in Æginam exercitum miserant , qui occidione periit , deletus ab Æginetis Laconum subficio usis , solo reliquo clavis nuncio , quem interfectorum conjuges circumstipatum fibulis confoderunt : eam ob causam senatusconsulto interdictus fuit fibularum usus , virique comam alere jussi , mulieres tonderi , præter naturæ legem , ut in Euripidis commentariis lectum est: Quin & jumentis cæterisque animalibus in funere tondebant pilos antiqui , nedum sibi ipsi , uti de Mardonio proditum est apud Herodotum , qui extremæ

mœ-

mœstia significationem ipse cum toto exercitu dedit , derasis & sibi & equis , crinibus.  
 „ Admetus apud Euripidem conjugis Alcestis necem dolens , jumentis præcidi jubat imperat , sic enim ait ,

„ πώλεις σιδήρω τέμνετ' αυχένων Φόβην.

„ Truncate equis per colla jaçatas jubes.

Alexander Macedo præter alia doloris indicia , in funere Hephaestionis , equos mulosque totondisse apud Plutarchum legitur , ad exemplum Achillis comam quoque suam detondens : neque intra hosce terminos substitut dolor , quin insuper in Ecbatanorum arcem erumperet , dum illius mœnia circumcindit , ac solo tenus detondet , ut Æliani utar verbo huic loco appositissimo , περικέφεσ. Nam quod coma tonsa funus honorarent veteres , novit & Homerus , apud quem Pisistratus Nestoris filius ita loquitur : Odyss. 8.

τετόνν νηγα γέρεσ οῖον διγυροῖσι βροτοῖσι  
 κέρεσθαι τε κόμην , βαλέειν τὸν δάκρυν παρεῖν,  
 Nanque hæc sola manent miseris solatia mortis ,

*Et tondere comam , & lachrymis respurgere vultus.*

Apud eundem Iliad. 1. negat Achilles lavacro daturum se operam prius , quam rogo impo- fuerit charissimi Patrocli cadaver , comamque sibi detonsam. Eodem loco Patrocli manibus parentatus , post maestatos duodecim adolescentes , Orco inferias , idem Achilles : Ibidem.

sas

σὰς ἀπάνευθε πνεῦς ξανθὴν απεκέιρε κτο χάιτην,  
τὴν δὲ Σπερχειῶν οὐρανῷ τρέφε τηλεθόωσαν.

*Ante pyram assistens, rutilantem præsecat ultro  
Cæsariem, quam Sperchio nutriverat amni.*

Quem morem videtur ignorasse, neque Homerum intellexisse interpres Nicolaus Valla, dum postremum hoc, istum in modum reddit:

*Crines*

*Quos toties Sperchie tuis madefecerat undts.*

Nam Peleus pater Sperchio Thessaliæ amni voverat filii comam, si sospiti in patriam redire contigisset. quod Statius etiam attigit Sylvarum libro tertio :

*Et quam Sperchio tumidus servabat Achilles.*

Istud Achillis factum stultè imitabundus exprimere voluit Antoninus, de quo ita scribit Herodianus elegans cum primis scriptor, quod quum apud Ilium Achillem mentiretur, Festum libertum charissimum mortuum efferriri jussit magnifico funere, rogoque extructo imponi, cui subiecto igni ipse, inquit, manus phialam tenens, vinumque libans, ventos precabatur, cumque esset raro capillatio & crinem quereret, ridiculus fuit omnibus, nihilominus tamen quos habuit capillos totondit. „ Cadmus audita Penthei filii dilatione, canos deptondet apud Nonnum, in Dionysiacis. Ophæte Lycurgi Thracis filio perempto, ingentem mœsorum „ ho-

„ hominum catervam , capillos sibi præse-  
 „ cuisse , iisque segmentis cadaver operuisse  
 „ récepto more gentis canit Nonnus , cuius  
 „ hæc sunt verba.                          αὐφὶ δὲ νεκρῷ  
 „ Πενθαλέην πλοκάμιδα καληφεῖ τάμνε σιδῆρω.  
 „ id est :

„ *Forfice lugubres tristi secuere capillos.*  
 Electra apud Euripidem laticem fluvialem  
 attonso vertice ad patris tumulum offert.  
 Eadem ponere se capillitium tonsile patriis  
 manibus dicit , κέρατε κέρατ' ἀποκέλυμον τιθε-  
 μένα : ita enim lego , non χέρξ , ut vulga-  
 tus codex habet , juxta Homeri illud , κέρ-  
 αγλαόν . Antipater in Epigra. quodam ait  
 Græciam universam lugere Alcæum poëtam.

ἀπλεκτὸν χάιζεν ἐν χροὶ κειρεχμέναν . id est :

*Attonso implexo vertice ad usque cutim.*  
 Apud Qu. Calabrum Myrmidones in funere  
 Achillis circumtendent comas , ibi :

Αὐφὶ δὲ χάιτας Μυρμιδόνες κέιρεχντο .  
 Quin & Briseis ipsa κειρεχμένη πλοκάμυς , id est ,  
 tonsis crinibus , hoc officii genere herum  
 suum prosequitur . Agathias scholasticus ait  
 ad tumulum sororis suæ Eugeniæ crines to-  
 tondisse Musas , Venerem & Honestatem ,  
 in eo versu :

αἰδὲς ἐπὶ τύμβῳ κέιρεχντο πλοκάμυς μῆσα , θε-  
 μὶς , παφίη .

Latinè sonat ita :

Ad

*Ad busta secarunt cæsariem Musa, & cum The-  
mide alma Venus.*

- ,, Naiades apud Ovidium Narcisso extincto
- ,, *Sectos fratri imposuere capillos.*
- ,, Sappho in extinctæ Timadis funere æqua-
- ,, les omnes comam refecuisse canit, his ver-
- ,, sibus,
- ,, *Ἄς καὶ ἀποφθιμένας, πᾶσαι νεοθηγέῃ χαλκῷ*
- ,, *Ἄλικες, ομερίᾳν κεχλὸς ἔθεντο κόμαν.*
- ,, *Defunctam ob Timadem, sub acuta forpice cunctæ*
- ,, *Invitam æquales deposuere comam.*

Teucer in Aiace Sophoclis fabula, capillos ad tumulum detonsos manibus tenet, *ικτή-*  
*εον Θήσαυρον*, id est, monumentum supplex appellans. Orestes Euripidis noctu ad Agamemnonis patris sepulchrum κόμης ἀπάρξατο, comam præfectam libavit. Helena apud eundem in funere ἀκεφαλαῖς τείχας, crinum summitates truncavit, astutè admodum, servans anteriores cincinnos intonsos, atque ita dolorem vultu simulans, κόμης ἀπάρξας ad Clytemnestrae urnam offerre se dictat. Heraclides scribit, apud Coos aliud nullum luctus argumentum in funere extitisse, præter tonsuram. Calanus Gymnosophistarum princeps postremæ pyræ, in qua, jam affecta ætate mori certus, exuri majorum ritu voluit, cæsariem imposuit, τῶν τείχων ἀπαρξάμενον, ut in Alexandro refert Plutar-

tarchus. Anna apud Ovidium evulsos è vertice crines Didonis rogo inspergit. „ Isis pro „ Dea Ægyptiis habita, comperta filii sui Os „ ridis dilaniati nece , comam omnem præci „ dit eo loco , ubi Coptus urbs rei indicum „ nomine consignans (nam ἡ θεὸς τὸ ἐκκοψαῖ τὸν „ τείχα teste Etymologici autore dicta fuit) „ condita est postea , quem crinem hospitibus „ eò peregrinantibus monumenti vice ostenta „ bant. ” Cassandra vates apud Tryphiodorum „ Ægyptium in Ilii excidio , adducto in urbem „ equo ligneo , dementiam civium castigans ob „ receptum equum , crines identidem vellit scin „ ditve , nimirum conscientia ingruentis calamita „ tis. Ita enim habet :

πυκνὰ δὲ χάιτη  
κοπτομένη καὶ σέρνον αἰνάχε μανάδι φωνῇ. id est:  
*Dilaniata comas furiata mente profatur.*

Homericus & item Accianus Agamemnon præ dolore scindit intonsam comam , in quo facetum illud fuit Bionis (uti commemorat Cicero Tusc. Quæst lib. 3.) perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere , quasi calvitio mœror levaretur : quippe quum crines in luctu vellere , sit cruciatum cruciatui addere , nec enim id citra dolorem fieri queat. Chariclæa apud Heliodorum Æthiopicæ historiæ scriptorem extincto ductori suo Calasiri vulsos è vertice crineis libat cum gemitu di

cens: ἐπιφέρω τοι χοάς ἐκ τῶν ἔμαυτῆς πλοκάμων.  
 Jornandes in rebus Geticis scribit exercitum  
 Attilæ regem suum truncata crinum parte  
 luxisse. Neque verò apud solos Ethnicos re-  
 ceptus fuit mos iste tondendæ comæ, verùm  
 & Judæi quoque in rebus luctuosis & adversis  
 idem fecisse & observasse leguntur: unde Hiero-  
 remiæ illud cap. 7. Tonde capillum tuum  
 & abjice. Et Jobus audita liberorum suorum  
 nece cæsariem totondit. ea erat tum tempora-  
 ris lugentium consuetudo, quod & Hierony-  
 mus ibi annotat, tametsi refragetur Origenes,  
 haud probabiliter satis, dicitans eum toton-  
 disse capillitum, non lugentis in morem, sed  
 ut luctum deponentem, omniq[ue] luctu per  
 tolerantiam superiorem existentem. Porrò  
 tonsilis ille crinis funerum index apud Græ-  
 cos autores πενθητέα, sive πένθιμος θεός &  
 πένθιμος οὐρανός, id est, lugubris dicitur. „Et  
 „ χαῖτα τομαῖος apud Euripidem in Alcestide,  
 „ quam etiam vocem per epexegesin explicat,  
 „ ἀ δὴ νεκίων πενθεσι πινεῖ, ut sit, cædua co-  
 „ ma, quæ in funere cadit resecta.“ Aristophanes tales crines σενοκωνύτες τείχας laciniosa  
 voce dixisse videtur, qui à lugentibus in fune-  
 re vellebantur. Æschylus in Agamemnonē  
 τομαῖον βόσευχον, hoc est, cæduum capillum:  
 & in eadem fabula κκεγίν οὐδίς τείχες, quasi  
 segmentum & tonsuram funeralium crinium:

&amp; Sc-

& Sophocles καρχτόμον χλιδὴν nuncupavit. Atque ejusmodi capillus πρὸς φθορὴν vel φθεῖρες κέρεσθαι, quasi dicas ad interitum tonderi dicebatur: sic enim Eubulus Comicus usus est. A funebri ista coma nomen habuit Comana Cappadociæ opulenta civitas, ubi detonsos pilos deposuere oraculi monitu Orestes & Iphigenia soror: ita nanque de ea loquens Strabo testatur, ἐνταῦτα δὲ καὶ τὴν πέθιμον κόμην ἀποθέσθαι λέγονται, αὐτὸς δὲ καὶ τένομα τῆς πάλαι: quod ipsum tam de Comana Cappadociæ, quam de Comana Ponti urbe (idem enim utrique nomen est) scribit in bello Persico Procopius. His testimoniiis clarissimè commonstratur, mœstitudinæ significationem habuisse & tonsuram pariter & rasuram vulsionemque crinum. Attamen quia singulis ferè seculis, ne dicam annis, immutantur affectiones hominum & consuetudines, in modum æstuarii augescendo simul & decrescendo: ut raseam quod peculare suum studium sectari quælibet natio soleat, non debet videri mirum, si fluentes, sparsas, passasque comas in funeribus receptas legimus. Cujusmodi illud est apud Nasonem de Drusi Germanici nece ad Liviam:

*Vidimus attonitum fraterna morte Neronem*

*Pallida projecta flere per ora coma.*

Et apud Virgilium:

*Iliades mæustum crinem de more solutæ.*

Apud eundem lib. 7. passi quoque crines in mœrore leguntur, hoc est, inculti & in humeros negligenter rejecti, ut exponit Donatus. Sic apud Cæfarem in commentariis de bello Gallico Gergobienses mulieres passum capillum more Gallico ostentant in rebus angustis. Ægyptios sub mortem tam capitibus quam menti pilos promittere rulos hactenus, scribit Herodotus in Euterpe. Rursus Ovidius in Epistolis :

*Aspice, inquit, demissos lugentis more capillos.*  
hoc est, in nodum non substrictos, vel non desectos. Germani inita cum Romanis pace crinem propter assidua & luctuosa bella negle-  
ctim fluentem collegisse leguntur, seu, quod idem est, in nodum astrinxisse; id quod & Ovidius innuit pacatam significans :

*Sparsos, inquit, Germania crines Colligit.*  
,, Sisenna Historiarum libro tertio de quodam  
,, reo, cum complures, inquit, menses bar-  
,, ba immissa & intenso capillo lugubri vesti-  
,, tu populum vicatim flens unâ cum liberis  
,, circumiret." Apud Siculos quoque fluens  
ac promissa coma ad revocandam luctus me-  
moriam observata olim fuisse videtur, uti de  
ea insula loquens Lycophron ostendit :

*κεφτὸς δέ, inquit, ἀκερῷ τῷ γέ καλλυνεῖ φόβη,*  
*μυκηὴν παλαιῶν τημελῆσ' ὁδυρμάτων.* id est :

*Inton-*

*Intonſa per tergum fluet capit̄is coma,  
Doloris antiqui memoria ſrifcans.*

Quid, quod Curius ille incorruptæ continentiæ exemplum nunquam totondiffe lœfariem propter repulsam præturæ apud Acronem legitur? quod an in illum virum cadat, viderit ille: certè Horatius lib. i. Odar. incomptis Curium capillis nuncupavit. Solebant insuper in luctu folidare capillitum cineris & pulvifculi aspergine: neque enim consentaneum fuerit, ubi de funeralis luctus indiciis loquimur, hoc loco ritum priscorum silentio pertransire. Facit istud apud Homerum antiquitatis omnis locupletissimum teſtem Achilles, comperta Patrocli nece, caput cinere respergens. Et Priamus pulvere aspersus Hectoris filii mortem luget: quod & præficæ apud Romanos in monodiis factitabant. Idem in sacris Bibliis plerique fecisse commemorantur, inter quos primatum tenet Ninivitanus rex, regisque factum imitatus universus populus, auditis minis justaque Dei in ſe ira. Electra apud Euripidem *πιναρεχτη κόμαν*, folidam & pulverulentam comam à patris nece ostentat. Seneca in Hercule Oethæo crines pulvere folidos memorat. Apud Virgilium in Ciri & iſtud legitur:

*Intonſos multo deturpat pulvere crines.  
Appendicis vice lubet adjicere, σόλονցον illis  
Ll 3 dici*

dici quicquid accisis sit comis, usque adeo ut  
& ad trutices plantariaque, quibus attonsæ  
sunt frondes, referatur.

## C A P U T VI.

*De tonsuræ generibus.*

**P**Ostquam satis multis ostensum est tondendos esse capillos, inutiliterque eos promitti, eamque rationem in luctu observatam quoque demonstravimus, nunc velut postliminio de tonsuræ vocabulis generibusque adtexere quædam operæ videtur præcium: quam quidem vindemiolam è libentius in hunc locum reservavimus, quò series materiarum coniunctarum indivisa maneret, nec vocabulorum tractatione disrumperetur. Tonsuram igitur κεφαλὴν vocant Græci: veteres etiam οὐρανὸν, cuius vocis (ut equidem arbitror) in vernacula nostra lingua vestigium mansit, ubi radere barbam comamve scheren dicimus. Æschines ἐπιτομὴν κεφαλῆς extulit: quam etiam σαρκασμὸν ex Herodoto dicere licebit, ut cui tondere σαρκάζειν fit. A κεφαλῇ nomen habet κεφαλεῖον, quam tonsiranam dicimus. Plato Comicus, τὸ σποργίας κεφαλεῖον ἔχθισον τέγχη, Sporgili tonsoris tonsirina invisa domus. Hanc Theophrastus lepidè ἀνεινεὶς συμπόσιον appellavit ob garitus & con-

confabulationes illic considentium , teste Plutarcho lib. Sympos. 5. cap. 5. Inde & πειρόντος λειμῶν pratum dicitur , quod primum falce tondetur , metaphoricè . Alexis Comicus κατεῖδα , id est , tonstricem fabulam scripsit Athenæi testimonio . Curetes nomen habuere , ut à Geographo annotatum est , ἀπὸ τῆς καρχηδόνος dicti , idque ex ea occasione , quod postea quām in conflictu non semel succubuerant , uti antea quoque memoravimus , hostibus pro ansa utentibus anteriore coma , quam nutriebant , damnato instituto , meliore ratione eam sylvam in posterum præciderunt . Eustathius in 23. Iliados in hæc verba scribit : καρχηδόνας πλόκαμον τρέφοντες , ὡς παρθένοις αἰβρέσι , καρχηδόνας ἐκλίνθησαν καρχηδόνας ἔνεκεν . hoc est : Curetes ad delicias alentes cincinnos venustarum virginum more à tonsura nomen sunt adepti . Quæ verba Eustathii detorta sunt ex Æschylo volente nominis originem à κόρη , quæ vox virginem aut puellam notat , esse deductam , cuius hos senarios adducit ex Phylarcho Athenæus :

χλιδῶντε πλόκαμῷ ὡς παρθένοις αἰβράῖς,  
ὅθεν καλεῖν κάρχηδα λαὸν ἔνεσσεν . id est :

*Fluens capillus mollium instar virginum,*

*Hinc virginalis dicier gens ambiit.*

Priori etymo ipsi Curetes succenturiantur apud Comicum Agathonem in Thyestæ fabula glo-

riantes nomen se accepisse à detonfa coma, postquam à connubio ambitæ puellæ rejecti fuerant.

ἐπεὶ τὴν πρώνακι

Θυγάτερε μνησένοις ἐκ ἐτύχομεν  
Γάμος, κόμας καιοφίμεθα, μάρτυρας τευφῆς.  
Ἔπει ποθενὸν χεῖμω παιζόση Φρενί,  
ἐπώνυμον γῆν ἐνθὺς ἔσχομεν κλεψεῖ,  
καρεῖτες εἶναι καρεῖμες χάρειν τελχός.

Hos tumultuaria opera ita latinè reddidimus :

*Pronactis ambientes gnatæ nuptias,  
Passi repulsam, mox testes libidinis  
Comas totundimus, animi solatum  
Frustrati : gloria hinc sequitur cognominis  
Tonsum ob capillum quod Curetes dicimur.*

Eadem gens postea ἀκαργᾶν nominati διὰ τὸ  
ἀκάργες φυλάττειν τὰς κεφαλὰς, quod intonsi ma-  
nerent, teste Strabone. Commemoratur au-  
tem apud scriptores duplex tondendi genus  
Suidæ testimonio, κῆπος sive κήπιον Thucy-  
didi, & σκάφιον. κῆπον interpretatur Ælius  
Dionysius genericè nimium καλλωπισμὸν τῆς  
κόμης, id est, decorationem capillitii: itidem  
Eustathius καρέας διάθεσιν τῶν ἐν κεφαλῇ τελχῶν,  
formam tonsuræ pilorum capitis: & κηποκόμαν  
Comico vocabulo dici ait, qui certa ratione  
attonsam habeat cæsariem. Similiter à σκά-  
φιον denominatur σκαφιόνερος, & σκάφιον κεί-  
σεσθαι apud Aristophanem. Evidem ut in  
rebus

rebus ambiguis atque obscuris , & tot jam seculorum decursu obliteratis , aliquid adferam quod non prorsus à Masis alienum sit , & lucem addere autorum scriptis queat ,  $\kappa\pi\sigma\tau\omega$  tonsuræ genus intelligo , quo cæsaries frontem obumbrans ornatus gratia resecatur , exæquando capillos pendulos ad instar tonsilis fruticeti herbarum hortensium , quibus muscaria & cuminum amputant topiarii & hortulani , ne inæqualitas areolas deformet :  $\sigma\kappa\alpha\phi\iota\omega$  verò , quando ad ipsam usque cutem calvam ambientem succiditur : cuius non absurdâ ratio est , quod ubi totum cranium tondetur , piscatoriæ scaphæ inversæ formam delineat , cuius uti prora puppisque eminentiores extant , ita latera hinc inde subsident depressa , quod in temporibus videre est . qua occasione forsitan & ipsum caput  $\sigma\kappa\alpha\phi\iota\omega$  nominat Aristophanes ibi :

$\text{ἴνα μὴ κατὰ γῆς σκάφιον πληγεῖς ξύλῳ}$ . id est :

*Ne baculo caput iectus humi procumbam.*

Docent istud , sed parciорibus verbis , Aristophanis commentaria , ita enim illic lego :  $\kappa\pi\sigma\tau\omega$  τὸ περὶ μετώπῳ κεκοσμῆσθαι , σκάφιον ἢ τὸ ἐν χρῶ . Dicam idem latine : Hortus seu cepus , ante frontem decorari : scaphium verò cute tenus . Aristophanes Avibus :

$\sigma\delta\cdot\eta\omega\phi\chi\omega$  γὲ σκάφιον ἀποτετιλμένω . hoc est :

*Tu merulam refers plumis verticis evulsis nudatam.*

Mansit & hujus vocis haud tenue vestigium

in nostrate lingua, qua qui villoso pannos longis forticibus attendent, schepe scheren appellant (quasi σκαφιοσχερίν dicas) quoties strictim ad ipsam usque panni carnem, ut ita dicam, detendent villo. Ceniores nostri laudant ιηπον, usu in intimas usque medullas imbibito: nos verò neque ιηπον neque σκάφιον omnino probamus, quod ad vivam usque cutem siebat, ἐν χεῷ, sive, quod pro eodem extulit Archilochus, ἐγκυτι, veluti in cute, ubi ait:

Χάιτην ἀπ' ὠμων ἐγκυτι κεκαρμέν.

Plautus dixisse videtur strictim in Captivis:

*Sed utrum strictum ne tonsurum esse dicam, an per pectinem, nescio.*

Quomodo legimus salaciores fœminas & prostitutes σκάφιον κείεσθαι solere: quin potius ad justam quandam moderationem revocari tonsuram censemus, qua de re jam antea plus sat. Celebratur à scriptoribus & ἐκτόρει την κόρην, tonsura Hectorea, cuius meminit Anaxilaus Comicus:

τὴν Ἐκτόρειον τὴν ἐφίμερον κόρην. id est:

*Hectoream & amabilem casariem.*

Lycophron quoque ille tenebriscosus in Alexandra, τὰς ἐκτορείοις ηγλαῖσμένας κόμαις, hoc est, Hectoreis superbientes crinibus. Item Eustathius iliad. ¶. ἄλλοι δὲ καὶ Ἐκτορέην φιλῶσι καρδῖν, ἥν περιλαλεῖ καὶ λυκόφρων. id est: Nonnulli Hecto-

Etoream tonsuram amant, cuius mentionem  
 facit & Lycophron. Porro (, appareat Hecto-  
 , rem promissam & fluentem in humeris cæ-  
 , sariem aluissè, quam rationem Daunii & Peu-  
 , cetii à Troianis temporibus mordicus tenu-  
 , runt: unde & Hectoreos dici annotat He-  
 , sychius comatos. ") Hectorea tonsura, ut  
 vult Isacius Zezes, retro pendulam crinum  
 sylvam promittebat, anteriore præfecta, quem-  
 admodum de Theseo apud Plutarchum legitur,  
 qui Delphico Apollini sacrata juvenili coma,  
 antias Deo detonsas, non autem abrasas (ut ma-  
 lè reddidit Lapus Florentinus interpres) ap-  
 pendit, intonsis posterioribus: unde & nomen  
 ei tonsuræ generi Theseidi fuit, ut ibi refert  
 Plutarchus. , Et astipulatur Polyænus strata-  
 , gematum autor, quamquam & ejus inter-  
 , pres rasuræ vocabulum pro tonsione malè  
 , nobis appendit. " Certè Timæus eo tonsu-  
 ræ genere caproneas præcidi, posteriores cri-  
 nes per cervicem sparsos diffluere testatur. Ab  
 hac diversa erat προκότλα, quæ anteriorem cri-  
 nium materiam relinquebat intonsam, reliqua  
 omni succisa, ἀπὸ τῆς κοτίδης, qua voce Do-  
 res caput notant. Memoratur & σάβυτη tonsuræ genus ad formæ gratiam comparatum:  
 ut & Mæchus, infame in cynædis, pathicis  
 effœminatisque notatum, qua gratia Cratinus  
 poëta Comicus ab Aristophane traducitur,

negr.

περιττὸν τοῦ αἰὲν πεκαρμένον μοιχὸν μιᾶς μαχαιρᾶς ; id est , Cratinus usque tonsus est Mœchum uno forfice . „ Est & Hesychio ἐπίσεισος tonsuræ „ species . ” Enumerat & tonsuræ genus Pollux τελετροχαλάτην , non explicat tamen , quod suo more facit , Græcæ linguæ divitias non enucleare , sed tantum indicare satis dicens . Evidem ea voce id tondendi genus significari autumo , quo in orbem æqualiter capillitii villos præfecabant , quem morem nondum obliteratum in Anglia videre est : atque ita fortasse Judæos τροχοντεράς dixit Chœrilus poëta , Alexandri Macedonis notabilisti pulatione insignis ; forte quod eam rationem , quam dixi , in tondenda in orbem coma observarent , quibus tamen id veritum fuisse legē constat : nisi poëticè vicinarum gentium morem Judæis tribuisse illum dicamus . Eusebius Euangelicæ demonstrationis lib . 9. citat hunc illius versiculum de Judæis Solymos montes incolentibus :

αὐχμαλέοι πεφελᾶς τροχοντεράς . hoc est :  
*Squallentes capita , et tonsi orbiculariter omnes .*  
 Quomodo & Arabes ferè apud Herodotum Thalia , κέιρονται , inquit , ὑποτρόχαλα περιεχόντες τὰς κροτάφες . Tondentur in orbem leviter , ratis circumquaque temporibus . quo tondendi modo usum fuisse Liberum patrem opinabantur . Plutarchus in muliebrium virtutum elo-

elogio scribit Aristodemi Cumanorum tyranni  
 iussu puellas ἀειτρόχαλα κέιρεσθαι coactas fuisse.  
 „ Quo tondendi ratione usos & Constantino-  
 „ politanos Imperatorcs lego , ut Alexium  
 „ Comnenum apud Nicetam τὴν κόμην κειράμε-  
 „ νον ἀειτρόχαλα. Idem etiam Siculos capita in  
 „ orbem circumtonsa habuisse ostendit , hoc  
 „ est , τὴν πεφαλὴν ἀποθειχθῆναι ἀειτρόχαλα. ”  
 Fit & Thraciæ tonsuræ mentio apud Theocri-  
 tum ibi , οὐδὲ θρακις κέκαρμαι , haud Thracum  
 more sum attonsus , quum vellet innuere , non  
 ad vivam usque cutem detersos esse capillos.  
 „ Extat & Hunnicæ tonsuræ exemplum apud  
 „ Procopium scribentem de Venetis Justinia-  
 „ ni Imper. temporibus eò vecordiæ res ve-  
 „ nisse , ut in comæ arbitrio discrimin omne  
 „ ponerent : Veneti nanque diversius ab illis  
 „ tondebantur intactam relinquentes barbam ,  
 „ quæ mentum malisque umbrabat , eamque  
 „ promittentes Persarum more : capillitum  
 „ verò anterius ad tempora usque truncabant,  
 „ reliquam in occipitio sylvam quam prolixif-  
 „ simam dependere permittentes nulla lege  
 „ ad modum Massagetarum , idque tonsuræ  
 „ genus γυνιον , id est , Hunnum vocabant :  
 „ Græca ejus verba sunt. ἀπεκείροντο γὰρ αὐτὴν  
 „ (κόμην) ὅδεν ὄμοιως τοῖς ἄλλοις , τῇ μὲν γὰρ μύ-  
 „ σανος καὶ τῇ γενείου ὄνδαμη ἡπλοντο , ἀλλ' αὐτὸν  
 „ κατακομᾶν ἐπι πλεῖστον ἔσπεροι πέρσαι ἔσται ἥθε-

„ λον, τῶν δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ τελχῶν τὰ ἔμπροσθεν  
 „ ἄχεις ἐσ τὸς κροτάφως ἀπολεμούμενοι, τὰ ὅπισθεν  
 „ ἀποκρέμασθαι σφίσιν ἐπὶ μακρόταλον, λόγῳ γδέντι  
 „ ἐιων ὡς αἱ μασταγέται, διὸ καὶ ὄνυντον ἐκαλεῖτο τὸ  
 „ αὐτὸς εἶδος.

## CAPUT VII.

*De lenocinio ornandi, fucandi, unguentis perfundendi. sertisque cingendi capillitii.*

**C**omendo capillo varia exquisivit tormenta pariter & instrumenta luxus illè opum conturbator, & effrænis petulantia, quum alioqui soleant esse optima, quæ minimè sint accessita, & quæ simplicibus atque ab ipsa veritate profectis similia sint, ut à Fabio dictum est. Neque enim satis fuit initio capillos promittere, quin eosdem in nodum colligere, in cornua torquere, crispare, tingere, ornamentis addititiis redimire, libido sui intemperans doceret: ex qua officina prodiere non modò pectines, acus, novaculae, forfices, verumetiam pigmentorum non unum genus, unguenta, lixivia, fasciæ, vittæ, teniæ, ejusque generis alia, de quibus ut in sermonem quidque incidet, singulatim pauca delibabimus. Ac de pectine quidem primo loco: cuius usum inculpatum esse assero, non incompl-

planando solum crinum horrore, & deducendis lendifibus pediculisque, sed & ad excitandos consopitos spiritus laudatum, dum affiectu denticulorum meatus cuticulareis referat, tumidosque vapores discutit. Pectinem, quia capillos explicet (inde nanque vult illi nomen esse Varro) atque complanet, κοσμοκόμην. κτένα epitheto dixit Epigrainmatarius; & σεγανῶν συγχιδα κεριὸς, ut vult Suidas. Et rursus, τεχῶν σαγηνευτῆρε πήξιον κτένα, hoc est, crinum everriculatorem buxeum pectinem: ac buxeum quidem, quod olim è buxo, ut etiamnum, comparabatur: quanquam & eburneum legimus, & Callimachus aureum quoque agnoscit, ubi talem à Nymphis adferri ad Palladis lavacrum jubet, his versiculis:

οἰστεις ἡγή κτένα οι παγχεύσεον, ὡς ἀπὸ χάιταν πέξηται, λιπαρὸν σμασαμένα πλόκαμον. id est, Pectinem & ex auro producite, possit ut udos  
Extergens crines pectine dividere.

Officium pectinis eleganter hisce versibus expressit Claudianus poëta in nuptiis Honorii ita scribens:

Largos hæc nectaris imbres,  
Irrigat, hæc morsu numerosi dentis eburno  
Multi modum discrimen arat, sed tertia retro  
Dat varios nexus, & justo dividit orbes Ordine.  
ubi non modò fœminarum in comendo capillito operam curiosamque diligentiam commo-  
dè

reddidit, sed etiam unguentis imbuendi atque in annulos contorquendi usum notavit haud dissimulanter. Idem alibi :

*Thessalico roseos noctebat pectine crines.*

Juno apud Homerum Iliad. Jovi marito pellaciæ astum pectendo meditatur.

*χάρτος πεξαμένη πλοκάμυς ἐπλεξε Φαεινός.  
hoc est :*

*Depexos nitide nodo substricta capillos.*

Veneris simulachrum Romæ pectinem gerebat, idque ex tali causa. Grassante inter Romanas mulieres pruritu quodam capillis exitiali, quum in mali remedium novaculis deradi capillos jussissent universæ, inutili jam tum pectinum usu, vota nuncupantes Pectinigeræ simulachrum Deæ dicarunt, quo facto rediit capillitii decor pristinus, ut apud Suidam lectum est. Electra Euripidis è pexura capillorum discriminem sumit : nam quum senex ejus nutritius attulisset illi derafos capillos, quos ad Agamemnonis tumulum inter litandum offenderat, Orestis eos esse persuasus, illa eximit scrupulum, dictitando illos esse palæstritæ cujuspiam, hos vero molliores, quam qui viri sint, utpote pexos saepius. ita enim habet :

*οὐ μὲν παλαισεγις ἀνδρὸς ἐνγενῆς τραφεῖς,*

*οὐ δὲ κτενισμοῖς θῆλυς.*

At enimvero ut in barbaris Turcisque impexos squalentesque crines damnat Agathias, ita &

ini-

immodicum pectendi studium in viris infame est , in fœminis tolerandum. Horatius Odar. lib. 1. Oda. 15. Paridi objicit , quod Veneris præsidio stultè ferociens cæsariem nequicquam pectat. Qu. Calenus Fufius Ciceroni objicit depexos canos , mollitiei nota inusta. τίς δὲ γένεσθαι τῶν πολιῶν σῆς τῶν κατεκλεισμένων. Quis est , cui non subolent depexi isti tui cani ? Quod ipsum in Catilinariis criminatur Cicero , ulceribus , quibus in aliis offenditur , ipse scatens , quos pexo capillo nitidos vocat. Duris Samius luxui popularium suorum adscribit , quod in Junonalibus incedere solerent depexit in humeros usque crinibus ; id quod & Asius poëta genere Samius confirmat dicens :

Φοῖτεσκον ὅπως πλοκάμυς κτενίσαιβο  
ἔις ἥρας τέμενος. id est :

*Junonis subeunt lucum , quò pestine fulcent  
Cincinnos.*

Istud olim in Francorum regibus notatum fuit , qui diligentius pectendo crines comere solebant , testante Agathia lib. 1. Quin & Indos multum posuisse studii in pectendo , testimonio Ovidii innotescit , epitheto isto eos insignientis , Depexos crinibus Indos. Quod & Qu. Curtius lib. 8. ostendit dicens Indos sæpius capillum pectere , quam tondere : quinetiam regem ipsum in pecten-

do ornandoque capillo responsa legationibus, & jura popularibus reddere solitum, idem autor scribit. De Lacedæmoniis in ipso conflictus ac vitæ discriminis limine sese pectentibus suprà dictum est. Attamen crines pexos disponere atque fingere ad speculi censuram, tanquam improbum exemplum, famæque integræ parum conveniens, Eleætra apud Euripidem in cognomine sibi fabula damnat in Clytemnestra matre in mariti absentia istud formæ lenocinium quærente, sic inquiens :

*ἢ ξενθὸν κατόπτρῳ πλόκαμον ἐξήσκεις κόμης.* i. e.

*Quæ flavos crinum orbes ad speculum studiose componebas.*

Superstitionem ethnicam spirat, quod uxori Flaminis Dialis nunquam pectendo comere capillum fas esset, quod de se ipsa restatur apud Ovidium in Fastorum libris lib. 6.

*Non mihi detonso crinem depectere buxo,*

*Non ungues ferro subsecuisse licet.*

Sequuntur forfices (*μαχαιρίδæs* & *μαχάιελος*, *ἀργιδæs* & *ψαλιδæs* Græci nominant) quorum usus non est minus inculpatus & necessarius, quam pectinis, ad tollendam crinum luxuriem comparitorum : videnturque mihi à forvos faciendo nomen rectè accepisse, ut-pote qui refecato crinum horrore ruborem formæ, qui è calore sanguinis nascitur, re-

vocare atque ostendere videantur , veteribus forvum calidum appellantibus : unde & forcipis nomen , quod ferrum calidum capiat , Sofipatro teste ; qui has , de quibus loquimur , forpices dici ait , tonsorum videlicet , quibus pilum secent , quum forfices sint sartorum . Neque supervacaneum fuit , quod Junonis simulachrum prætulerit æneum forficem , ut testatur Suidas , propter repræsentationem munditiæ ex metaphora forficulæ tonsoriæ corpus nitens reddentis : quamvis in odiosam partem proverbiali schemate apud Jul. Pollucem legatur διπλῆ μάχαιρα κείγεσθαι , hoc est , binis tonderi forficibus , quod in eos , qui plus nimio componendo corporis decori impendunt studii , torqueri potest .

Proximo loco est acus , qua ad componendam cæsariem utebantur , in viris reprobi omnino usus : hanc Græci βελόνην & ξανεῖον , Plutarchus etiam κυνίδα à pungendo , Latini discriminale , & discerniculum , teste Nonio , appellant ; cuius postremi vocabuli est apud Lucillium mentio , quum inquit : Euplocamo deligitis discerniculum capillo : ita legitur manuscripto codice vetustissimo , non autem digitis . Ovidius insuper crinale dixit in Transform. libris . Acus officium consumebatur in rejicienda in partes dividua coma , discriminando capillorum æquamentum ,

*λύσωμα* Aristoteli dictum. Sic calamiftri ;  
hoc est , acus majoris erat , crinem in cin-  
cinos contorquere & vibrare , qua de re  
proximo capite fusius agemus. Petebatur  
olim acus ex arundine , unde *καλαριδης* no-  
men apud illos : cuius in locum successerunt  
argenteæ , eburneæ , crystallinæ , & vitreæ.  
Acus usum clarissimè demonstrat Claudianus  
eo versu :

*Illi multiplices crinis sinuatur in orbes*

*Idalia divisus acu.* Et Martialis in secundo :

*Unus de toto peccaverat orbe comarum*

*Annulus incerta non bene fixus acu.*

Et iterum in Distichis :

*Figat acu tortas sustineatque comas.*

Juvinalis de crinium concinnatrice suo mu-  
nere defuncta loquens inquit :

*Emerita quæ cessat acu.*

In Dionis historia lectum est Cleopatram Æ-  
gyptiam consivisse sibi necem acu , qua ca-  
pillos discriminare consueverat , veneno præ-  
sentissimo imbuta , quod solo sanguinis con-  
taetu citissimam & doloris expertem mortem  
accelerabat : quod in Antonio Plutarchus  
quoque tetigit. Item Fulvia M. Antonii  
uxor Ciceronis crudeliter obtruncati lin-  
guam ab intimo faucium recessu eductam  
acu , qua in componendis crinibus utebatur ,  
iteratis iectibus confodisse apud eundem Dio-  
nem

nem proditur lib. 47. Nobilis illa heroina Juditha hosti insidias moliens , discriminato acu capillitio splendide exulta , in castra proficiscitur. At quod ab Agathia scholastico lib. 1. literarum monumentis traditum est , morem habuisse Francorum reges , ut à fronte utrinque discriminatos crines rejicerent , istud factum viris neutquam in exemplum trahendum , imò ut mulierosius damno prorsus. Novaculae usus reprobis in caput de rasura incurrit. Est & damnandus vetus fasciarum (*αιναδεσμως* vocant) usus fæminis receptus olim in fastigiando , & crinem aggestum (quem *ωθηκεφάλαιαν* dicunt illi) in turrim quodammodo aut metam primore in capitis parte extruendo : cujusmodi structuram Tutulum vocari autor est Sex. Pompeius , & dè lingua Latina Varro , eò quòd tutissima in arce capitis , aut tuendi capilli gratia fieret : de qua eleganter Papius in Violantillæ Epithalamio :

*Celsæ procul aspice frontis honores,*

*Suggerimusque comæ. Et paulò clarius Junius  
Juvenalis Sat. 6. ubi fœminas perstringit, quòd  
ea ope proceritati adminiculum quærerent :*

*Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum  
Ædificat caput, Andromachen à fronte videbis,  
Post minor est.*

Notavit istud eruditè Nazianzenus Gregorius  
Mm 3

rius mulieres cincinnos in modum turris agerentes taxans eo versiculo :

*μῆνεφαλὰς πυργύτε νόθοις πλοκάμοισι γυναικες.*

*Ne caput ædifices ascito fæmina crine.*

Quo quoque Septimius libro de fæminarum cultu doctè idem exequitur his verbis : Præterea nescio quas enormitates sutilium & textilium capillamentorum , nunc in galeri modum , quasi vaginam capitum & operculum verticis , nunc in cervicem retrò suggestum. Ubi obiter velut in transcurso admonendus est lector mendæ , quæ vice sutilium habet subtilium in prioris æditionis Germanico exemplari. Quæ res multò intolerabilior in viris est , quum Strabo lib. 15. ex autoritate Clitarchi Indicum quoddam philosophorum genus implexos crines in modum tiarae aggerere prodiderit : ita enim vertere libuit ἀναπλεκομένης ἢ μιτρεσθαι τὰς κόμας. Quid quod aureis fasciis comas substringere solere Arimaspos populos indicat Lucanus ? Huc spectat & reticulum , & vitta , teniave , quibus crines religabant , aut involvebant ; cuiusmodi supellex apud Græcos ἀμπυκας habet , πεκρυφάλας , πεγίδεμνα , ἀναδεσμὰς , & ταινίας , quorum in Homero extat mentio . & in Epigrammatibus lego :

*Πορφύρεον χάιτης ἔνδορφος πεκρύφαλον . hoc est :*

*Purpuream vittam , qua coma vinclata manet.*

Ubi

Ubi notandum est bifariam legi & ἔκλοες & πύτοες vocibus propemodum consonis ejusdemque significationis, ut sit vitta vel retinaculum comæ vel conservatrix. Et iterum alibi :

ηδὲ φιλοπλέκοιο κόμας τφιγκτῆες Φιλανίς

Βαπτὸν ἄλος πολιης ἀνθεσι πεκρύφαλον.

Atque comæ implexæ retinaculum murice tinctam  
Cæruleo vittam lauta Philænis habet.

Apud Philostratum in Helladicis **coma** Cri-theidos sub aurem revincta κρηδέμνω ἀλεγεγεῖ cærulea vitta religata fuisse legitur. At minime ferendum videtur, quod idem autor scriptis consignavit, Empedoclem Agrigentinum philosophum vitta purpurea crines succinctum per compita incedere consueisse: quomodo purpuratorum in aulis degentium grex aureis uti solet proximè accedens ad fastum atque proterviam Colophoniorum; quos tradit Phylarchus propter commercium cum Lydis tantum mollitiei in mores transsumpsisse, ut aureis redimiculis crines digestos concinnè exornarent: quod & Xenophanes poëta confirmat dicens inutilem eos à Lydis haussisse dementiam, cum quibus in eadem navi fuit, qui comam nutriebat aureo reticulo in corymbos implexam apud Suidam, ὁ κόμην τρέφων χευσώ σρόφω πεκρευμβω-  
μένην. Ad crinum compturam faciunt fre-

quens lotio , quæ sapone sive smegmate , & pilis Mattiacis à Martiali dictis , obitur : item lixivium , quod *κονίαν σακλήν* illi dicunt. Letum est in Strabonis Geographicis lib. 15. Indos solennis festi in loco habere diem , quo rex lavaret cæsariem. At smegmatis meminit Martialis non semel , ut ibi :

*Caustica Teutonicos accedit spuma capillos.*

Et iterum :

*Et mutat Latias spuma Batava comas.*

Commodus hîc patet ad pigmenta trajectus , ubi in primis illud occurrit , capillorum tinteturam primùm à Medea excogitatam , quem admodum in *σεωματέων* libris edisserit Clemens : μῆδαια , inquit , ἡ αἰγάτη ἡ πολυχίς πεωτη τεχνῶν ἐπενόησε βαφὴν , præclarum scilicet lenocinii rudimentum , quod Palæphatus , refert ad naturam floris cuiusdam , quo crines vel rutilos vel nigros redderet . ” Deinde Cleopatra opere , quod fucatorium inscripsit (ita nanque *κομμωτικὸν* reddere libet) diversas tingendi ornandiique capillitii rationes executa est. Quæ res ut in viris summè pudenda , imò detestanda ; ita è diverso impotenti natura atque indomito animali fæminæ (cui munditas , ornatum , cultumque pro insignibus esse permittenda scitè differit apud Livium lib. 4. belli Maced. Lu. Valerius) eatenus indulgenda , dum certis finibus

bus coērceatur licentia nimiaque curiositas ,  
 atque intra fucum consistat : siquidem fuca-  
 ta omnia ipso formæ labore foedissima esse ve-  
 rè dixisse putatur Fabius. „ Perictione Py-  
 „thagorica libro de muliebri concinnitate ,  
 „ quod honestam matronam maximè deceat  
 „ edifferens sic inquit , ὃνδὲ πλέξεται πολυ-  
 „ λεχνίησι τρίχας , γόδὲ ἀλείψεῖσι Αἴρεθίης ὁδμῆς  
 „ ἐμπνέονται , γόδὲ χρίσεται πρόσωπον λευκαίνουσαι  
 „ ἢ ἐρυθράίνουσαι τοῦτο. id est : neque multa ar-  
 „ te crines implicabit , neque Arabicum odo-  
 „ rem spirantibus unguentis corporibus per-  
 „ unget , neque faciem cerūsa aut purpu-  
 „ rislo illinet. ” Invehitur Clemens ὁ σεωμα-  
 τεὺς acriter in eos , qui meretricio more vultum  
 pingunt , cæsariemque tingere non cessant.  
 Lepidè jocatur in anum canos tingentem Lu-  
 cilius Epigrammatarius dicitans fuco nun-  
 quam effici , ut ex Hecuba fiat Helena. Cæus  
 quispiam magno natu homo , cætera futilis ,  
 ob senectam tamen venerabilis , inducto fu-  
 co canos tegere conatus legationem , cuius  
 causa Lacedæmona venerat , exponere cum  
 cœpisset , Archidamus rex animadverso do-  
 lo assurgens , quid , inquit , sani dixerit iste ,  
 qui non animo tantum , verùm etiam capite  
 mendacium circumfert ? simulque cum dicto  
 orationem hominis explosit , ac pro indicta  
 habuit , uti refert Ælianuſ lib. omnigenæ

historiæ septimo. Similiter Philippus Mace-  
do Antipatrum , quem ex amicis in judi-  
cum ordinem cooptarat , capillos pariter &  
barbam fucantem , ut mendacem summovit  
dictitans in crinibus infidum nihilo fidelio-  
rem in rebus gerendis fore. Hujus filius  
Magnus haud vano cognomine Alexander  
senem capillos inficientem conspicatus , Ne  
comam , inquit , tingas , sed , si potes , ge-  
nua ; ut à Plutarcho scriptum est. Ridet pul-  
chre Lentinum quendam Martialis :

*Mentiris juvenem tinctis Lentine capillis ,*

*Tam subito corvus , qui modò cygnus eras.*

Aristophanes quoque traducit Lysistratem  
quendam exercitus ducem , qui pigmento  
quopiam crines denigrabat ; ita enim ait :  
*οὐδὲν ἀν εἰ τὸ φάγμασκον ἐψευστεῖται , ὃ λυσικράτης μελάνεται.* id est : Ne si coxeris quidem pig-  
mentum , quo Lysistrates atratur. Propertius  
in Cynthia sua infectionem capillorum dete-  
statur , quæ cæruleo colore eos more Britan-  
no inducebat , his versibus :

*Nunc etiam infectos demens imitare Britannos ,*

*Ludis & externo tincta nitore caput.*

*Ut natura dedit , sic omnis recta figura.*

Imprecatur denique mala multa puellæ ,

*Quæ mentita suas vertit inepta comas.*

Pyrrhus tamen Epirotes coma fucata incede-  
re solitus interdum legitur. Et Martianus

Ca-

pella Indos omnes comarum fuco decorari ait ; quod Solinus Polyhistor his verbis confirmat : Indis omnibus promissa cæsaries non sine fuco cærulei aut crocei coloris. Duris Historicus refert Demetrium Phaleræum solitum ruffare , id est , ξανθίζειν , crinem capit. Ejusmodi homines fuco cæsariem inducentes τειχοβάπτεσι appellat Synesius libello toties jam citato.

Reliquum est , ut unguentorum & corollarum delitias percurramus. Μυροβρέχες vocant Græci , qui delibutos unguentis capillos habent , sed ubique mollitiei & luxus argumento. C. Titius in oratione pro lege Fannia prodigos sui temporis mores describens ita ait : Ludunt alea studiose unguentis delibuti , scortis stipati. Cicero de L. Pisone contumeliose illud , Erant , inquit , illi compiti capilli , & madentes cincinnorum fimbriæ. Item de eodem in oratione post redditum in Senatu habita : Primùm processit qua autoritate vir ? vini , somni , stupri plenus , madente coma , composito capillo. Idem in Gabinio consule unguentorum fragrantiam suggillat. Sic in oratione pro Pub. Sestio : Consul , inquit , unguentis delibutus , calamistrata coma. Rursum pro Sex. Roscio capillum compositum ac delibutum fastus & mollitiei symbolum notat. Varro in sesquiallyle ,

lysse Trossulis , hoc est , equitibus Romanis objicit , quod nardo nitidi vulgo incederent . Martialis alicubi mulierosum & mollem hominem , crine nitentem & unguento nigrum traducit . Idem luxu diffuentem describit ita :

*Cujus olet toto pinguis coma Marceliano.*  
 unguento nimirum à Marcelo quopiam pigmentario nobili concinnato . Agathii historia aulicum mancipium mollitie fractum , delicato unguenti latice cincinnos simul cum fronte imbuentem , his verbis infectatur , αἴσησαγὲς ἔχων ἀεὶ τὸ μέτωπον καὶ τὰς βοσγύχας . Diogenes quandam capillos unguento delibutos habentem hoc pacto momordit : Cave , inquiens , ne capit is fragrantia vitæ malevolentiam adferat : innuere volens , mollitie , quæ unguenti usu notetur , famam denigrari . Testatur Galenus delicatas fœminas Romæ comparato è malobathro unguento , quod foliatum vocabant , crines imbuere consuevisse . Demum corruptis jam priscis moribus , & in Asiaticam luxuriem commutata pristina virtute , inolevit apud Romanos consuetudo , ut , quoties liberet genio indulgere , delibuti comas unguentis ac sutilibus textilibusque fertis redimiti potarent : ad quod hortator etiam extitit Epigrammatarius lib . octavo , ubi ait :

*Si sapis, Assyrio semper tibi erinis amomo  
Splendeat, & cingant florea serta caput.*

Sic & Horatius oda prima :

*Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire  
myrto,  
Aut flore, terrae quem ferunt solitæ.*

Sic apud Silium lib. 11. non pugnat Hannibal crinem amomo Assyrio perfundere. Horatius lib. Carminum secundo suadet, ut nitent Syrio malobathro capilli ei, qui velit vivere. Archestratus in γαστροφίᾳ opere à veteribus plurimum decantato morem hunc exponit ita :

ἀεὶ δὲ σεφάνοισι κάρη παρὰ δῶται πυκάζεις  
παντοδαποῖς, οἷς ἀν γάιας πέδον ὄλβιον ἀνθεῖ,  
ηγῇ σαντοῖς μύροις αγαθοῖς χάιτην θερψίπενε.

Quos ita converti in transcursu :

*Inter cœnandum circundato tempora fertis  
Omnigenis florum, tellus quos funditat alma,  
Pigmentis certa & liquidis perfundere crines.*

Anacreon quoque poëta melicus de se ita canit :

ἔμοι μέλει μύροισι  
καταβρέχειν ὑπήνην,  
ἔμοι μέλει ρόδοισι  
ιατασέφειν κάρηνα. id est :

*Curae est mihi perpluere pigmentis barbam, re-  
sisque vallare tempora.*

Eodem pertinet illud Martialis :

*Quum*

*Quum regnat rosa, quum madent capilli.*  
Nec abludit hinc Nasonis illud :

*Habent unctæ mollia ferta comæ.*  
Refert Valerius Maximus, Jonas primos induxisse consuetudinem unguentorum & coronarum in conviviis, luxus incitamenta. Nam quod Ægyptii inter pocula simul cum fertis morsicantes aviculas (*δανυάδας* vocabant) adhiberent, quæ somnum interpellarent, degeneris petulantiae exemplum videtur. Sed ad unguenta redeat sermo. Tibullus de Amasia loquens :

*Stillabat Tyrio (inquit) myrrhea rore coma,*  
hoc est, myrrha imbuta : ea nanque germanior videtur esse lectio, quam, vulgatis in codicibus quæ habetur, myrtea. Ita Flaccus lib. 3. Odar. myrrheum nodo cohibere crinem dixit : & myrrha madidos capillos celebrat Ovidius lib. 5. Metam. apud quem Sappho negat suum capillum olere Arabico rore. Martialis madidas nardo comas habet alicubi. Sidonio Apollinari describitur Indus pinguis amomo crinem : sic enim legendum, non crimen. At Naso unctos & odoratos nominat capillos, quos Homerus ambrosios, & ex eo Virgilius de Venere lib. 1. Æn.

*Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem  
Spiravere.*

Quin

Quin & croco imbuere crines, in mores rece-  
ptum legimus; quod indicat Propertius lib. 4.

*Terque laret nostras spica Cilissa comas.*

Indos etiam croceo medicamine crinem tin-  
gere testatur in Pharsaliæ tertio Lucanus.  
Porrò imbuendis crinibus comparatum un-  
guentum, Capillare dixit Epigrammatarius,  
ut à Cælio annotatum est. Sed de his, ut  
parum virilibus, abundè multa: nunc ad  
dubii generis materiam transcendamus, quæ  
videlicet & nativæ sedis privato jure tueri se  
potest, & adoptivo mancipari, legitima ea-  
dem & notha: crispaturam dico, quæ tam  
est ascititia, quam est naturalis, uti decla-  
rabimus.

### C A P U T VIII.

*De crispatura & contortione capillorum.*

**C**RISPITUDO naturalis, quam velut βλαυ-  
σότητα, id est, blæsitatem quandam  
pilorum in problematibus interpreta-  
tur Aristoteles, duplicitate ratione, ut à Ga-  
leno in secundo de temperamentis scit. 14.  
proditum est, aut vi caloris siccitatisque,  
aut cuticularium meatuum tortuoso anfractu,  
per quos capilli exeunt: id quod Onesicri-  
tum latuit, qui conatus rationem explicare,  
cur exigui incrementi capillos, crispos ta-  
men habeant Æthiopes, causam solis vici-  
niæ

niæ acceptam ferendam autumat, cuius hi  
versus apud Geographum leguntur lib. 15.

ης ἀγχιτέρμων ἥλιος διφερελατῶν  
σκοτεινὸν ἄνθροπον ἐξέχεωσε λιγνύον  
εἰς σώματ' ἀνδρῶν, καὶ συνέτελεν κόμας  
μορφᾶς ἀνανεύτοισι συντήξας πυρός. hoc est:  
*Propiore quâ Titan agens axem orbita,  
Fuliginis migrore tinxit corpora  
Virorum, & ignis vi parum auctiles comas*

*Liquando adussit.* Nimirum ille deliquio atque inopiæ superficiarii madoris crinibus alimentum præbentis causam adscribere debuerat potius; quam inopiam torridus solis fervor conciliat exuccam reddendo cutem & exurendo dissipandoque per superficiarios poros vapores crassos materiam genitalem crinium: unde fit, quod in universum meridionales gentes οὐλότελχας, hoc est, crispas, ut septentrionales απαλότελχας à plano crinium æquore nominant Adamantius & Polemon diligentissimi physiognomonicæ scriptores: quod his accidere, tum propter naturæ & temperiei, tum ob ambientis etiam aëris humiditatèm: illis è diverso ob earundem rerum siccitatem, differit Aristoteles in lib. 5. cap. 3. de generatione animalium. Itaque crispitudinem illic definit esse convulsionem pilorum ob humoris inopiam ab aëris ambientis ardore. Huc facit Indi species à Calli-

Callistrato descripta , habentis ἐνθαλῆ καὶ στάλη τὴν χάιτην ὥκ ἀκράτῳ τῷ μέλανι λάρπτωσαν , οὐλλ' ἐκ τῶν ἀκρων πρὸς κόχλῳ τυεῖας ἀνθεῖται εἰλίγσαν , id est , copiosum crispumque capillitum , non mero nigrore resplendens , at superficie tenuis cum Tytii muricis flore certans . Est & altera crispitudo arte conciliata , videlicet sartagine , lamina , acu , calamistroque cudentibus , nec non & causticis medicamentis : quam rem qui profitebantur , Ciniflones Horatio & Seneca appellantur à calefaciendis in cinere calamistris , id est , acubus majoribus , sive verubus ad crispandos crines comparatis , quasi in cinerem flantes , ut annotat Acron vetus Grammaticus . Cinerarii iidem Catullo dicti ab eadem occasione , quod muliebre esse ministerium dicit Sosipater . Hos Junius Columella capillorum concinnatores dixit , Tertullianus structores capillaturæ , Græci βοσευχωστόνες & κομώταις . Aristophanes falsè τειχοβόσευχας ejusmodi concinnatrices vocat . alii etiam κομωτρίας & ἐμπλεκτρίας . Munus verò ipsum Latini eleganter dixerunt comam in gradus frangere (Virgilius etiam vibrare ferro crines) quando delicati & molles homines inurendo con torquendoque scansilem faciunt capillum velut gradibus quibusdam , atque undis quodammodo crispantem . Sic fermè apud Epigrammarium epaphæresin exponunt recentiores ,

cæsariem videlicet, quæ tondendo in gradus quodammodo scansilis succiditur, ut in annotatiunculis obiter illic annotavimus. At enim vero summa invidia semper laboravit & molitiae macula calamistratura, neque id sine causa. Phocylides gravissimus poëta masculis pueris non vult complicari crines verticis, aut in cincinnos cogi:

*Μὴ μὲν ἐπ' ἀρσενὶ παιδὶ τρέφειν πλοκαριῶδα χάιτην,*

*Μὴ κορυφὴν πλέξῃς, μήθ' ἄμματα λοξὰ κορύμβων.*

id est:

*Cæsariem ne mas crisplos producat in orbes,*

*Vincula neve plicant crines contorta corymbis.*

Portius Latro, sive is Vibius Crispus fuit (id enim controversum esse video) in Catilinaria invectiva acerbè suggillat Romanos juvenes, qui in oculis civium calamistrati obvolitabant passim. Et Cicero Lu. Pisonem, ut profligatae vitæ hominem, cincinnatum ganeonem appellat. Idem in Gabinio consule frontem calamistri vestigiis notatam, capillumque compositum traducit: rursus eundem calamistratum saltatorem nominat. Nonne ista apertissimè prodigiosam mollitiae in calamistratura significationem loquuntur? Quid clarius illo Aristodemi Cumani Tyranni facto, qui liberos optimatum calamistratos crinibusque intortis incedere præceperat, ut ea ratione mollitiæ assuescerent, quò vitæ suæ metueret minus.

Quid,

Quid, quòd in fœminis quoque imbecilliore sexu cultum corporis, qui in crispandis capillis ponitur ( $\tauὸν ἐκ πλοκῆς κόσμον$ ) graviter improbat D. Petrus? Quin & assertor gentium Paulus vult i Timoth. 2. fœminas modestiam servare, non intortis crinibus componere sese.  
 „Damnat & Clemens Alexandrinus paedagogi tertio,  $\tauῶν πλοκάμων ἐνουλισμάτων$ , id est, „cincinnorum crispationes.“ Sed audiamus Q quoque Septimum libro de fœminarum cultu istam operositatem damnantem: Quid, inquit, crinibus vestris quiescere non licet, modò substrictis, modò relaxatis, modò suscittatis, modò elisis? aliæ gestiunt in cincinnis coërcere, aliæ ut vagi & volucres elabantur, non bona simplicitate affligitis. Quibus verbis complexus est ferè tormenta omnia, quibus annum consumunt fœminæ, dum moluntur, dum comuntur, ut est apud Comicum. Adde huc, quòd ipsi quoque Cupidini molitiæ omnis duci atque autori caput inumbrant crispis cincinnis & Moschus Bucoliaestes & Callistratus. In calamistraturæ viciniam venit & capillorum curiosa contortio apud varias nationes olim recepta. Seneca libro de ira tertio crinem in nodum coactum Germanis tribuit. Tacitus libello de Germanorum moribus insigne ait fuisse Suevorum gentis obliquare crinem nodoque substringere, quæ

nota eos à reliquis Germanis , & ingenuorum conditionem à servili separabat. Martialis de Sicambris Germaniæ populis subactis idem testatur : Crinibus , inquiens , in nodum tortis venere Sicambi. Silyres occiduæ Britanniæ populi tortos plerique crines habuere autore Tacito. Maurusii apud Strabonem καλλωπιζονται κόμης ἐμπλοκη̄ καὶ πώγωνι . id est : Ornare se satagebant comæ implexu & barba : quo fiebat , ut inter ambulandum rarissimè se mutuò contingenterent , ut intactum maneret capillorum decus. Erat & apud Athenienses festum ἐμπλοκία dictum , quo plexis crinibus incedebant fœminæ , Hesychio teste. Quin & Deorum quosdam capillorum intortionibus crispulos gentilium erroribus adnumerat Arnobius vetus autor. Julius Pollux duo plectendorum crinium genera facit , σειραὶ & υπεύπειροι , qui locus sine dubio ulcerosus est , quem quia ab aliis quoque citatum invenio absque remedio , primus integritati suæ restituere conabor. Constanter itaque legendum censeo σπεῖρρῳ priore loco , ut posteriore υπόσπειροι . In illo proclivis fuit lapsus ob affinitatem literarum τ & π : nec minor in hoc in ευ & φ . Quid verò commune est crinium plexui cum carina navis , quæ σειραὶ Græcè dicitur ? At quanto rectius implexi crines assimilabuntur vel intorto funi , vel serpentium voluminibus ; quam utranque signifi-

nificationem spiræ vocabulum tam apud Latinos , quām apud Græcos complectitur , id quod notius est magisque obvium , quām ut indubitatae rei documenta ex autoribus huc advocanda sint. Quapropter σπεῖρα sive spiram illam plexus formam innui existimo , qua lubricis tractibus inerrant capillorum volutæ in morem anguium caudas nodantium (quod in veteribus marmoreis signis etiamnum videre est , eorumque æmulis picturis) qua in fastigiandis crinibus ferè uti consueverant fœminæ. Atque ea quidem est mea in re parvlicet momenti sententia , cui subscripturos non dubito qui pressius verba ponderabunt : atque ab ea quidem voce alterum quoque plexus genus descendere , ut priori non absimile , puto. Hujusmodi spiras Naumachius σειρὰς , hoc est , catenas appellat eo versu :

Μηδὲ κόμης ὁ θίαστα πολυσχιδέας πλέκε σειράς.

*Neve comæ intortas temeraria nocte catenæ.*

Atenim complicare crines satis non fuit , usque adeo ut auro argentoque nodatos insuper commemoret Homerus. Sic aureis cicadis eos innexuerunt Athenienses , quod antea dictum nobis est. Et Sophron nobilis mimorum scriptor κορώνας ἀναδημένος dixit eos , quibus cincanni in modum cornuum arcus fastigiarentur , aut certè quorum capilli aureis argenteisve cornicibus religati forent (nam utrumque notat

vox νορώνη) cuiusmodi comas cicadis cornici-  
 busque nodatas Martianus Capella bracteatas  
 videtur dixisse : nisi de scobe auri intelligamus  
 istud potius , quam crinibus suis aspersere non-  
 nulli , quod de L. Vero & Gallieno Imp. re-  
 tulit præter alios Trebellius Pollio. Caligula  
 omnib. turpitudinis notis infamis eò vesaniæ  
 proiectus fuisse proditur à Suida , ut muliebri  
 non contentus habitu incedere , capillitum  
 quoque in cincinnos contorqueret , τὴν κόμην  
 πλοκάμοις καὶ πλοκῇ τινὶ περιτέλων καὶ γυναικίζό-  
 μενῷ . „ Archilochius odiſſe se scribit militiæ  
 „ ducem , qui intortis cincinnis superbiat , οὐ  
 „ Φιλέω , inquit , μέγαν σεχτηγὸν θορεύχοισι  
 „ γαῦρον . ” Redeo postliminio ad crispidi-  
 nem nativam , in qua memorabile est quod  
 idem autor in dictione εἰπὼν refert , exactissimos  
 quosque & classicos scriptores crispum quidem ,  
 sed tamen rarum capillitum Christi redem-  
 ptoris effigiei peculiari ratione appingendum  
 censuisse. Ulyssem quoque illum sapientem  
 ἀλονίρηνον , id est , criso capite describit Homerus.  
 Apud Epigrammatarios extat prover-  
 biali scheme dictum illud ἀλότερον σελίνων , apio  
 magis crispum. quo spectat illud apud Aristotelem in Rhetorices tertio , σέλινον ἄλα τὰ σκέπ-  
 λη Φορεῖ , apium crispa habet crura. Et Lucianus in Anoribus , πολὺ τῶν ἐν λειμῶνι ἀλότεροι  
 σελίνων , multò crisiiores pratensi apio. Porro  
 talem

talem hominem τείχων vocat Archilochus : quem immutata vocum textura σκότειχον Herodotus : σλονέμον Alexis & Pherecrates Comici : σλονέρηνον cæteri : Telefilla poëtria σλονίνων : cuiusmodi hominem σερμβολονομῶν , refugum habentem capillum durius extulit Sophocles. „ Nisi mavis cum Hesychio σαβαλο- „ κόμων legere. ” Crispos autem capillos contortosque ἐπισροφίδως dici autor est Eustathius. Aethiopum crines refugos eleganter dixit Lucanus , quomodo & Theodorici Gothorum regis cæsariem in verticem refugam crispari scribit Sidonius. Pari ratione & renodem capillum videtur crispum dixisse Julius Capitolinus , & Plinius Junior vibratum capillitium. Lubet auctarii vice & illud adjicere , quòd priscorum nonnulli in inculta coma gratiam videantur quæsivisse. Tragicus Seneca Hippolytum Appollini comparans , in hoc laudat cæsariem nesciam colligi , in illo nulla lege jacentem & incompositam. Diomedes crispo , sed squalido capillo , σὺν αὐχυνώ , in Heroicis à Philostrato describitur. Ibidem Marcus Byzantius Sophista γενεράδ οὐκέτι κόμης αὐχυνγῶς ἔχει , incomptam & squallentem barbæ pariter & comæ sylvam gerens : ac præter hunc alii nonnulli Sophistæ. At Martialis in Amasia fusas per colla comas tortis præfert.

## C A P U T I X.

*De capillitii coloribus.*

**C**apillorum ornatus colorum varietate distinguuntur, vel nativa secundum gentes & familias, ac pro humoris in corpore exuberantis qualitate, vel acquisititia artis ope aut per medicamenta, quæ quomodo comparari possit, non est instituti hujus exponere: si quem hæc cura tangat, is adeat Galenum, Aëtium, Æginetam, Trallianum Alexandrum, scholæque Arabicæ primores medicos, pluraque offendet, quām quæ æquis oculis devorare queat. Flaviæ genti nomen creavit flavæ cæsaries, ut Ænobarbos barba æris instar fulva nobilitavit. Tacitus Germanis rutilas comas attribuit: eaque de causa in Agricolæ vita Calidonios Britanniæ populos, qui inter Scotos censentur, rutilas habere comas idem autor est, Germanicæ videlicet originis testimonium. Unde Lucanus poëta 10. Phars. de Cleopatræ pedissequis loquens:

*Tam flavos, inquit, gerit alterea crineis,  
Ut nullas Cæsar Rheni se dicat in arvis  
Tam rutilas vidisse comas.*

Et Juvenalis Satyra 13.

*Cœrula quis stupuit Germani lumiina, flavam  
Cæsariem, & madida torquentem cornua cirro?  
Eodem sensu rufsum crinem dat Germanis Se-  
ne-*

neca. Jam & Sicambros subactos flavam sparisse cæsariem Claudianus ait: Usipios simili-  
ter Germaniæ populos flavos nominat Martia-  
lis: nec aliorum auricos Batavos dixit Sil-  
lius. Britannos flavos appellat Lucanus, cæ-  
ruleos Martialis: illud ad capillorum colorem,  
hoc ad infectionem cutis, quæ glasto siebat,  
pertinet. Mamertinus Francos in Britannia à  
Maximino fusos prolixo crine rutilasse ait.  
 „ Procopius Sclavinos Hunnicam gentem sub-  
 „ ruffas plærumque comas habere, colore ne-  
 „ que candido neque rutilo prorsus, neque  
 „ rursus nigricante. ” Getas quoque flavos  
 vocat Claudianus: similiter flavos Arimaspos  
 Callimachus. Itidem ξανθοκόμις, id est, fla-  
 vicomos Danaos Pindarus. Agathyrfos cæru-  
 leo capillo notabiles facit Plinius. Crathis Ita-  
 liæ fluvius flavos conciliare crines putatur ejus  
 unda ablutis: quod confirmant Strabo, Sotion,  
 Hesigonus historicus, & tragicus Euripides,  
 ubi ait: ἀν υγρήινε καλλισέων ὁ ξανθὸν χάιταν  
 πυρσάινων κρέπθις. hoc est: quam rigat pulchre,  
 qui flavos rutilare facit crines, Crathis. est enim  
 ea emendatior lectio, quàm quæ in impressis  
 legitur codicibus hunc in modum, ἀν υδρήι-  
 νει καλλισέων ὁ ξανθὸν χάιταν πυρσεύων κρέπθις:  
 illam agnoscit Eustathius. Idem de hoc amne  
 testatur Ovidius 15. Metamorph. & de Sybari  
 fluvio similiter. Cineris unguen rutilum pro-

ducere crinem, dicit in Originibus Cato: Mulieres, inquit, nostræ capillum cinere unguitabant, ut rutilus esset crinis. Menelao flavum capillum ab Homero attribui putant, propterea quod is color mori Spartanæ gentis in comæ studio operosioris peculiaris assignetur, veniamque mereri in eo, qui patrium ritum observarit, ut in Heroicis scribit Philostratus: alioqui adolescenti magis consentaneum studium, quam ea ætate rerumque gestarum gloria dignum: quapropter non abs re μειραγηθῶς κομᾶν, id est, adolescentuli more comatum esse ait. propterea quem Homerus ξανθὸν appellat, eundem composita voce καρπήξανθον dixit Tatianus Assyrius. Meleagrum quoque & Achillem flavos nuncupat Homerus, quem postremum flavis crinibus prehendit Minerva, ξανθῆς κάμης ἔλε πηλειώνα, quo loco inter grammaticos nonnulli ξανθὴν κόμην floridum luxuriansque capillitum exponunt ἀπὸ τῆς ἐξανθεῖν, quod læto proventu exuberet. alii τοῦ ξανθεῖν derivantes, comi pectique dignam reddunt, ego verò rutilam: antiqui enim in capillis rutilam illam flavedinem commendarunt; unde delectabilis illa vocum varietas, ut ξανθὴ κόμη, & πυρσὴ, & αἰθη ab igneo quodam fulgore, & ἡλιώδης sive ἡλιῶσα, quasi solis instar micans, pro eodem positæ legantur, ut ex Eustathio observare licet. sic Philostratus, ξανθὴν κόμην οἴδε

οῖδε γραφικὴ καὶ πυρσὸν, καὶ ἡλιῶσαν, id est, flavam comam agnoscit pictura, & rutilam, & solarem: cuius postremæ vocis amantior esse idem autor videtur toties eam inculcando, quum Oeneo Αἴτολο Meleagri parenti ἡλιῶσαν κόμην tribuit, & Memnonem Auroræ maritum κομᾶν ἐν ἡλιῶσῃ κόμην, id est, comam solare jubar mentientem habere prodiit. Tales crines etiam κηροχρῶτες à ceræ colore dicentur ex Chæremone, κόμαι ἢ κηροχρῶτες ὡς αὐγάλματα. Commodo Imp. flava coma velut auri icobe respersa divinitatis opinionem attulit, dictantibus Romanis, cœlestē quoddam jubar caput ejus circundare, ut scribit oculatus testis Herodianus. Aurea coma Bacchum χρυσεοκόμαν decoravit, ut Eustat. Iliad. θ. item Narcissum illum formosum Apollinis delicias testante Philostrato. Critiam ex triginta tyrannis unum πυρότερχα ab igneo capillitii colore dixit Solon in Elegiis. Sylla quoque Faustus cognomento comam habuisse auream ignique concolorem proditur. Sic Comætho formosissima virgo Melanippi amore nobilis ab aurea coma ignis in modum micante apud Pausaniam nomen habet, id enim est τῇ κόμῃ αἴθειν. Circen similiter aureos habentem crines describit Orpheus:

ἀπὸ κερατὸς γὰρ θεογοι  
πυρσῶν ἀκτίνεσσ' ἐναλίγκιοι ἴώρηντο.

At

*At radiis similes solaribus undique crines  
Se fundunt humeros circum.*

Cyclops apud Philoxenum Cytherium miratur & laudat χρυσοβόσχυχον, hoc est, aureis cincinnis exornatam Galateam. Celebrat auream Berenices comam inter astra relatam Catullus: nam Pterelai & Nisi aureas comas fatales supera memoravimus. Apollo quoque audit χρυσοκόμης apud Cornutum. Fingitur & Cupido χρυσοκαμᾶν, ut & rosa Philostrato. „ Unde „ χρυσοχάίτας ἔρως, auricapillus amor ab Anna, creonte Lyrico nominatur. ” Iris quoque apud poëtam χρυσοκόμης ζεφύρῳ μιχθεῖσα legitur, ubi Favonius aureis crinibus donatur. Herodotus fabularum pater Phœnici avi χρυσόκομης πλεγχεῖ, id est, auricomas alas addit. Plutarchus in ἐρωτικῷ memorat vim miram unguinis cuiusdam, quo χρυσοειδῆ κριτή πυρρᾶν, id est, auream flavamque comam redderent Romanæ matronæ, in inflanda cutis mole. Illud vero tacendum hic non est, quod flava coma meritaria fuerit olim habita; unde augusta illa meretrix Messalina apud Juvenalem saty. 6. fornicem adit:

*Nigrum flavo crinem abscondente galero.  
Et Virgil. subindicans parum pudicam Didonem :*

*Nondum, inquit, illi flavum Proserpina crinem  
Abstulerat.*

Huc

Huc spectat morsus Electræ in Clytemnestram matrem apud Euripidem :

*ξανθὸν κατόπτρῳ πλόκαμον ἐξήσκεις κόμης. id est:*  
*Flavos speculi judicio ciacinos componebas.*

Quin & Flaccus nobile scortum Pyrrham interrogat , cui flavam religet comam ? Amor , inquit Euripides , φιλεῖ κατόπτρῳ καὶ κόμης ξανθίσματᾳ , amat speculum & crinium ruffationem. „ Apud Menandrum excluditur à mari- „ to extra ædes ejecta fœmina ruffans capillos „ his verbis :

„ Nῦν δὲ ἔρπ' ἀπ' οἴκων τῶνδε , τὴν γυναικα γὰρ  
 „ Τὴν σώφεον' οὐ δεῖ τὰς τείχας ξαντὰς ποιεῖν.  
 „ Nunc bisse ab adibus facesse , nam probam  
 „ Ruffare matronam capillos dedecet.  
 „ & apud Comicum quædam secum ratioci-  
 „ nans ita loquitur :

„ Tί δέ ἀν γυναικες Φρέσνιμον ἐγγασάμετα,  
 „ Ή λαμπρὸν , δι καθίμετ' ἐξαντισμέναι ; id est.  
 „ Quod facinus unquam splendidum , aut in-  
 „ dustrium  
 „ Edere queamus fœminæ , quæ desides  
 „ In otio ruffare crines suerimus ?

Quid , quòd apud Ægyptios despiciatui fuerit coma flava legeque cautum , ne quis talem nutriret , eò quòd Typhonis ejuscemodi fuisse diceretur ? quemadmodum Agrigentini cœruleum colorem civibus interdixerunt olim , quòd eo Phalaridis satellites usi fuissent . Comici fla-  
 vum

vum colorem servis tribuerunt , non in corporis solius , sed pilorum etiam colorem ludentes : hinc πυρρίας , qui & ξανθίας , Comicis servilia nomina fluxere. Ac fortasse Terentius non Birriam , ut passim legitur , sed Pyrrhiam scripserat in Andria , ut Ennius Purrhum pro Pyrrho teste Cicerone. Certè mirum est adeò , quod qui nomenclaturas personarum fabulæ ad etymi rationem vocant , de hujus nominis ratione scriptum nihil reliquere , in exquirendis aliis oculati nimis & curiosi , quum tamen facile perspici potuerit in lubrico positum errorem , vocemque alioqui nihil significantem ad Græcum fontem esse referendam simul cum reliquis nominibus , neque ita neglectim silentio prætereundam. Porro flavedinem esse quandam capillorum imbecillitatem , prodidit Aristoteles lib. 5. de generatione animalium : qua occasione celerius canescerre flavum quam nigrum crinem dicit. At nigrum capillum matronis tributum lego ; unde Martialis illud :

*Sit moro coma nigrior caduco.*

Apulejus lib. 8. in Photide amica commendat crines coruina nigredine. Salomon regum sapientissimus in sponso lectissimæ formæ laudat nigram corvi instar comam Cant. 5. Horatius talem quoque commendat , ubi ait :

*Et*

*Et Lycum nigris aculis nigroque  
Crine decorum.*

,, Anacreon amicam suam poscit depingi mol-  
libus sed nigricantibus capillis, quum canit:

,, γερίφε μοι τείχας τὸ πεῖτον,  
,, Απαλὰς τε καὶ μελάνιας. id est:

,, Mihi pinge mellicellos  
,, Primum, nigrosque crines.

,, Similiter in Bathyllo puero:

,, Διπαρθὲς κόμας ποίησον  
,, Τὰ μὲν ἔνδοθεν μελάνιας,  
,, Τὰ δὲ ἐξ ἄκρου ἡλιώτας. id est:  
,, Nitidum capillum adorna,  
,, Intus quidem nigrantem,  
,, At flammum superne.

Meridionales populi μελανότερχες, id est, ca-  
pillis nigris, ut Arctoi λευκότερχες, albis de-  
scribuntur à Polemone, ejusque metaphrasfe  
Adamantio. ,, Aristophanes in Acharnens la-  
,, ciniosa voce σκοτεδασυπυκνότερχα dixit eum,  
,, qui cæsariem habeat nigram. at Sophocli in  
,, Inacho fabula ἀελλότερξ dicitur, qui variega-  
,, ta cæsarie visitur; quanquam alii interpre-  
,, tantur eum, qui conglobatos ac confertos  
,, crinium orbes habeat.

## C A P U T . X.

*De canitie.*

**E**ST & de Canitie (quam etiam Canitiam nec irrationabiliter nec abhorridè dici vult Sosipater) nobis dicendum hoc loco non-nihil, ne quid, quod ad crinum materiam faciat, omittamus intactum. Est autem canities capillitii morbus Aristotele teste lib. 5. de generat. animal. ætatis vitio accidens, quam imbecillitas & defectus nativi caloris conciliatur: definiturque ab eodem velut situs quidam & rancida putredo alimenti pilorum non concocti, ac proinde in putredinem abeuntis ibidem, & problem. sect. decima. unde manavit illud ex Comicorum schola, *αι πολιαὶ γῆρᾳς ἐνρωτάπαχνη.* id est : Cani senectutis sunt siuis ac pruina. Idem autor causam, cur sit candida, hanc adfert, quoniam & situs cariosorum plerunque albeat, pruinæ quam proximè respondens. Eam propterea non invenustè spumam nominat Q. Calaber à squallida nimirum albedine, ubi sic inquit :

*ἀφεδος ἀδην λεύκουνε κάρην, λασιόν τε γένεσιν.*  
hoc est :

*Albebant nimia spuma caput hirtaque barba.  
Haud absimili ratione nivem capitiseam appellat*

lat Aurelius Prudentius : plumam Flaccus,  
ab imitatione candoris cygnearum pluma-  
rum , ubi Ligurinum formæ venustate su-  
perbientem , modestiæ admonet his verbis :

*Insperrata tua quum veniet pluma superbiæ.*

Naso quoque apud Getas exulans in extremo  
senio , queritur jam sua tempora imitari cy-  
gneas plumas. Tale est Aristophanis illud  
in Vespis :

*τείχες ἐπανθέσι κύκνος πολιώτεραι.*

*Olore canior comæ sylva emicat.*

Hinc πολιόχεως κύκνος epitheto canicolor cy-  
gnus apud Euripidem. Hippothous poëta  
Græcus canos nominat senii flores , cuius iste  
versus apud Stobæum legitur :

*Παυρολόγοι πολιοι, τῇ γήρᾳ ἀνθεα θνάτοις.*

Nonnus Panopolitanus λευκάδα χάιτην eos vo-  
cat : Agathius scholasticus , amoris Neme-  
sin : τὴν πολιῆν , inquit , καλέω νέμεσιν πόθῳ.  
Quum verò canities efficiatur putredine qua-  
dam (cui rei argumento est , quòd pili operti  
tegmine quopiam seu pileo , celerius cane-  
scant , ob prohibitam videlicet transpiratio-  
nem) eorum ratio infringitur & labefactatur,  
qui ariditati referunt acceptam canitiei occa-  
sionem , quam pluribus verbis oppugnat Ari-  
stoteles lib. §. de generat. animal. cap. §.  
quanquam idem libro de coloribus , infir-  
mitatem paucitatemque alimenti pro causa

O o ad-

adscribat, facili momento in Calvitii viciniam descensurus, si quis oculatius Argum aut Aristarchum velit agere. Canities homini tantum & equis accidit, si Stagiritæ lib. 3. de histo. animal. & Plinio credimus. Ejus initium homini fermè à temporibus incipit. Theocritus:

*ἀπὸ κροτάφων πελώμεθα πάντες Γηραλέσι.*

*Ad tempora utrinque senescimus omnes.*

Qua de causa πολιοκρόταφος epitheto appellasile homines Homerus, ab Aphrodisæo Macrobius adnotatur, nimirum humectioribus locis illis & pituitæ copia redundantibus. A primo ortu canos extitisse nonnullos lectum est non semel: veluti Tarchonta, qui à Tyrrheno oppidis duodecim in Hetruria conditis præfectus fuit, quod innatæ illius à puerō prudentiæ tributum à poëtis verisimile est. Ita Cygno Neptuni filio canities primis annis nata, nomen dedisse putatur. Tarquinium Priscum prudentissimum regem ab in eunte pueritia canum fuisse memorat Strabo. Numam quoque Pompilium à prima ætate canum fuisse asserit Servius Honoratus, quæ fide nescio: quanquam Virgilius 6. Æn. illi incanum mentum crinesque tribuat jam tum seni. Quin & ab ipso natali canescere Albanos Scythicæ populos, qui se posteros Jasonis credi voluerunt, refert Polyhistor So-

Solinus Cap. 25. rerum memorabilium in  
hæc verba : Albo crine nascuntur, canitiem  
habent auspicium capillorum, sic comæ co-  
lor genti nomen indidisse videtur. Scribit  
& Ctesias, in Indiæ quadam gente fœminas  
femel tantum parere, eoque conceptu geni-  
tos confestim canescere. Refert item Hesio-  
dus Græcas Phorci filias mox à partu canas  
fuisse, quas è sorore Ceto susceperebat. Ne-  
que temerè in Atheniensi gymnasio Socratem  
candente coma positum legimus, ut testatur  
Sidonius Apollinaris, nempe prudentiæ ar-  
gumento, quod longa ætas, qualis est se-  
num, rerum peritiam muret, promoveat,  
perficiat denique. Quò spectat Ægyptii ho-  
minis dictum apud Platonem in Timæo, ex-  
probrantis illi, nullum esse inter Græcos  
semper pueros senem, nullam doctrinam  
canam : ita enim habet, ἔλληνες δὲ παιδές εἰσε,  
γέρων δὲ ἔλλήνων γέρεις, γέρεις ταχέρ υμῖν χρόνῳ το-  
λιὸν μάθημα. Nazianzenus in Evandro Mo-  
nacho, τολιῆς λευκοτέρερος τρεπίδας, mentem  
canitie ipsa candidiorem commendat, pru-  
dentiæ argumento. Ab eodem describitur  
pater ipsius Nazianzeni sacrificus, τολιός ιε-  
νόν τολιός τε κάρηνον, mente pariter & capite  
canus. ubi turpissimè omnium impegit Aldus  
Manutius perperam ita vertens, civitatis-  
que mens, civitatisque caput. Ovidius mag-

nam fuisse quondam reverentiam cani capitatis, propter multarum rerum perspicientiam, & multiplicis prudentiae opinionem, verè ait: quandò & Deus ipse coram cano capite consurgendum præcipit Levit. 19. quo referatur & Salomonis illud elogium Proverb. 20. Ut juvenum gloria in robore posita est, ita senum dignitas in canitie. „ Achilles Homer., ricus Priamum hostem sibi supplicem amplexatur de solio assurgens, canitiem re- „ veritus,  
 „ οὐδεὶς γεν πολιόν τε κάρη πολιόν τε γέρειον. i. e.  
 „ Ineani capit is, cani mentique misertus.

Eleganter canitiei dignitatem extollit his verbis Heraclides: πολιὰ ἐγαγρή γῆγες ισερὸς τῶν τε λευτάων χρόνων λιμένες, αἰσθαλὲς ἀνθεώποις ὄφρισμα, καὶ ὅσον ἡ τᾶς σώματος ισχὺς ὑποφθίνει, τοστὸν ἡ τῆς διαροίας αὔξεται ρῶσις. id est: Canities atque senium, sacri quidam portus sunt extremæ ætatis, secura hominibus statio, quantumque corporis tūm decrescunt vires, tantum animi vigor augescit. Neque absurdum fuit, quod despectui habita canities Eleazari viri magno natu generosum pectus ita perstrinxit, ut lubenter è vita excedere optaret. Machab. 6. Cano seni in theatro universi asurrexere Spārtani, quem reliqui Græci exploserant. Apud Gentiles castitatis Dea habita Vesta, cana Virgilio dicitur. Et Fides, cuius

cujus sanctissimum numen , cana eidem nominatur. Eadem dignitate Veritas cana apud Varronem audit. Naturæ longævæ rerum parenti canitiem dat Claudianus. Æternitatem eadem insignit Nonnus , sic inquiens:

Ἐως δολιχοί γενεῖσ.

ἀμφιλαφῆς πολιῆστι κόρην λευκάνεται αὐών.

Dum suffultum altæ canis albescere barba

Ærum perget.

Sic Diphilus Comicus tempus appellat πολιὸν τεχνίτην , canum opificem. Apud Romanos vetusto more nubentes canis senum ornabantur , ut & Vestales virgines , castitatis vitæque integritatis exemplo , ut è Sex. Pompeio liquet. Thebæ Bœotiae habebant πολιὸν canum Apollinem , teste Pausania in Bœoticis. Apud Cimbros sacerdotes & vates canæ , πολιότερχες , castra sequebantur , magno in honore habitæ , quæ de præliorum eventu vaticinia ædere solebant , ut Strabo est autor. Ver jucundum Græcis poëtis canum epitheto dicitur , ab amœno florum aspectu , sua albedine pratorum viorem interstinguentium. Phorco Ponti filio lucidam canitiem , quæ majestatem adderet , tribuit Claudianus: & Glauco marino Philostratus his verbis , γλαύκῳ ποντίῳ υγροὶ γενεῖσιν βόσρυχοι , λευκοὶ ἢ idēν , καθάπερ κρενοὶ. Romæ etiam nobilem Canorum familiam fuisse legimus , cuius me-

minit Spartanus. „ Cano tibicini , seu ut  
 „ Suetonius habet , choraulæ nobilissimo ,  
 „ cum mirè placuisset , Servius Galba è lo-  
 „ culis suis depromptos paucos aureos do-  
 „ navit , addens se de peculio suo , non de  
 „ publico dare , ut Plutarchus refert : quan-  
 „ quam Suetonius munus elevans , quinque  
 „ denarios solos donatos dicat . ” Caninis si-  
 militer (quos hodie Grifones nominant) ad-  
 ultiori & præstantiori inter Helvetios genti ,  
 canities nomen creavit . Memorabile est La-  
 conis dictum , qui ætate proiectior interroganti  
 cuidam cur promissam aleret barbam  
 canam : respondit , ut canos intuens nihil  
 committam illis indignum . Neque verò de-  
 rogat quicquam canitiei autoritati dictum  
 Varronis in Aboriginibus , quando negat ca-  
 nitudini (eo nanque verbo utitur) semper co-  
 mitem esse virtutem ; quum nihil sit in re-  
 rum natura undequaque absolutum & bea-  
 tum : interim tamen plerunque conjunctam  
 illi esse virtutem non inficiatur . Neque item  
 Menandri Comici dictum elevabit canitiei  
 dignitatem , dicentis eam non adferre pru-  
 dentiam ; quum interdum etiam in juveni-  
 bus cani succrescant , nihilo propterea pru-  
 dentioribus ita enim ait :

*εἰς γὰρ τέχνες ποιῶσιν αἱ λευκαὶ φρονεῖν.*

*Canus capillus non parit prudentiam.*

aut

„ Aut illud gnomologi incerti ,  
 „ Πολιὰ, χρόνον μήνυσις, ὃν Φεονῆσεως. id est :  
 „ Cani, indices ætatis, hanc prudentiæ.  
 „ Huc spectat scomma quo seipsum verbe-  
 „ rare solebat Cleanthes , quem scribit  
 „ Laertius interrogatum ab Aristotle cuinam  
 „ insultaret, respondisse, quod Seni canos ha-  
 „ benti , non mentem. ” Quod & Pindarus  
 in Olympicis confitetur his versibus : φύουται  
 ἡ γῆ νέοις ἐν αὐδεγίσι πολιαὶ θαμὰ καὶ τὸν αἰλι-  
 οῖας ζοικότα χρόνον. id est : Nascuntur & in ju-  
 nioribus frequenter cani præter justum æta-  
 tis tempus. id quod & Ergino Clymeni filio  
 usuvenisse dicit , qui virentibus etiamnum  
 annis ante tempus canus , quum in funerale  
 certamen ab Hypsipyle in exequiis mariti  
 Thoantis propositum descendisset , cum  
 Boreadibus certaturus , à Lemniis mulier-  
 culis risu fuit exceptus , & convitiis , sed  
 „ post superatos in certamine antagonistas ,  
 „ in admiratione virtutis , risus ille desuit :  
 unde & in proverbium abierunt , Ergini ca-  
 ni , de intempestiva canicie. Solet enim odio-  
 sa plerunque esse canities , imò vocabulum  
 quoque ipsum laborat hoc nomine. Absin-  
 thium herbam amarissimam , canum dixit  
 Ovidius , ab inamœna quam præ se fert , &  
 cineritia albedine. Lupi non sunt modò ,  
 sed & à poëtis cani dicuntur ob ingratum

aspectum, ut qui non raucedinem solum concilient visi, sed vocem quoque ipsam expectarent. Mare etiam canum iidem nominant, ob albescentis spumæ squallorem. Decembrem mensem canum appellat Martialis, propter inanœnum nivis omnia operientis spectaculum. Ferrum quod attritu candescit ad cædes & latrocinia infame, canum epitheto appellat Homerus, πολιὸν σίδηρον. Comici Græci non sine dicterii morsu canos appellant ἀλφετόχεωτας, veluti polline albicantes. Horatius obiicit Lycae meretriculæ jam emeritæ capitis nives, canitiem ita nominans per calumniam. Sic Domitianus conspicatus quandam albicante pariter & flavente capillo varium, nivem mulso perfusam gestare dixit, ut à Sexto Aurelio Victore litteris proditum est: cujusmodi hominem μιζήτειχα Babrius fabulator (ita enim passim eum citat Suidas: five mavis Gabrias, quod nomen in exemplaribus excusis legitur) appellat, non dissimili specie ab Api bove, cuius cauda duplici pilo variabatur, testante in Thalia Herodoto. Sed ut illud intra jocos stetit, ita ad immanitatem tetendit Antonini Commodi factum, quem scribit Lampadius sturnum adhibuisse iis, qui albescentes capillos inter nigros haberent, & eos capite suggillatos suppuratosque dimisisse. An-

creon

creon Lyricus juventæ florem sibi effluxisse  
graviter conqueritur , canosque successisse :

πολιοὶ μὲν ἡμῖν ἥδη πατέρες ἀπί-  
κρόταφοι , κάρηξ ἐλευκὸν ,  
χαρίεσσα δὲ γὰρ ἔτ' ἥβη

τῶσδε. hoc est : Canescunt jam nobis tempora , albet caput , fugit amabilis juventa. Illud verò minimè silentio pertransiri debet , nulla re citius promoveri canitiem , quam curis , mœrore , & metu. Novi qui è naufragio præter spem salvi enataverant , repente canos evasisse. Commemorant alii non nullos qui in præruptas rupes aucupii gratia , θήγεις μεθέποντες γλυκερὸν πόνον , ut verbis utar Nazianzeni , funis ope pervaserant , soluto eo aut delapso , desperabundos præproperam canitiem accersivisse. Memoratu non indigna est hoc in loco historia , narrata mihi olim à Francisco Dilpho , non gentilitiis magis imaginibus quam singulari eruditione clarissimo Equite , Cæsareæ Majest. apud Sereniss: Angliæ regem tum temporis Oratore : ea sic habet. Hispanus nomine Dida-  
cus five Diegus Osorius nobilissima familia ortus , aulicæ puellæ amore captus , communicato prius cum ea consilio , in patula arbore & frondosa absconderat se (ea crescebat in Hispaniis intra regii horti septa) Interim fortuito catelli mélitæi latratu prorita

Oo 5 col-

colloquii fides satellitum manui illum objecit: comprehensus carcerique inclusus, quod capitale fuerat illic deprehendi; dictata ultima sententia ita inhorruit totus, ut vox unica juvenem eundem & senem incanum viderit. Quo spectaculo motus carcerarius, delato ad Ferrandum Regem catholicum prodigiosæ rei indicio, effecit ut, capitalis legis rigore in benignitatem converso, Rex illum absolverit, dictitans pœnarum satis dedisse, qui præmaturam senectutem cum juventæ flore commutasset. Cui rei attestatur & Petri Messiae Hispalensis autoritas, even-  
tum hunc imaginationi ascribentis. „ Refert „ simile exemplum doctissimus Cæsar Scali- „ ger, nostra ætate editum, de quodam „ Francisci Gonzagæ Mantuani principis „ affini, qui ob conjurationis suspicionem „ in custodia vel ad quæstionem vel ad sup- „ plicum asservari jussus, ita repente totus „ incanuit, ut miraculo rei postridie mane „ comperto flexus ad misericordiam & com- „ motus princeps veniae vitæque gratiam il- „ li fecerit. Nam ad prodigia referri potest „ quod Dion Nicenus in Galba scribit, pue- „ rum qui Galbae sacrificanti thus porrexer- „ rat, subito canos capillos produxisse. ” Alioqui & amoris flagrans desiderium, Theo- crito citam canitiem vel uno die accelerat, quum inquit: „

οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ὄματι γηράσκοντι.

Eiusmodi hominem πρεπόλιον dici testatur AElius Dionysius, quod ante tempus canos producat: eundemque & αἰωρόλειον (,, dictio,, ne Cratino Comico usurpata, ibi ἐρεσμο,, νίδη βάθιππε τῶν αἰωρολείων.”) quanquam ego αἰωρόλειον intelleixerim potius eum, qui præproperè calvescat seu lævis fiat; si à tanti autoris sententia dissilire par est, qui ab Horatio præcanus vocatur. ,, Aut melius, qui,, intempestive in senio compturæ operam,, dat, ut à scholiaсте Hephaestionis anno,, tatum est.” At canum simpliciter πολιὸν appellant illi (,, Nicetas πολιορκόσην”)& λευκοκράτα, quasi albicipitem, & ἀλωπόχερν insuper, teste Suida in collectaneis. at cui rari capillatio interspersi sunt cani, σπαρνοπόλιον talem vocari legimus. De spartopolio lege Pollucem & Hermolaum. Annotat præterea Eustathius, ἀνθε (quo vocabulo propriè flos significatur) canum capillum notare: unde Φάλανθε dicatur calvus, sed non nisi præsenio, ut equidem reor: quem & ἱνθισμένου dixit Sophocles. Illud verò inter naturæ miracula ascribendum quod refert Aristoteles, Grues senescentes magis nigrescere, contrà quam cætera animantia.

## C A P U T . XI.

*De Calvitio.*

**A**canitie ad Calvitium, non velut in diverticulum, sed in cognatam viciniam (quippe senio magna ex parte pecularis est utraque) commigremus. Comam id propemodum capiti esse volunt, quod plantis germinibusque sunt folia, à rerum natura producta ad fructuum conservationem, quorum fotu pariter & refrigerio, aëris injuria tum averteretur, tum retunderetur: quo fiat, ut avulsus frondibus arbores & plantæ indecoro vulnere ac depili nuditate affectæ mœreant quodammodo, morsumque sentiant, ut in Symposiacis differit Plutarchus: qua occasione Empedocles præceperit illud, τῆς δάφνης φύλλων ἀποπάμπαν ἔχεσθαι, à lauri foliis abstinendas omnino manus esse admonens: nec injuria, quippe quum natura ipsa loca glabra, nulla herbida lanugine vestita, velut effæctæ sui probrum damnat atque despecta habeat: quo respectu Junius Columella castaneta calvescere è pluribus soli humorumque vitiis, dum nudatae frondibus arbores visuntur, dixit lib. 4. cap. 33. Huc spectat, quòd Aristotel. lib. 5. de

de gener. animal. id esse ait in homine cal-  
vescere , quod in avibus depennescere ,  
 $\pi\lambda\epsilon\gamma\sigma\pi\pi\mu\pi\pi$  : in foliis arborum , defrondescere ,  
 $\Phi\pi\lambda\lambda\sigma\pi\pi\mu\pi\pi$ . Proinde nil mirum , si calvitium ,  
quo caput ferè depilatur , nimirum extincto  
humore pilorum alumno (uti à Galeno lib.  
14. Therap. scriptum est) apud omnes æta-  
tes opprobrii loco habitum fuerit semper.  
Quod confirmat Nasonis illud :

*Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,  
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.*

,, Et Epigramma incerto autore nimis den-  
,, tatum, in calvum:

,, ἦν ἐσίδης κεφαλὴν μαδαρὲν καὶ σέρνα πῦ ὄμους,  
,, μηδὲν ἔρωτίσης, μωρὸν ὁρᾶς Φαλακρὸν.

„ Quando vides glabram calvam pestusque hu-  
„ merosque,

*„Nil scitare, etenim morio calvus adeſt.*

Qua ratione hirsutiem quoque suam excusat  
Polyphemus Ovidianus apud nympham Ga-  
lateam lib. Metamorph. 13. Helisaeus pro-  
pheta calvus à puerorum caterva fannis ex-  
ceptus ludibrioque fuit habitus , quanquam  
non inultus , quippe quos diris devotos ,  
proterviæ pœnas ursis dedisse constat. 4. Re-  
gum. 2. Calvitii deformitatem iniquissime tu-  
lisse Julius Cæsar memoratur , ea que de cau-  
fa deficientem capillum à vertice revocare  
consuevisse , teste Suetonio Tranquillo : cui

attestatur & Dion, laurea semper usum, posteaquam rerum potitus est, prædicans, διότι οὐαφαλαντίας ἦν. Domitianum Cæs. calvatio ita fuisse offendit à Suetonio scriptis proditum est, ut pro sua ipsius contumelia duceret, si cui alii objiceretur: quanquam in libello quodam de Capillorum cura, ab eo conscripto, hoc ipsum dissimulare studuerit, patienter ferre se comam in adolescencia senescentem, scribens. quò spectat quòd Juvenalis satyricè eum appellat Calvum Neronem. Thersiti portentorum omnium prodigiosissimo Ψεδνή ἐπενήνοθε λάχυη, ut loquitur Homerus, per capillitii nudam raritatem, calvitium designans. „ Eoque processit Dōmitiani vesania, ut arcubus à se positis „ Græcas inscriptiones imponeret, Αλωπε- „ νίαν & φαλάκρεγν, hoc est, Aream & Cal- „ vitum eos dedicatis titulis nominans. ” Aristophanes nasutorum omnium facile princeps, suum ipsius calvitium non dissimulanter in suis scriptis, ac præsertim in Pace Co- mœdia invulgat. Agathoclem Siciliæ tyran- num turpi calvitio deformem prodidit Græ- cus autor Ælianus, quem cùm puderet de- fluentis capilli, myrteam corollam, τῆς ψι- λώσσως πρόβλημα, id est, glabritiæ velamen, quo nuditas tegeretur, adornavit: cuius rei consciī licet Syracusani tamen ne mutire qui-

quidem sunt ausi. Acerbè Julianam filiam fugillavit Augustus, qui aliquando improbus quum oppressisset Cosmetrias sive concinnatrices, præmaturam canorum segetem vellentes, percunctatus illam fuisse dicitur, mallet ne cœna esse an calva post paucos annos: respondentique canitiem se præoptare, regessit ille mendacii notam isto dictorio, Quid ergo istæ tam citò calvam te reddunt? ut à Macrobio traditum est. 2. satur. cap. 5. Vespasianus lepidè calvitium arguta ostenti cujusdam elusione non dissimulavit: nam viso Comete, qui mortem ipsius portendere credebatur, non sibi, sed Parthorum régi minitari dixit, illum nanque comatum esse, se verò calvum: ita enim Dion, ἐκεῖνος γὰρ κομᾶ, ἐγὼ δὲ φαλαρὸς εἰμί. Modestè tulit calvitii sui opprobrium Tiberius Cæsar à Seiano prætore ludibrio habitus, quando in Floraibus per calvos omnia peragi curavit ille, qui postea ab ipsius nomine Seiani nuncupati fuerunt: ac rursus è theatro descendantibus faces præferri per quinques mille rafos pueros, qui calvitium glabris capitibus mentiebantur, curavit, uti literarum monumentis consignavit Dion Coccejus historiæ Romanæ 57. libro. „ Carus imperator militaris „ frugalitatis & laboris patientissimus in ex- „ peditione Persica legatis ad se profectis in- „ „ ter-

„ terminatus fuit se omnes eorum sylvas &  
 „ agros complanaturum & φιλότερον τῆς καρ-  
 „ νον κεφαλῆς Cari capite glabriores redditu-  
 „ rum : ostentans simul cum dicto calvam  
 „ nihilo hirsutiorem casside ad pedes jacente,  
 „ Quo facto non dissimulavit calvitium suum.  
 Apud Petronium Arbitrum Eumolpus ita  
 deplorat calvitii deformitatem :

*Quod solum formæ deems est, cecidere capilli,  
 Vernantesque comas tristis abegit hyems.*

*Nunc umbra nudata sua jam tempora mœrent,  
 Areaque attritis ridet adusta pilis.*

Attamen Socratem recalva fronte depingit  
 D. Hieronymus, sapientiæ argumento, ab  
 oraculo illi tributæ : quo nomine assimilari  
 ipsum Sileno calvo existimat Synesius, quo  
 spectat Varronis dictum in Sexagesi, tam  
 „ glaber, quam Socrates. ” Æsculapium  
 calvum ostendunt Ægyptii eandem ob cau-  
 sam. Ulyssèm item calvum nominat Syne-  
 sius. Isocratem quoque oratorum omnium  
 facile sanissimum, calvum fuisse constat,  
 in quo viro calvitii nota, prudentiæ testi-  
 monium dedit, quum dicentes de eo faceti  
 homines, nosse sc̄ virum calvum, atque ita,  
 ut eluceret atque spectaretur è calvitio viri  
 cerebrum. Apuleius in Floridorum libris  
 relicinam frontem, id est, capillitio nuda-  
 tam probat in Alexandro. Temporis Deus,  
 quem

quem *καυγὸν* illi , nos ut Deam , Occasionem nominamus , recalvaster occipitio à coma libero capillis in supercilia diffluentibus , antiquitus pingebatur , ut refert Callistratus , tandemque primus finxit Lysippus Sicyonius plastes. Refert Herodotus lib. 4. Scythicam quandam gentem à natali in perpetuum calvescere. Cenestellis gentilitii nominis originem dedit calvities nativa , ut Alexander Neapolitanus annotat lib. 10. Myconii quoque pisilis carentes nascuntur , quod præter Strabonem & Plinium testatur Lucilius *vetus satyrographus* , ita inquiens :

*Myconi calva omnis juventus.*

ita ut Strabonis testimonio calvi quicunque Myconii appellari proverbiali dictorio consueverint , ἀπὸ τῆς τὸ πάθος τῷτο ἐπιχωράζειν τὴν νῆσον . Præter hominem (cui uni tantum animalium accidere calvitium , præterquam innatum ; asserit Plinius) struthiocameli quoque naturaliter calvent , eodem autore : item corvi aquatici , quos à calvitii nota φαλακροὶ οἱ Γρæci nuncupant . Galba Imp. ita fuisse glaber traditur , ut Fabius Fabulus caput ejus præcisum vestis sinu exceptum portare coactus fuerit , quum ob pilorum raritatem difficultimè prehendi posset , uti Plutarchus testatur . Colebatur apud Romanos olim Veneris cognomento Calvæ simulachrum , teste La-

Etantio, Cypriano lib. de idolorum vanitate, & Julio Capitolino. Nominis occasionemedit parata fœminarum promptitudo, ad catapultas tendendas capillos offerentium, obfesso jam tum à Gallis Capitolio. „ Jul. Capitolinus memorat templum illud a senatu dicatum in honorem matronarum, quæ obsessa accerrimè Aquileia à Maximino, crines suos obtulerunt ad funium apparatus pro intendendis machinis bellicis. ” Fuit & Romanus orator insignis, nomine Calvus, quem Latinum Demosthenem dixit Plinius, cuius & Fabius meminit. Carolus Ludovici Pii Imp. filius, cognomento Calvus fuit ditus à Calvitio, in cuius laudem Hugbaldus Monachus, vir, ut tum ferebant tempora, haud indoctus, Eclogam conscripsit non illaboriosam, cunctis vocibus initialem literam è præferentibus, cuius tale est initium :

*Carmina calvitii cirratus carpe calvos  
Conatus cecinit, celebrentur carmine calvi.*

Calvitii patrocinium suscepit calvus & ipse Synesius. Porrò paucissimos habuisse calvos Ægyptus prædicatur, quod soliti fuerint ad vivam usque cutem radi, quo compactius spissiusque redderetur cranium, ut in Thalia autor est Herodotus, & ex eo Eustathius commentariis in Dionysium Periegeten : quamquam isthic perperam legatur ξερξδα, quod ver-

verbum ad insolationem , & in torrido sole  
cutis densationem pertinet , quum ex Herodoto ξυρεῖσθαι legi debeat. A Calvitio plures  
fluxerunt paroemiacē : nam φαλακρὸν τίλλειν ,  
id est , Calvum vellere dicitur , qui incasum  
laborat , ut annotat Suidas. Et φαλακρότερος  
ξυδίας , magis calvus quam ipsa tranquillitas :  
quod inde natum est , quod tempestate cri-  
spentur omnia & hoīreant , contrā serenitate  
nuda & quodammodo calva jaceant. Item il-  
lad , Ovo depili nudior , quo Nicetas utitur  
„ alicubi , καλὰ γερεγένδευον ἀφυλλον , ὡστὸν ψι-  
„ λότερον ἀκαλυφέσ τε πανλάπτασι κεχνίον προφαί-  
„ νων . hoc est : Ostentans calvam aridae quer-  
„ cus frondibus orbatæ instar , & ovo nudio-  
„ rem , undequaque depilem . ” Quod è Ni-  
ciæ Epigrammatarii dicto torqueri potest ,  
quod tale est , ὡστὸν ἀπασ γέγονεν , quasi dixeris ,  
Ovum totus evasit : extat nanque in comatum  
prius , mox calvum redditum è multo pigmen-  
torum usu ad tingendos crines comparatorium ,  
epigramma tale :

τὴν κεφαλὴν βάπτων τις , ἀπώλεσε τὰς τείχας αὐτὸς ;  
ηδὴ δασὺς ὡν λίαν , ὡστὸν ἀπασ γέγονεν . id est :

*Amisit quidam crines , caput inficiendo :*  
*Qui nunc est ovo nudior , hirtus erat.*

Cujus simile est illud apud Petronium , Lævior  
ære vel rotundo . & illud Apuleii in Asino au-

reo, Cucurbita glabrior. Item, Concha lævior, ut apud Martialem:

*Lævior & conchis Galle Cytheriacis.*

„ Non discrepat hinc Calvitium plenam lumen  
 „ nam mentiens, cuius Nicetas meminit,  
 „ ἐψιλωμένον τελχῶν ἐνδεικνύσκοντον, καὶ τὸν Φα-  
 „ λάκρην ὡς πλησίφωλον σελήνην ὑπερφαίνουσαν. id  
 „ est: Ostensio glabro cranio & calvitio ple-  
 „ næ Junæ speciem referente. Idem narrat  
 „ Constantinopolitanum populum risissè cal-  
 „ vitum Joannis Ducæ, cui delapsa fortè de  
 „ capite corona calvam prodidit plenæ lunæ  
 „ in modum amplam.” Præterea parœmia-  
 „ cum illud, quo immanissimus Caligula usus  
 legitur, quum magnam carceratorum manum  
 quodam tempore conspicatus, cunctos à cal-  
 vo usque ad calvum trucidari præcepit, ἀπὸ  
 τῆς Φαλακρῆς μέχει τῆς Φαλακρῆς, ut refert Dion.  
 lib. 58. Commemoratur & in glabros prover-  
 bium, sive dicterium potius, ab instituto ser-  
 mone haud alienum, in rariorem barbam ha-  
 bentes, εἰς τροιζῆνα δὲ βαδίζειν, Troëzenem  
 proficiscendum est: inde natum, quod πώ-  
 γων, aut ut alii, γένειον (utraque vox barbam  
 signat) portus fuerit Troëzenis; cuius accolæ  
 prolixo capillo barbaque horridi fuissè decan-  
 tantur. Porrò calvum Græci dicunt φαλακρὸν,  
 φαλακθον. „ Item φιλὸν & φιλοκόρσην ut apud  
 „ Hesychium legas: Rursus à lævore capi-  
 tis

„ τις λειοκάρηνον , & μαδῶν & apud Aristophanem dici invenio , Simonides lyricus etiam  
 „ ψηνὸν vocat , quem Homerus ψεδνὸν ubi  
 „ Thersitæ deformitatem depingit : Adde &  
 „ a raritate capillorum ἀρχιότερα , & a gla-  
 „ britie μαδαρὸν , & in Epigrammatum Græco-  
 „ rum conlectaneis ἐρημοκόμον sub eadem sig-  
 „ nificatione teneri . Recalvastrum autem &  
 „ Plautina voce Recalvum intelligi eum qui à  
 „ sincipite glaber sit , qua specie Julium Cæ-  
 „ sarem fuisse diximus ἀναφαλαντίαν , & Suidæ  
 „ testimonio ἀνάσιλον Græcis vocari notum  
 „ est , unde ἀνασιλοκομᾶν deducta vox est , de  
 „ iis qui antiis attonsis veluti glabri poste-  
 „ riorem capitis sylvam indetonsam promis-  
 „ samque alunt , quod Parthos consuevisse  
 „ facere more Scythico referunt iisdem ver-  
 „ bis Plutarchus & Appianus in Parthico ,  
 „ apud quem malè συνθηκῶς pro σκυθικῶς &  
 „ utrobique ἀνασιλῶν κομῶντων divulsis dictio-  
 „ nibus scriptum reperias . ” Calvitio magis  
 degener & infame vitium est pilorum degla-  
 bratio , Alopecia dicta à vulpe , quæ steri-  
 lem toto anno locum reddere lotio suo con-  
 spersum scribitur , si Callimachi Scholia stœ  
 fides habenda est : imò ipsemet Callimachus  
 istud innuere videtur in hymnis , inquiens :

ως ὅτε κόρσην

Φωτὸς ἐνιδρυνθείσα κόμην ἐπενείματ' αλώπηξ.

id est :

*Altè immersa velut capit is depascit honorens  
Vulpes.*

Cujus vitii originem & curationem abundè docebunt Galenus, Trallianus, alii.

## COMMENTARII DE COMA FINIS.



CATALOGUS  
AUTORUM,

*Qui in hoc opere a mendis vindicantur, explicantur, laudantur, aut refelluntur.*

- |                                                                      |                                                                                                                  |
|----------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <b>A</b> ccius poëta. 353                                            | Amelius apamensis. 258.                                                                                          |
| Achæus Erethrius. 236.                                               | Amiprias Comicus. 93.                                                                                            |
| Aegineta. 130, 184, 299.<br>477.                                     | Ammianus Marcellinus.<br>65. 66. 121. 132. 176.<br>197. 203 210. 213 244.<br>252. 260. 305 358 438.<br>485. 516. |
| Aelianus 2. 312. 340 341.<br>361. 439. 497. 525. 553.<br>590.        | Amphis Comicus. 93.                                                                                              |
| Aeschynes. 103. 194. 534.                                            | Anacreon. 150. 496. 497.<br>557. 575. 585.                                                                       |
| Aeschylus. 80. 91. 92. 100.<br>122. 133. 201. 250. 386.<br>430. 550. | Anaxilaus. 538.                                                                                                  |
| Aeschyli Scholiafestes. 480.                                         | Antiochus Syracusanus.<br>71. 73.                                                                                |
| Aëtius. 129. 184.                                                    | Antiphanes. 385.                                                                                                 |
| Afranius. 353.                                                       | Apollodorus. 178.                                                                                                |
| Agathius. 9. 18. 121. 487.<br>545. 556.                              | Apollonius Rhodius. 85.<br>125. 294. 302. 486.                                                                   |
| Agathon Comicus 536.                                                 | Appianus. 43. 79. 98. 111.<br>141. 277. 439. 446.                                                                |
| Alcæus. 389.                                                         | Apulejus 118. 592.                                                                                               |
| Alciatus (Andreas) 214.                                              | Aratus. 22.                                                                                                      |
| Agricola (Georg) 218.                                                | Archestratus. 272. 431.<br>557.                                                                                  |
| Alcidamas Rhetor. 240.                                               | Archilochus. 20. 132. 463.<br>538. 566.                                                                          |
| Alexander Aetolus. 82.                                               |                                                                                                                  |
| Alexander Neopolitanus.<br>8. 101.                                   |                                                                                                                  |

- Archippus. 320. 416.  
 Aretinus (Petrus) 25.  
 255.  
 Argyrus. 166.  
 Aristophanes & interpres.  
 55. 84. 90. 92. 99. 101.  
 103. 106. 153. 156. 157.  
 159. 162. 199. 310. 389.  
 429. 433. 446. 450. 486.  
 493. 502. 530. 536. 537.  
 539. 561. 575. 577. 590.  
 Aristoteles. 30. 128. 132.  
 159. 184. 210. 299. 311.  
 342. 417. 469. 483. 559.  
 566. 577. 588.  
 Arnobius. 108. 117. 137.  
 143. 373.  
 Arrianus. 58. 92. 102. 140.  
 Artemidorus. 41. 78. 234.  
 428. 448. 457. 468. 513.  
 Asclepiades. 67.  
 Asconius pædianus. 85. 98  
 Asius Poëta. 437. 545.  
 Athenæus. 33. 42. 80. 83.  
 86. 89. 92. 120. 162. 169.  
 217. 235. 265. 268. 287.  
 312. 317. 318. 320. 341.  
 342. 344. 348. 377. 386.  
 430. 462. 535.  
 Aulus Gellius. 92. 174.  
 314. 357. 455. 512.  
 Aurelius (Julianus) 70.  
 Ausonius. 46. 120. 180.  
 237. 357. 366. 486.
- Barbarus (Hermolaus)  
 33. 118.  
 Bayfius (Laz) 77. 116. 118.  
 Basilius. 237.  
 Beulejus (Xystus) 120.  
 Brodæus (Joh) 192.  
 Budæus (Guilielm) 104.  
 177. 227. 440.  
 Cæciliæ fabulæ restitutæ.  
 351.  
 Cæsar. 141. 448. 484.  
 Callimachus, ejusque in-  
 terpres. 47. 71. 84. 105.  
 203. 215. 249. 343. 376.  
 386. 433. 467. 543.  
 Camerarius (Joach.) 119.  
 409.  
 Capitolinus. 227. 567.  
 Cassianus Bassus schola-  
 sticus, autor librorum  
 de agricultura, qui fal-  
 so Constantini nomine  
 circumferuntur. 67.  
 128. 183. 326.  
 Cato. 71. 73. 74. 195. 209.  
 509. 570.  
 Catullus. 262. 344. 484.  
 561. 572.  
 Chalcidius. 142.  
 Chrestodorus Thebanus.  
 434. 486.  
 Claudianus. 24. 124. 280.  
 543. 548.

Cle-

- Clearchus. 451.  
Clemens Alexandr. 58.  
70. 182. 237. 361. 363.  
477. 552. 563.  
Clemens Romanus. 151.  
Cleomedes. 142.  
Cicero. 57. 65. 66. 70. 99.  
107. 116. 119. 126. 138.  
176. 229. 246. 288. 327.  
363. 392. 448. 450. 475.  
Columella. 131. 561.  
Coluthus. 434.  
Cornarius. 300  
Cratinus. 157. 185. 390.  
479.  
Critias. 386. 390.  
Curtius. 121. 125. 496.  
545.  
Cyprianus. 26.  
Cyrillus. 28. 70. 145. 258.  
Demetrius Triclinius. 80.  
187.  
Demosthenes. 39. 104.  
106. 311. 315. 318. 440.  
Dicæarchus. 152. 154.  
385.  
Dictys Cretensis. 523.  
Didymus. 303.  
Diogenes Laertius. 69. 71.  
85. 102. 188. 287. 418.  
444. 489. 498. 503. 514.  
Diodorus Siculus. 3. 23.  
41. 127. 131. 270. 295.  
450. 484.
- Dion academicus. 128.  
Dion Bithynius. 454.  
Dion Coccejus. 56. 72.  
104. 140. 180. 266. 288.  
442. 449. 456. 470. 472.  
591.  
Dion Chrysostomus.  
163. 462. 483.  
Dionysius Afer. 294.  
Dionysius Halicarnassæus  
42. 73. 106. 151. 220.  
319. 478.  
Dioscorides. 33. 105. 128.  
130. 183. 192. 299. 315.  
Donatus. 187. 411. 428.  
Dorpius (Martinus) 232.  
Empedocles. 142. 588.  
Ennius 187. 281. 352.  
Epigrammatarii. 53. 54.  
91. 114. 149. 185. 234.  
365. 440. 475. 484. 497.  
509. 512. 550. 551. 557.  
566.  
Erasmus. 83. 158. 242.  
418. 441.  
Eratosthenes. 146. 203.  
302.  
Etymologicon. 154. 302.  
435. 529.  
Eubolus Comicus. 91. 95.  
384.  
Euclides. 285.  
Eunapius Sard. 254. 312.  
Euphorion. 82.  
Pp 5 Eu-

- Eupolis Comicus. 201  
 Euripides & interpres. 23.  
   39.48.90.123.124.296.  
   386.417.418.433.441.  
   448.530.533.544.525.  
   527.528.546.573.  
 Eusebius. 27.28.175.359.  
   373.540.  
 Eustathius. 68.80.83.86.  
   93.94.95.97.105.155.  
   157.158.205.235.244.  
   292.297.317.318.321.  
   389.447.470.485.505.  
   535.538.567.569.587.  
 Festus. 413.  
 Firmicus. 109.198.  
 Florus. 110.132.135.  
 Frontinus. 220.  
 Fulgentius. 233.235.279.  
   313.369.467.  
 Galenus. 92.129.130.176.  
   210.219.299.317.428.  
   494.514.556.589.  
 Gaza. 120.343.  
 Gelenius (Sigismundus) 118.  
 Germanicus Cæsar. 22.  
   24.49.294.369.  
 Glareanus (Henricus) 249.  
 Gorgias Leontinus. 75.  
   88.241.  
 Gratius. 261.263.  
 Gregor. Nazianzenus. 1.  
   88.215.437.558.487.  
   550.579.  
 Gyraldus. 253.272.  
   367.  
 Heratæus. 132.  
 Hegesander. 35.  
 Hegesippus. 468.479.503  
 Heliodorus. 487.529.  
   517.  
 Hellanicus. 73.132.  
 Hephæstion. 105.587.  
 Heraclides Ponticus. 103.  
   144.187.205.484.  
 Hermesianax. 29.  
 Hermias philos. 151.  
 Hermippus. 68.505.  
 Herodianus Grammaticus. 97.  
 Herodianus historicus. 55  
   452.526.  
 Herodotus. 17.86.163.  
   293.315.429.443.473.  
   485.540.567.593.  
 Hesychius. 2.72.90.95.  
   97.152.181.194.389.  
   398.418.431.480.505.  
   511.539.564.  
 Hesiodus. 65.579.  
 Hierocles Alexandr. 93.  
 Hippocrates. 183.211.  
 Homerus ejusque scholiastes. 79.81.88.98.  
   100.123.124.125.148.  
   149.

149. 202. 233. 246. 279.  
 431. 433. 435. 481. 484.  
 486. 488. 507. 544. 525.  
 580.  
 Horatius. 33. 51. 97. 150.  
 184. 221. 222. 249. 273.  
 475. 533. 545. 557. 574.  
 577. 584.  
 Hugo Eterianus. 268.  
 Hyginus 22. 47. 73. 205.  
 498.  
 Iamblichus. 255.  
 Ibucus poëta 21.  
 Jön poëta. 82. 154. 264.  
 Jornandes. 530.  
 Isidorus. 120. 132.  
 Isocrates. 48. 98.  
 Julianus apost. 53. 163.  
 189.  
 Justinus. 96. 404.  
 Justinus Martyr. 28.  
 Juvenalis. 56. 117. 220.  
 439. 457. 477. 548. 549.  
 572.  
 Laberius. 353.  
 Lactantius. 48. 215. 369.  
 Lampridius. 410.  
 Latinus Pacatus. 225.  
 Livius. 40. 66. 123. 136.  
 143. 176. 180. 392. 487.  
 552.  
 Lucanus. 23. 123. 124. 326.  
 366. 415. 470. 484. 550.  
 559. 567. 569.  
 Lucianus. 75. 100. 123.  
 437. 457. 457. 484. 471.  
 479. 485. 500. 502. 511.  
 515. 566.  
 Lucilius Tarrhæus. 22.  
 125. 216. 295.  
 Lucilius. 116. 432. 456.  
 553.  
 Lucretius. 393.  
 Lutatius 122.  
 Lycophron. 21. 300. 347.  
 431. 435. 532. 538.  
 Macrobius 83. 144. 221.  
 591.  
 Mamertinus. 225. 230.  
 569.  
 Martialis. 56. 71. 112. 178.  
 182. 220. 245. 279. 299.  
 306. 365. 477. 481. 488.  
 496. 497. 509. 548. 552.  
 554. 556. 558. 564. 567.  
 574. 584.  
 Martianus Capella. 566.  
 Marius Victorinus. 37.  
 Matthæolus Senensis. 183  
 Menander. 582.  
 Minutius Felix. 139.  
 Morillonus. 189. 245. 279.  
 328.  
 Morifotus 120.  
 Moschus. 563.  
 Musonius. 465. 491.  
 Nævius. 38. 352.  
 Nannius. 191. 232.

Nau-

- Naumachius. 565.  
 Neocles. 50.  
 Nicander. 34.  
 Nicephorus Callistus. 468  
 Nicetas. 541. 587.  
 Nicolaus Alexandrinus.  
     201.  
 Nicomachus Gerasinus.  
     264.  
 Nonnus Panopolita. 364.  
     522. 526. 577.  
 Nonius Marcellus. 102.  
     116. 149. 327. 339. 345.  
     348. 366. 370. 379. 394.  
     395. 396.  
 Obsopæus (vincent) 114.  
 Octavius Horatianus. 139  
 Oecolampadius. 28.  
 Olympiodorus. 87.  
 Oneirocriticōn autor. 57.  
 Oppianus. 135. 183. 484.  
     494.  
 Origenes. 154. 501.  
 Orpheus. 133. 142. 487.  
     495. 571.  
 Orus Apollo Nilous. 1.  
     23. 152.  
 Ovidius. 48. 68. 280. 297.  
     361. 495. 507. 531. 532.  
     528. 545. 546. 558. 569.  
     583. 589.  
 Pacuvius. 356.  
 Palæphatus. 294. 552.  
 Palladius. 315. 438.  
 Panyasis. 83. 295.  
 Parrhasius (Janus) 191.  
 Parthenius. 126. 179.  
 Paulinus. 177.  
 Pausanias. 6. 46. 48. 52. 57.  
     72. 85. 87. 193. 241. 405.  
     407. 468. 506. 514. 581.  
 Pedo 136.  
 Persius 188. 273. 284. 458.  
     496. 510. interpres  
     212.  
 Petronius 151. 238. 281.  
     314. 359. 505. 592.  
 Phavorinus 80. 89. 201.  
     202. 309. 431. 489.  
 Pherecydes 83. 293. 295.  
 Philon Biblius 57. 144.  
 Philo Judæus 150. 168.  
 Philostephanus 487.  
 Philostratus 87. 149. 215.  
     233. 240. 264. 367. 429.  
     437. 476. 479. 485. 488.  
     489. 496. 498. 503. 505.  
     507. 509. 515. 551. 570.  
     581.  
 Phocylides 501. 562.  
 Pincianus (Ferdinand)  
     137.  
 Pindarus & Scholiast. 2. 5.  
     40. 86. 207. 216. 248.  
     486. 497. 583.  
 Pius (Baptista) 131.

Pla-

- Plato 29.88.93.106.158.  
319.363.500.579.  
Plautus 149.313.315.350.  
408.409.432.446.478.  
503.538.  
Plinius uterque 3.5.25.  
27.34.51.57.67.77.110.  
118.120.124.127.131.  
135.137.141.142.175.  
183.192.196.205.207.  
233.248.268.289.290.  
291.298.301.315.340.  
355.360.364.366.369.  
371.379.392.415.450.  
452.466.477.507.513.  
567.  
Plutarchus 21.25.48.50.  
71.77.84.96.101.121.  
125.142.153.161.178.  
229.239.243.254.264.  
277.288.310.362.404.  
432.436.467.469.473.  
509.534.547.588.  
Politianus 1.53.  
Pollux 5.22.42.89.95.96.  
120.177.193.194.295.  
308.313.316.319.388.  
389.431.434.439.444.  
481.511.540.547.564.  
Polyænus 539.  
Polybius 96.136.198.447.  
469.  
Polemon 88.220.272.  
Pomponius Comic. 354.  
Porphyrius 24.77.174.  
179.444.  
Porphyrio Grammat. 33.  
94.249.  
Posidippus Comicus 314.  
Praxilla Sicyonia 161.  
Probus 147.148.246.  
487.  
Proclus Diadochus. 29.  
145.285.  
Procopius 121.209.429.  
467.531.541.  
Propertius 554.559.  
Ptolemæus 142.  
Prudentius 577.  
Quintilianus 259.274.  
354.458.478.553.  
Rhenanus (Beatus) 74.  
Rhodiginus 3.44.193.  
195.298.391.  
Ruellius (Joann.) 105.  
Ruffinus aquilejensis. 76.  
Sabellicus 138.  
Sappho 528.  
Seneca 43.55.109.270.  
296.305.480.484.563.  
567.  
Servius 30.32.68.72.79.  
82.99.124.136.174.  
191.209.233.304.305.  
379.446.495.  
Severianus 165.

- Sextus Pompejus 37.109.  
   134.144.222.233.306.  
   314.358.364.549.  
 Sichardus (joann.) 76.  
 Silius 32.262.263.557.  
 Simeon Zethus 184.  
 Simonides 296.486.  
 Sisenna 532.  
 Stephanus (Heir.) 390.  
 Solinus 269.484.512.523  
   555.579.  
 Sophocles 80.87.100.105  
   181.251.300.316.430.  
   434.457.528.531.  
 Sozomenus 194.  
 Statius 3.23.148.180.481.  
   495.510.526.549.  
 Stephanus 35.72.255.  
 Stesichorus 94.221.485.  
 Stobæus 185.204.492.  
   577.  
 Strabo 3.5.35.42.131.  
   179.201.206.209.213.  
   271.408.467.482.496.  
   531.550.552.560.564.  
   581.  
 Strattis Comicus 91.  
 Suetonius 40.393.415.  
   439.455.  
 Suidas 20.27.41.52.90.  
   103.104.131.152.158.  
   163.195.199.295.309.  
   387.429.435.455.457.  
   469.504.543.551.
- Sulpitia poetria 53.  
 Sutrius Comicus 313.  
 Sylvius 111.  
 Symmachus 32.  
 Synesius 124.200.299.  
   318.443.473.494.503.  
   504.508.  
 Tacitus 65.99.101.102.  
   112.195.231.327.357.  
   454.512.563.  
 Tarasius sive Stasinus,  
   Cypriacorum autor.  
   45.  
 Terentianus 37.117.  
 Terentius 392.412.  
 Tertullianus 75.119.186.  
   288.406.436.439.563.  
 Themistius 323.  
 Theocritus & interpr. 149  
   178.261.359.523.541.  
   578.587.  
 Theodoreetus 193.302.  
   443.463.  
 Theon Alexandr. 47.  
 Theophrastus 35.105.198  
   300.309.314.534.  
 Theophylactus Schola-  
   stic. 436.  
 Theopompus 478.  
 Thucydides 75.319.435.  
   436.536.  
 Tibullus 279.298.497.  
   558.

- Timotheus poëta 252.  
Trapezuntius 374.  
Tryphiodorus 92. 124.  
529.  
Valerius Flaccus 23. 69.  
Valerius Maximus 110.  
239.  
Valerius Probus 68.  
Varro 38.67.73.118.145.  
174.222.314.339.340.  
347.348.355.363.375.  
396.506.543.  
Vellejus Paternulus. 110.  
228.265.376.  
Virgilius 5.20.23.24.30.  
65.69.79.98.101.122.  
128.134.136.146.190.  
196.233.250.273.435.  
437.488.495.507.531.  
533.558.561.572.  
Vitruvius 285.297.  
Xenophon 96. 405.523.  
Zenobius 8.89.90.155.  
Zezes 55.217.300.305.  
309.488.489.539.  
Zonaras 57.189.453.475.  
Zotimus Alexandrinus,  
296.



IN-

## I N D E X

*Rerum memorabilium, & vocum, quæ in Animad-  
versis, ac Adpendice continentur.*

## A.

- |                                                   |                               |
|---------------------------------------------------|-------------------------------|
| Aron barbatus.                                    | 466                           |
| <b>A</b> brahamus somniorum conjector primus.     | 57                            |
| Abialon pulcricomus juste perit.                  | 506                           |
| Acarnania funda.                                  | 5                             |
| Acarnanes cur dicti.                              | 482.536                       |
| Achilles Sperchio amni comas vovet.               | 509                           |
| Acus, ejusque officium & usus.                    | 547. ex qua ma-               |
|                                                   | teria.                        |
| Adolescentes fluminibus crines consecrabant.      | 509                           |
| apollini & Æsculatio crines ponebant.             | 510                           |
| Adonis allegorica fabula.                         | 261. sacra Adonia.            |
| ibid.                                             |                               |
| Adulteræ fœminæ apud Germanos præcisæ capillis    |                               |
| denudatæ foras extrusæ.                           | 454                           |
| Adulto vere.                                      | 65                            |
| Ægyptii hordeacii potus inventores.               | 127. Ægyptiorum               |
| sacerdotum vestes ex lino.                        | 263. Ægyptii δυσμετα-         |
| δόται dicti                                       | 283. cur suilla abstinuerint. |
| Ælius Stilo qui.                                  | 355                           |
| Æra Corybantia, Dodonæa, Temesæa.                 | 180                           |
| Æsculapius barbatus.                              | 467. ei consecratus olim cri- |
| nis pueritiae.                                    | 510                           |
| Ætolii fundæ inventores.                          | 5                             |
| Affluentia rerum à Deo hominibus concessa ob quo- |                               |
| rundam malevolentiam sæpe desinit, uti variis     |                               |
| exemplis probatur.                                | 168.169                       |
| Αγκύλης.                                          | 390                           |
|                                                   | Age-                          |

## INDEX.

609

Agesilao claudicanti delatum imperium.	404.405
Agminis barbarici species triangularis.	18
Agnodice virgo tonsa viri modo medicæ rei dat operam.	498
Αγνοδίκη Plauti fabula.	35 L.
Ala Anglorum potus.	127
Albis mulis invecti olim Sicyonii tyranni. 39. albis equis Hieronicæ vehi solitæ. 40. quadrigis albo- rum equorum ex regia procedere solitus Hierony- mus Syracusanus. <i>ibid.</i> albis equis triumphantes invecti. <i>ibid.</i>	albis
Alcyon avis.	356
Aletes Corinthi conditor. aletii.	376
Alexander M. militibus barbam radi imperat. 476 quid eo dicto innuerit. <i>ibid.</i>	476
Aliquanto plura , phrasis.	392
Amphiaraus somniorum conjector.	57
Amphyctyon oneirocrites.	57
Αμφικτύων lapis.	7
Annuli pro Cincinnis.	422
Anteventuli.	432
Anthermus.	52
Antiæ.	432
Antigonus Rex Bacchum imitatur.	267
Antiochicus Juliani quare ita inscriptus.	244
Antiochus tonsor.	245
Antonius Bacchum imitatur. 265. Minervam du- cit in uxorem. 266. mille talenta dotis nomine atheniensibus imperat. <i>ibid.</i>	265
Απάντες.	202
Apaturiæ feriæ.	511
Apices.	106
Apitius luxui deditissimus.	366
Apium corona Isthmiaca. 248. & Nemæa. <i>ibid.</i>	248
Q q	Apollo

Apollo genitor, γενήτωρ. ejus ara Deli à Pythagora adorata.	69.
Jovis prophetes.	251.
Apollo barbatus cultus olim.	467.
apollo ἀχροτρόφος.	509.
comæ detonsæ ei sacratæ.	<i>ibid.</i>
ἀποσκυδίξειν quid.	447
Aries Phryxi.	293.
aries pro navi arietina forma.	
295. arietinum vellus quod.	296
Aquila in Romano exercitu portari solita.	140.
Aquilifer.	141
Ara apollinis genitoris in delo.	69.
à Pythagora adorata <i>ibid.</i> dicta ara piorum seu rite venerantium, & ara pura.	70.
ara cornea.	71
Arenæ.	406
Areopagitarum severitas.	6.
areopagus unde dictus.	areopagus unde dictus.
<i>ibid.</i>	
Argeessa Italia dicta.	71
Argus Iūs custos.	408
Ariadne Libera dicta.	49
Arion Citharædus.	163
Aristoteles Stagirites.	10. 17
Artemidorus.	58
Artisanæ Rex Æthiopum reos amputatis narium spiraculis in deserta loca abire compulit &c.	271
Afinii Celeris prodigalitas.	291
Afinii Galli mensa.	289
Affyriorum ritus in supplicando.	122
Aselli bestiolæ.	299
ἀσεργάλος.	83. 92.
Diogenes in sua republ. censuit astrogalos numismatis vicem obtinere.	95
ἀσροκύων.	23
Athenis Statuarius.	53
Athletæ cute tenuis tonsi.	515
Aviculæ morsicantes in conviviis adhibitæ.	558
Aviculi sorices & tineæ palatiorum.	172
Au-	

# I N D E X.

611

Aurei crines.	571
Auris memoriae sacra.	233
Ausonia Italia dicta.	72

## B.

<b>B</b> Acca quid.	360
Bacchus pictis vestibus usus.	41.
Zythi inventor.	131.
Evius.	212.
Bacchus barbatus.	467
Baleares funditores.	3
Barba quando primum radi cæperit.	451.
Virilitatis & pulcritudinis indicium.	453.
barbæ rasio luctus indicium.	455.
barba viri forma.	461.
singulare Dei donum.	463.
471. barbæ rasura ignominiosa,	
vetita &c. vid. voc. rasura.	
barbam decere virum gravem ex vett. scriptis &c. ostensum.	466 &c.
Barbata fœmina præter naturam.	464.
ejus occursum ominosus.	<i>ibid.</i>
Barbara nomina apud Jamblichum quæ.	255 &c.
Batavia insula.	230 &c.
Bauli.	32
Biera.	133
Boletus.	56
Bonæ Deæ sacra.	324
Boreas unde.	346
Bórgus intortus cincinnorum globus.	434
Bovinatores qui.	370
Brenni milites reverendi barbis prolixis.	469
Bruta cur pilosa.	494
Bubastia sacra.	263.
Bubastis Diana.	<i>ibid.</i>
Buccinum quid.	416
Búrn malta.	129
Bupalus quis.	51.
&c. pugna Bupalia prov.	53.
Bupalum odium prov.	54
Bura & Helice.	208

Q q 2

C. C2

## C.

- C**Alamistratura mollitiei index. 562. calamistrati. *ibid.*
- Calanus pyræ cæsariem imposuit. 528
- Calculi judicum. 102. 103.
- Callicratis formicæ &c. ex ebore fabricatæ. 25
- Calvier. 412
- Calvitium quid, & calvescere. 588. probrosum. 589.  
inique id quidam tulerunt. *ibid.* alii modeste. 591.  
calvus Socrates depictus. 592. Æsculapius, Ulysses, Isocrates. *ibid.* calva occasio. 593. calva à natali gens Scythica. *ibid.* calva Venus. *ibid.* calvus orator Latinus Demosthenes. 594. Calvitium plenam Lunam imitans. 596
- Campanæ usus ad pia munia translatus. 177. pulsabantur campanæ defuncto aliquo. 178. & ut vis tonitrii infringatur. *ibid.* illis evocabatur populus ad thermas. *ibid.* & ad cupedias. *ibid.* usus Campanæ apud præsidiarios milites. 179. & si qua vis ingrueret. 180
- Canendi ordo in conviviis. 154. 155
- Canities & Canitia quid. 576. unde. 577. ejus dignitas. 579. 580. etiam in juvenibus aliquando. 583. Canitiem quæ accelerent. 585
- Caui à natali qui. 578. Canorum familia. 581
- Cana Vesta, Fides, Veritas, Natura, Æternitas. 581. canum tempus, ver. *ibid.* absinthium. 583.  
mare, ferrum 584 canus Apollo. 581
- Cannensis pugna quid apud Ciceronem. 108
- Canopus Pellæus cur Virgilio dictus. 31
- Canthari. 77
- Capedines. 116. 118.
- Caput jovi sacrum. 233
- Capitis ἡγεμονικὸν. 490. caput quare pilosum. *ibid.* Ca-

Capillamentum sutile & textile.	439
Capillatæ gentes variæ. 484. Dii dæque capillatæ ubique apud vett. scriptores.	585 &c.
Capillorum vilitas 493. Capilli mortuum quiddam sunt 494. 507. Capilli quisquiliæ 508. Capilli consecrati diis 509. 510. 511. Capillorum tin- eturæ 552. crispatura & contortio.	559 &c.
Capillaris & Capillata arbor 510. capillare unguen- tum 559. de coloribus capillitii.	568
Capronæ 432. libidinis indices.	506
Carmen quid.	176
Catastus quid. Vitruvio 297. Catasta.	298
Cato (M. Censorius) grandævus Græcas litteras di- dicit 254. Cato cur barbam promiserit.	471
Caufia.	106
Caviarum.	365
κῆπος & κῆπιον tonsuræ genus.	536 &c.
Celeritas in scribendo damnata.	238
Celia & Ceria Hispaniæ.	127
κέρεσθαι.	432. 438. 440
κέρας capillitium.	431
Cerasi calculus exsculptus , continens quindecim alearum paria , suis punctis distincta.	25
Ceres Mercuriveha.	272
Cerevisia unde dicta.	127. 128. &c.
Κήρυξ multa denotat , præconem , fecialem , pocil- latorem , muricem , accipitrem &c.	315. 321
Ceyx Rex.	356
Chiesii Romani luxus.	224
Chozroës Persarum Rex totum aristotelem imbi- bit.	9. 17
Christus cuneata barba à pictoribus effigiatus.	468
Cianos insula.	297
Ciborium quid.	33. 34. 35
	Cica-

Cicadæ aureæ 436. innexæ crinibus.	565
Cicero græcorum interpres 282. ejus mensa sumptuosa.	289
Cinctus Marti consecratus.	233
Cincinnus 432. κικίνοι. 433. Cinni intorti.	566
Cinerarii & Ciniflones.	561
Cineres adipergendi crinibus vetus mos.	533
Cinnus.	433
Circe Marica dicta.	49
Ciris.	48
Cirrus 432. Cirri unde 438. cirrati pueri.	510
Civilis Batavorum Regulus cæsariem attondit.	512
Claudicans imperium.	404
Clazomenæ.	53
Κλῆρος unde.	97
Clisthenis rasura: proverb.	449
Clodii Æsopi luxus.	291. 292
Cochlacæ, Cochleatæ columnæ.	409
Cœlum.	145
Colocasia.	34. 36
Colores varii capillorum.	568 &c.
Columbarum septem genera. 341. de columbis mirum. <i>ibid.</i> & 343	
Coma unde dicta 428. Comæ arborum folia. <i>ibid.</i>	
Coma apposititia. 438. 439. Coma veneranda, reverenda, terribilis, decora &c. 463. Coma turrita.	549
Comam nutritæ inutile, vile, ferum, puerile. 491. servile 500. ignominiosum 501. mollitiei signum habitum 503. fastuosam. 506. Comæ colores varii.	568
Coma detonsa patriis fluminibus consecrata 509. & Apollini <i>ibid.</i> & Æsculapio 510. suspensa ab adolescentibus. <i>ibid.</i> comam tondere idem quod virilem	

lem togam adsumere.	511
Coma in luctu tonsa. 523. & seqq. fluens & passa quoque in funere. 531. adspargebatur cineribus 533. Coma unguentis delibuta. 555. & croco myrrhaque.	558.559
Comam in gradus frangere.	561
Commodus Hercules & Jovis filius nominari vo- luit.	268
Concha vehitur Venus. 279. Libidinis incen- trix. <i>ibid.</i>	
Conchulis marinis olim usi vett. loco calculorum judiciorum.	103
Corcyra insula.	297
Corporis partes singulæ diis peculiaribus deputa- tæ.	233
Corybantia æra.	180
Consentes dii.	304
Convolvolus.	302
Contumeliaz fanum & lapis.	8
Cornua pro cincinnis. 435. Cornutus quomodo Mo- ses. <i>ibid.</i>	
κόρη. 430. convicci nomen.	452
Cornicum concordia. 1. Cornices conjugii fidem servant.	2
κύρωτρόφοι dicti fluvii. 509. κύρωτρόφος Apollo. <i>ibid.</i>	
Cosyra insula.	297
Cottabi ratio explicatæ. 383. & seqq.	
Cotys & Cotytto Dea. 199. Cotyos Sodalis pro- verb. 200. Dex istius ara apud Corinthios. 503	
Creusis. Crissæus sinus.	207.208
κρέξ, 430. crinis unde.	432
Crispatura capillorum. 559. in fœminis damnata. 563. duplex.	564
Crobylus.	75.435
	Cro-

Croceum lutum Virgilio quid.	191
Croco imbuta cæsaries.	559
Crurifragium.	198
Cubus. 89. 92. pro eventu dubio, <i>ibid.</i> Cubi inventor Archytas.	93
Culullus quid.	121
Cuneiformis acies.	19
κύων & Canicula pro unione.	91
Cupressus arbor feralis, & cur. 167. Diti & Proserpinæ sacra. <i>ibid.</i>	
Curetes quare retro comati. 481. unde nomen habuerint.	535 &c.
Curius Rom. talis ludere doctissimus.	85
Curmi potus.	127
Cutio animal.	300
Cyparissus oppidum.	69
Cyparissus Telephi filius.	68
Cyparissa Boreæ filia. 67. Cyparisse filiæ Eteoclis. <i>ibid.</i> ex Cyparisse Jovis sceptrum factum. 68	
Cythera insula conchis nobilitata. 279. Porphyris vocata. <i>ibid.</i>	

## D.

<b>D</b> Ei dæque capillati ubique apud vett. scriptores.	485
Delos è mari emerfit.	204
Demosthenes octies descripsit Thucydidem.	17.
Pæanicus orator.	10. 17
Depilatrices. 476. 479. depilati Pathici.	477
Dextra Fidei sacra.	233
Dextram supplices tangebant.	123
Diana omnivaga. 246. Orsilochia apud Ammian.	252
Bubastia.	263
Dies præcepſ.	66
Digiti Minervæ sacri.	234
Dio-	

Diogenis dicteria in comatas.	498.	idem puerorum
cæsariem tondere jubet.	<i>ibid.</i>	
Dioscuri e Leda prognati, & Nemesis filii.	45.	
Dei tutelares.	114	
Discrimen sexum quibus notetur.	499	
Displicare quid.	198	
Dium fulgur quod.	305	
Doctoralis laureæ conferendi ritus.	322	
Dorsum Plutoni attributum.	233	
Drusillani lanx.	290	
Dubitandum nihil, pro, non parvum.	24	
E.		
E brius pro pleno & dementato.	149.	150
Effatum quid.	173.	effatus ager.
ἐκφυλλοφόρησις.	102.	309
Elenchi qui.	360	
Eleusin.	207.	Eleusiniorum ritus.
ἱμπλοκία sertum apud Athenienses.	564	
Eudymionem Luna cur amarit.	369	
Ennius Euhemerum transtulit.	281	
Ephesiaæ literæ quæ.	181	
ἐπίστεισος tonsuræ genus.	540	
Equi explorat tintinnabulis, an sint consternaces.	181	
Eros Julia pro Trotula.	326	
Evius unde dictus.	212.	Evius Bacchus, non Eu-
hyus.	<i>ibid.</i>	
Eubœenses sinciput tondebant.	481	
Eurydice Illyrica grandæva literas didicit.	254	
Excubitores nolam pulsabant noctu.	179	
Extemporalis dictio[n]is inventio.	241	
F.		
F aba Ægyptia.	34.	170
F ax ex spina alba in nuptiis olim prælata.	379	
Febris fanum.	138	
Qq 5		Fe-

Feronia libertorum Dea.	446
Fiscus ien vocatus.	172
Flamen dialis à libero tondebatur.	512
Flava coma. §68. olim meritoria. 572. Ægyptiis despecta. 573. Flavedo quid Aristoteli. 574. flavi citius canescunt.	ibid.
In Foco sedere, & verbum nullum facere, suppli- cum est.	125
Fori tabes.	195
Forfex, Forvum, Forpex.	546
Fractus versus.	53
Franci circumtonsi libertatis argumento.	500
Franciscus alumnus minutorum characterum scrip- tor eximius.	26
Frisii circumtonsi, in signum libertatis ipsis obla- tx.	500
Frons Genio sacra.	233
Fucata omnia turpissima.	552 &c.
Fulmen telum trisulcum dictum cur. 303. tria ge- nera fulminum. 304. Jupiter autor fulminum. ibid. Fulgurales libri Hetruscorum. ibid. Manu- biæ jactus fulminum. 305. Dium fulgor. ibid. fulgor nocturnum Summani.	306
G.	
Galerus Thessalicus.	105
Galericulus.	439
Galli Cybeles ministri scuticis flagellari soliti.	84.
Samia testa virilitatem amputabant.	120
Galli φιλέλληνες.	274
Gallia comata.	483
Garum sociorum.	365
γαστροφυία Archestrati.	272
Geloni populi.	5
Gelotopæi.	449
Genii	

- Genii. 358.  
 Genua adtrectabant supplices. 123. Genua Miseri-  
 cordiae sacra. 124. 234  
 Geometriæ rudes à Platone exclusi. 283  
 Germanicæ voces è Græcis fontibus haustæ. 275. &  
 seqq.  
 Gossypion. 263  
 Græcæ linguæ osores taxantur. 9. Græcorum libro-  
 rum conversionem immerito criminari nonnul-  
 los. 280. &c.  
 Gymnosophistæ barbati. 467
- H.
- H Adrianus primus barbam promisit. 470  
 Hectorea tonsura. 538  
 Helena Nemesis filia. 46. quare dicatur ex ovo pro-  
 gnata. 48  
 Helice & Bura. 208  
 Hercules Lebete & scypho mare trajicit. 82. ejus sa-  
 gitæ. 31. Hercules Buraicus. 85. Hercules 68-  
 Soivæs. 215. bovem integrum devorat. ibid. ejus  
 sacra apud Lindios cum diris & execratione pe-  
 racta. ibid. Hercules craterem trium lagenarum  
 capacem ebbit. 221  
 Herculeum Tarentum cur. 30. 31  
 Hesperia Italia dicta. 72  
 Hieronymus Syracusarum tyrannus quadrigis albo-  
 rum è regia procedere solitus. 40  
 Hieronicæ, sacrorum certaminum Victores olim al-  
 bis equis invecti. 40  
 Hippoñax poëta. 51. Hipponaëteum præconium  
 prov. 55  
 Hollandiæ nomen unde. 232  
 Hosthanes Magus. 27  
 Hunnicæ tonsuræ genus. 541  
 Hy-

Hygiae Aesculapii filiae tonsa coma vovetur.	514
Hypæpa. Hypæpus.	361
Hyperbolus.	311

## I.

Iactus ter sex felicissimus. 91. Jactus Veneris. 94-	
Jactus πρενης. 95. αιγλη Jactus felices & infelices.	ibid.
Jacobus Justus nunquam rasus.	468
Janicula Italia dicta.	71
Iccius portus.	179
Ignis Persarum sacer & æternus prælatus autem agmen Persicum.	121
Ilias Homeri nucis putamini inclusa. 25. olim rubris vestibus actitata.	78
Impudentiæ ara Atheniensium.	8
Indi comas fucant. 555. croco crines imbuunt.	559
Innocentiæ lapis in Areopago.	7
Injuriæ lapis in Areopago.	7
Ino Leucothea dicta.	49
Insani cur porcum laribus immolarent.	223
Insulæ variæ quæ è mari emerserunt. 204. & seqq.	
D. Joannes Barbarus Proclo dictus.	258
Josephus somniorum primus explicator.	57
Jovis sceptrum è cyparisco.	68
Isiaci linigeri. 263. Isiaci cultores rasi.	444
Isis Ægyptiorum Stella.	23
Isocrates Decennium in una oratione consumpsit.	240
Italiæ varia nomina. 71. 72. unde dicta. 73. Italus taurum significat.	ibid.
Juli variæ significationes.	302
Juliani Cæsaris dictum. 8. vera ratio inscriptionis orationis antiochicæ ejus. 189. Julianus hircus dictus.	
	475
	Julius

Julius Cesar mollis.	480
Jupiter Φύξιος. λαΦύξιος. 294. ἀγένεος, πωγωνιήτης.	
468. barbatus Virgilio. 472. comatus Homero. <i>ibid.</i>	
K.	
<b>K</b> υριξομένη dicta nupta, & hymenæi carmine copulata.	2
L.	
<b>L</b> Academiorum Ephori plebi præcipiebant, ut mentum tonderent.	469
Lacones rege mortuo lebetes complodunt.	178
Lacus servilius.	109. 110
Lapides argentei in Areopago, unus reo, accusa- tori alter positi, & cur.	6
Larium ædes. 139. laribus porcus immolatus.	223
Λάταξ, λατάγη.	389
Laurum tenebant canentes in conviviis.	154
Lebetum (in præmium victoribus propositorum) duo genera. 80. lebes & tripus idem. 81. lebes navigii genus.	82
Leda transnominate Nemesis. 47. 48. nutrix Hele- nes. <i>ibid.</i> in Nemesis inutata. <i>ibid.</i> Mnesinoë dicta.	50
Lindiorum mos in sacris.	215
Librare vulnera, quid.	4
Lipsydrium.	157
Litæ Deæ supplices.	125
Lityenses gulo.	217
Locusta venefica.	56
Lotos arbor Romæ. capillata vocata, & unde.	510
Lucani poëmation.	328
Lucina IDea unde.	233
Ludus de morte Claudi Cæs.	55
Luna accelerat partum.	252
œvum Helenæ parens è Luna delapsum.	50
Lunæ.	

Lunares fœminæ.	50
Lustrica vasa.	194
Lutum croceum Virgilio quid.	191
Luxus Chiesii Romanij civis. 224. & Romanor.	225. &c.
Lycii ne tonderentur vectigal persolvunt.	483
Lycus Thebarum Rex primus.	39
Lyfiæ tarditas in scribendo.	240
M.	
<b>M</b> aypsæ.	192
Mænæs.	431
Malobathrum assyrium.	557
Man quid.	170
Manes qui Virgilio.	358
Mania mater Larium.	223
Mavias etymon unde.	ibid.
Manubiæ fulminum jactus.	304
Manumittendi rati; 446. cur.	447
Margarita tribacca.	360
Margopolis.	349
Marii dirum supplicium.	198
Maxies populi lævam capitis partem radebant.	481
Medusæ aurei crines in angues conversi.	506
Mellis porus inebriat. 133. mel aërium.	170
Melicertes Palæmon, & Portunus. 49. Glaucus. ibid.	
Mentha herba. ejus vires. 182. & seqq.	
Mentum adtingebant supplices.	123
Mercurius cubo insistens. 92. Mercurio fors adtribuitur. 97. ὑπηνήτης. 468. σφυροπόγων.	ibid.
Metelli Nævii poetæ inimici.	38
Metretes.	218
Metus capillos surigit.	507
Midas auriculis asini præditus.	238
Millepeda.	300
Mi-	

# I N D E X.

623

Misericordia Dea.	234
<i>Μισητῶν</i> Juliani oratio.	244
Modiperator olim electus.	102
Morgetes populi.	71
Morsimus ridiculus poëta. 367. μόρσιμος.	<i>ibid.</i>
<i>μυρκτίας.</i>	210
Mulis albis olim vehi soliti tyranni.	39
Mundi definitio. 146. ejus dextræ & sinistræ partes.	
142. ejus similitudo cum ovo. 143. refert ad literam. 145. quo anni tempore sit conditus Mundus; & non absurde statui originem ejus nativitatis in Libræ signo. 164. & seqq.	25. 340
Murax, est κηρυξ.	196. &c.
Musæus Lunæ filius.	29
Myrrha imbuti capilli.	558
Myrinum vinum.	312
Myrmecidis sculptoris musca ex ebore alis integens quadrigam, & navis pennis apiculæ absconsa.	25. 340
Myrtum tenebant canentes in conviviis.	154. &c.
N.	
NÆvoli avaritia apud Martial.	112
Nazarei rasi.	441. 474
Ne quid nimis, cuius dictum.	375
Negotiationes pudendæ Regis cuiusdam.	419
Nemesis mater Helenes. 47. Nemesi adtributus locus retro aurem dextram,	233
Nereus futura prædictit.	250
Nero rafus.	472
Nisi aurea coma.	506
Noiæ unde.	177
Nomina mortuorum consecratorum mutata.	48. 49
Novacula.	549
Novo vere.	65
Nu-	

Nubentes canis senum olim ornabantur. in Nuptiis observatus ritus.	581 2
	O.
Oculi Cupidini , & juxta alios Minervæ sa-	
cri. 233	
Odarum genus triplex. 152	
Odyssæa olim cœruleis vestibus repræsentata. 78	
Oenotria dicta Italia. 72	
Oliva supplex. 122. 123	
Olorus Thraciæ Rex. 17. Pater Thucydidis. ibid.	
Olympias Alexandri mater variis cognomentis ad-	
pellata. 49	
Olympiis soli ingenui admittebantur. 323	
Olympiorum oleaster. ibid.	
Oneirocritici versus. 59. & seqq.	
Ov'isxos & ov'os pro millepeda animalcula. 299	
Ov'os pro unione. 90	
Ophiusa Rhodos dicta. Ophiusæ plures. 205. 206	
Opulentia detestatio. 158	
Orbes pro cincinnis. 432	
Orbona Dea. 137	
Oριδόγονος Helena. 48	
Orsilochia Diana. 252	
Osiris docuit putare arbores. 428. peregrinantes co-	
mam nutrire instituit. 484	
Ostracismus. 103. 308. Ostracismi lex cur institu-	
ta. 308. qui ejecti ostracismo. ibid.	
Ovum Helenæ parens è luna delapsum. 50. Ovum	
mundi simulacrum. 143. in Bacchi orgiis sacra-	
tum. 145	
Ova antiquitus dictum coenaculum , & locus editior	
tabulati in ædibus. 50	

## P.

<b>P</b> Alamedes tesserarum inventor, 87.	Palamedis
abacus.	88
Parabia potus.	127
Pallantis lib. superbia.	356
Palma Ægypti, 268. πῶμα dicta & ἄδιψος.	ibid.
Panes hispidi.	505
Paris capillatus.	505
Passienus orator. 44. calumniose Paschænus ab Osco Rethore dictus.	ibid.
πασχῆλα.	45
Patella dignum operculum. prov.	339
Paulinus campanas invexit.	177
Paulus Apost. rasus. 441. 474. barbatus.	468
Pecten ejusque etymon. 543. buxeus. officium ejus & epitheta. ibid. Venus pectinigera. 544. pecten- di studium in viris.	545
Pectus Neptuno attributum.	233
Pedes Mercurio sacri.	234
Pelusiacum linum.	263
Pericles extemporaneæ dictionis inventor.	242
Περράνηλα quæ dicantur.	193 &c.
περτροχαλάτην tonsuræ genus.	540
Persarum supplicandi ritus.	121
Petrus barbatus.	468
Phaleræ pelagiæ quæ Petronio.	360
Φόβη.	430
Pholus Centaurus.	221
Phrygium ferrum quid Ciceroni. III. Phryx plagis emendatur. prov.	ibid.
Phryne, antea Mnesarete.	49
Phryxus quis.	293
Phthisis mortis germana. 507. in phthisi erumpunt crines.	ibid.

Picatio.	477
πιλίδιον & πῖλος quid.	104. 440
πῖλος Cervisia.	132
Pirene fons.	408
Piso Calphurnius.	327
Pistrix.	134
Plastinx.	390
πλόκαμοι, πλόκοι.	434
ποκάδες.	431
Polycleti Statuarii dictum.	242
Porcus Laribus immolatus ab insanis.	222
Posticæ partes Plutoni sacræ.	234
πῆς quid Galeno.	176
Præcipiti vère.	66
Præstites.	358
Priamus antea Podarces. 49. rafus olim in signum calamitatum. 455. inde πελαρωθῆναι.	ibid.
Pristis pro pisco & navi.	134. &c.
προκόττα tonsuræ genus.	539
Propenduli.	432
Ψῆφαι ἀναιρέσαι, μέλαιναι, τετρημέναι nigri, ἀτρητοὶ, λευκαὶ, σώξασαι, ἐλεῦσαι albi calculi dicti.	103
Præconum munus. 317. &c. novem erant in exercitu Græcorum.	320
Promulsis.	290
Pterelai aurea coma.	506
Prolemaeus barbaros libros converti curavit.	282
Pubentes herbæ quæ Virgilio. 495. pueri cirrati & capillati. 496. pueros & puellas decent crines. 497	
Pulegiatum.	410
Purpurearum vestium tria genera. 77. purpura unde.	78
Pygmæi	

I N D E X.

627

Pygmæi.	214
Pyrallis columbæ genus.	344
Pyrricha armata.	18
Pythagoras aram Apollinis genitoris adoravit.	67.
ejus metempsychosis.	186.
in pavonem mutatio.	187.
à Zora sua hausit.	282.
trigoni orthogonii	
inventor.	286.
Hecatomben immolat.	287
Pythagoræ mos in excitanda discipuli tarditate.	293
Pythagoræ cupresso abstinent.	68.
olim tonsi.	515
Q.	
Uadrigam alis obtegens musca.	25
Quartanæ Saturni filiæ.	139
Quassabundus.	221.
quatere quid.	ibid.
R.	
Adi barba quando primum cœpit.	451.
radendi mentum vetus mos unde fluxerit.	456
Rafus Augustus.	450.
Dionysius.	Alexander.
Sampson.	458
Rafi Nazarei.	441.
Servi.	446.
Ruteni & Sarmatæ.	
Alani.	Scythæ.
447.	Riphæi.
Britanni.	448.
Tarentini.	Egyptii,
Japygæ.	à mortuo Api.
451.	456.
Biblîi in Sacris Adonidis.	457
Rasura & tonsura confunduntur.	440.
441.	Rasura
Levit : Sacerdotum.	442.
Ægyptiorum sacrificiorum.	
443.	Isiacorum cultorum.
Samanæorum.	444.
ibid.	Rasura est servilis.
Rasura	446.
morionum	
propria.	448.
mollitiei damnata.	449.
ignominiosa,	
& Scri.	repugnans.
452.	453.
significat ca-	
lamitates & damna.	454.
457.	tamen aliquando
salubris, & morbis medens.	473
Rasura circularis ab Aniceto instituta.	445.
quadran-	
gula rasura Simonis Magi.	ibid.
Rasuræ somnium.	456
Sabiniri sacrifici æneis cultus in radendo usi.	445.
Rr 2	Rho-

Rhodii vetuerunt quenquam radi.	464.	Byzantii novaculae edicto sustulere.	<i>ibid.</i>
Recoctus quid.	273.	Recoquere.	274
Redimicula aurea.			551
Regem conviviorum sortiri.			102
Rei criminis alicujus capillum summittebant.			513
Renes Veneri tribuuntur.			234
Reticulum.			550
Rhinocera loci nomen.	271.	Rhinocolura.	Rhino-
curara.	270.	undē.	<i>ibid.</i>
Rhodos ē mari emersit.	205.	aureo imbri perfusa.	
207. ejus varia cognomenta.			206
Rotæ supplicium.	197.	Rota idem quod Fidicu-	
lae.		lae.	199

## S.

S	Abaja potus.	127
S	σάρτρος tonsuræ genus.	539
Sacerdotum duo genera.	174.	Sacerdotum Levitic.
Ægypt. Isiacorum &c. rasura.		442. &c.
Samanæi Philosophi.	179.	deradebant pilos.
Samium quid.		444
Samsonis capillus.	511.	Sampson rasus.
Sandyx.		458
Sardanapalus rasus inter fœminas latet.	472.	in morte
vir.		<i>ibid.</i>
Saturnia dicta Italia.		72
Saturnius versus.		37
Satyri hirti.		505
σκαφιον tonsuræ genus.		537
Scazon.		53
Scema & triobolus. prov.		292
Scipio Æmilianus cur barbam raserit.	"	471
Scolion carmen, quod & unde 152. &c.		Scolia epi-
grammatica.		161
Scro-		

Scrobuli.	75
Scytale Laconica.	236
Scytharum ritus in supplicando.	122
Seleucus barba vocatus.	469
Semioboli spatio descriptum integrum Symbolum Apostolorum, & principium Euang. Joannis.	26
Senescente hyeme.	66
Servi Grecorum rasi. 446. manumittendi rasis capi- tibus Præiorein adibant, & virgula pulsati servi- tium exuebant.	<i>ibid.</i>
Servilius lacus ubi Romæ. 109. quid Ciceroni.	<i>ibid.</i>
Servilius glaucia.	110. 111
in Sesanii semine cælati versus integri Homeri.	25
Setabes populi. Sciaabinum linum. Setaba sudaria.	262
Siriræ pictis vestibus usi.	41
Sirius Stella unde dicta. 20. 21. 22. Sirius pro sole,	<i>ibid.</i>
σειρα astra, <i>ibid.</i> habet duas stellas.	23
Sicyonii tyranni albis mulis invecti.	39
Siphnius talus.	86
Sitella.	103
Socrates barbatus.	466
Socratis rationes comparatæ olim cubis.	93
Somni ænigma.	378
Somniorum conjectores. 57. interpretes, qui.	58
Sors. 97. Mercurio attributa. <i>ibid.</i> Magistratus forte electi. judices conscribi soliti. 98. Sortitio per lite- rarum elementa. forte electi Consules, Proconsu- les &c. Legati, cursuri. 99. luctaturi. 100. portarum stationes sortiebantur duces argivi ad Thebas. <i>ibid.</i> & loca in navalı certamine. miles fortito excubabat. agrorum culturam sortiebantur. Studiosi quoque fortiti de proponendis quæstiunculis. 101. symposi- arches sorte ductus. 102. Sortitio Αρχιποσίας. 94. Sortium Deæ Teniræ dictæ. 102. sortes capitales	
Rr 3	olim

olim foliis inscriptæ à judicibus.	<i>ibid.</i>
περὶ & Spira quid.	564. 565
Spiritabile.	247
Stesichorus octadem designat.	94
Strenia Dea, ejus lucus. de Strenis earumque origine.	414. 415
συτίδης emplasti genus.	235
Supercilia Junoni sacra.	233
Superianus sophista tricenarius literas didicit.	254
Supplicandi varii modi apud diversas gentes. & seqq.	121.
Sympoſiarchæ jus , fortitio.	102
Sympullum, Sympuvium, Sympinium.	115. &c.
Sus fōli & Lunæ iniuncta existimata Ἀgyptiis.	362.
Lunæ immolata. <i>ibid.</i> in Eleusiniis ab atheniensibus mactata, <i>ibid.</i> suem argivi Veneri immolant.	364.
Sus Veneri invisa, <i>ibid.</i> cur abstinuerint suilla Ἀgypti rationes diversæ. 361. nuptias olim prisci reges auspicabantur à cæso porco. 363. etymon Græcæ vocis.	<i>ibid.</i>

## T.

T Ali pedum Thetidi sacrati.	234.
eorum communio cum genitalibus membris.	235
Talus , qui. 84. &c. tali in sacris deorum mensis repositi. 86 talus Siphnius. <i>ibid.</i> Demetrius talis aureis donatus.	96
Taras conditor Tarenti. 31. delphino insidens.	32
Tarentum Herculeum cur Virgilio. 30. 31. Taren- tinum numisma.	32
Taurus pro tauriformi nave.	295
Telmissai somniorum conjectores.	58
Teniræ Dex sortium.	102
Terræmotuum species variæ.	203. & seqq.
Terpander ὦφιον invenit, 162. scolii inventor.	<i>ibid.</i>
Tesse-	

Tesserarii ludi descriptio.	86.	& seqq.
Testulæ conversio. prov.	312	
Thebæ ἐπταπυλοι.	39	
Theseus ostracismo ejectus.	103.	309. convicio Vir-
go vocatus.		497
Thessalicus galerus.	105	
Thiomadas.	214	
Thucydides Oloræ filius.	17.	cjus opera octies de-
scripsit Demosthenes.		ibid.
Tibiæ in conviviis usus.	163	
Timotheus tibicen.	163	
Tinctura capillorum &c.	552	
Tintinnabula, vide campana. de eorum variis in re-		
bus usu.	177.	& seqq.
Tonsura & rasura confunduntur.	440.	441. tonsura
virum decet.	508.	tondere comam, idem quod to-
gam virilem sumere.	511.	tondere comas, est sig-
num integratatis & lætitiae.	512.	513. tonsura est la-
& morbis opitulatur.	513.	lubris, & morbis opitulatur.
ibid.		augurium bonum.
tonderi cute tenus.	514.	ibid. tonsura approbata ab
Hieronymo.	516.	tonsi cute tenus M. Antoninus,
Athletæ &c.	515.	Athletæ &c. 515. in luctu olim capita tonsa & in fu-
nere.	523.	nere. 523. & seqq. tonsuræ genera.
& seqq.		534. &c. tonsura
tonsura Hectorea.	538.	Hectorea. 538. tonsura Hunnica.
Tribacca Margarita.	360	
Tricæ, unde.	431.	τρίχες.
ibid.		
Tripodes, id est lebetes tribus pedibus innixi, vi-		
ctoribus, ut præmia, propositi.	80.	Libero Patri
saci.	82.	80. duo genera tripodum.
Triton concham sonat. vector Veneris.	280	
Triumphantes albis equis inventi.	40	
Turrita coma.	549	
Tyranni Sicyonii olim mulis albis vehi soliti.	39	

- V**Ahalis fluvius. 230  
**V**alus color. 232. Valus Equus Belizarii. *ibid.*  
**V**asa Samia quamdiu in usu fuerint. 116. &c. Vasa  
 Lustrica. 194. aquæ plena apud atrii januam po-  
 sita, unde à mortuo egredientes, expiationis ergo  
 adspargebantur. 195  
**V**ellere pilos olim in usu. 478. infame. *ibid.*  
**V**enus concha vecta. 279. barbata culta. 469  
**V**estarium virginum crinis ad arborem Capillatam  
 deferebatur consecrandus. 510. canis senum oper-  
 tæ vestales. 581  
**V**estes pictæ, ἀνθρακί & ἀνθρακί. 41. illis scorta  
 uisa. *ibid.* pictis vestibus & usus Bacchus. *ibid.* Ve-  
 stes quadratæ Persarum. 42. Græcorum. 43. Ve-  
 stium purpurearum tria genera. 77  
**V**indicta, virgula. unde dicta. 446  
**V**inalia celebrata quando & à quibus. 511  
**V**inum factitium. 127. Vinum myrinum. 313  
**V**irgilii tarditas in scribendo. 240  
**V**isus miracula quædam. 25.26  
**V**is major quæ. 372  
**V**ittæ religata coma. 551.  
**U**nguentis delibuti molles. 555. unguentum folia-  
 tum. 556. Marcelianum. *ibid.*  
**U**ranius Syrus. 12.14  
**U**rnæ binæ una mortis, altera misericordiæ. 103  
**U**væ Apyrenæ. 410

## Z.

- Z**Onæ. illarum descriptio & natura. 146. & seqq.  
**Z**ythum quid differat à cerevisia. 127. & seqq.

## ERRATA.

Pag.	lib.		Emenda
56	10.	steur.	feriur.
404	21.	atrum.	atrox.
484	4.	Legitur.	Ligur.

